

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM

VOL. III

CONTINENS

PLUTUM, RANAS, ECCLESIAZUSAS

EXCUDEBAT A. J. VALPY, A.M.

[RED LION COURT, FLEET STREET.]

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM

SEDULA RECENSIONE COLLATÆ

EX EDITIONIBUS

BRUNCKII, REISIGII, BECKII, DINDORFII, SCHUTZII, BENTLEII
DOBREII, PORSONI, ELMSLEII, HERMANNI, FISCHERI
HEMSTERHUSII, KUINOELII, HOPFNERI
CONZII, WOLFII, &c. &c.

3

VOL. III

LONDINI
SUMTIBUS WHITTAKER, TREACHER, ET ARNOT
R. PRIESTLEY
J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ
MDCCCXXIX

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM

VOL. III

CONTINENS

PLUTUM, RANAS, ECCLESIAZUSAS

EXCUDEBAT A. J. VALPY, A. M.

[RED LION COURT, FLEET STREET.]

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM

SEDULA RECENSIONE COLLATÆ

EX EDITIONIBUS

BRUNCKII, REISIGII, BECKII, DINDORFII, SCHUTZII, BENTLEII
DOBREII, PORSONI, ELMSLEII, HERMANNI, FISCHERI
HEMSTERHUSII, KUINOELII, HOPFNERI
CONZII, WOLFII, &c. &c.

„3„

VOL. III

LONDINI
SUMTIBUS WHITTAKER, TREACHER, ET ARNOT
R. PRIESTLEY
J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ
MDCCCXXIX

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM.

ΠΛΟΥΤΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ I.

Tribuitur hoc argumentum Thomæ Magistro, et in vett. edd. Ar. cum vita Arist. conjungitur hac addita inscriptione: *Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου σύνοψις τοῦ τε βίου Ἀριστοφάνους καὶ τῆς τοῦ δράματος ὑποθέσεως*, et post enarratam Arist. vitam et comœdiæ originem subjicitur *ἡ ὑπόθεσις τοῦ παρόντος δράματός ἐστιν αὕτη.* Id minus patet in Ed. Porti et Kust. in quibus hæc longius separata sunt. Hemst. Argumentum in duobus tantum Codd. extat in B. et in meo. Brunck. In Junt. I. 1515. et tertia (1540.), Crat. Venn. Paris. Brub. deest hoc argumentum cum aliis. Dind.

P. 461. l. 1. *Τοὺς Ἀθην.* Articulum addidit Brunck. e duob. Codd. B. et suo. Dind. Articulum *τοὺς* ante *Ἀθην.* omittunt ed. Ald. Junt. II. (1525.) Dind.

— 6. *αὐτῷ θεράπ.* Crediderit aliquis *αὐτοῦ*, frustra: dativum, qui pendeat ab intellecto verbo substantivo, sic aliquando ponunt Attici, ut genitivi vicem obire videatur: *ὁ τῷ Χρεμύλῳ θεράπων*, i. e. *ὁ ὢν τῷ Χρεμύλῳ θεράπων.* Eruditos etiam viros nonnumquam fefellit hæc loquendi ratio. Hemst.

— 12. *ἐντύχοι* Ald. Junt. II. *ἐντύχῃ.* Dind.

— 15. *μὴ εἰδὼς ὅτι ὁ Πλοῦτός ἐστι.* Ald. *μὴ εἰδὼς ὅστις οὗτός ἐστι.* Junt. II. habet vulgatum. Ald. *ἐπὶ τοῦτο.* Ita et Junt. II. Dind. *δυσχ. δὲ ἐπὶ τούτῳ.* Omnes edd. antiquæ *ἐπὶ τοῦτο.* Bene correxit Kust. In sequ. Arg. *ἐφ' ᾧ δυσχεράνασα.* Hemst.

— 18. *παρ' αὐτοῦ τοῦ Πλ.* Articulum *τοῦ*, qui in vett. edd. deerat, inseruit Kust., improbante Hemst. qui omisit eum, sed Brunck. recte iterum adjecit. Nam sermonis rationem eum flagitare et in duob. suis Codd. eum legi ait. Dind. *παρ' αὐτοῦ τοῦ Πλ., ὅστις ἐστι.* Ald. *παρ' αὐτοῦ, Πλοῦτος ὅς τις ἐστί.* Ita et Junt. II. Id.

P. 462. l. 1. *βουλὴν ἐβουλεύσαντο.* Ald. Junt. II. *βουλὴν ἔσχον.* Mox in his *μόνοι* legitur. Dind. *βουλὴν ἐβουλεύσαντο.* Ita pro vulg. *βουλὴν ἔσχον* (quod tamen inferiori Græcitati convenit) e duob. Codd. edidit Brunck. Id.

— 6. *μόνον.* Perperam ita in ed. Brunck. expressum videtur, inde Inv. repetiit. *μόνοι* est recta scriptura ed. Kust. et Hemst. Dind.

— 7. *πρόοθεν* vitio operarum pro *πρόσθεν* legitur. Post *πένητες ἦσαν* adduntur in Kust. Hemst. Ald. et Junt. II. hæc: *ἐπιγέγραπται δὲ τὸ δρᾶμα, Πλοῦτος Ἀριστοφάνους.* Dind.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ II.

P. 462. l. 8. In Junt. I. et III. hæc omnia desunt. In ed. Crat. Wechel. Brub. Raphel. solum hoc legitur argumentum. Dind.

— 9. *εἰς θεοῦ* scil. *ναόν.* Ita et statim post, *εἰς Ἀσκληπιοῦ.* V. Bos. Ellips. Gr. p. 314. ibique a Schæf. laudd. Dind. *εἰς ἔκδηλον κ. τ. λ.* Fabulæ parum conveniunt: nam ibi non de se Chremylus Apollinem, sed de filio ejusque moribus mutandis consulit: sic tamen Aristoph. Grammaticus. Verum neque oratio structuram habet decentem: *ἔκδηλος βίος* inusitatum; nec quadrat, *τοιόνδε δ. ἐγγ. ὁ χρησμός.* Existeret aliquis sensus tolerabilis, si scriberetur, *τοιόνδε δέ τι ἐγγυᾶται ὁ χρησμός.* Equidem non habem so-

lum inesse verbis, sed præterea deficere quædam mihi persuadeo. Hemst. Cod. Paris. ἀφικν. εἰς θεοῦ χρησόμενος ἐπερωτᾷ. —Ἔκδηλος βίος cur Hemst. inusitatum dicat, ignoro. Philostr. Her. p. 228. extr. Boisson. Ἐτάφη δὲ ἐκδηλότατα ἀνθρώπων. ubi Schol. ἐκδηλότατα interpretatur ἐπισημότατα. Schæf.

P. 462. l. 10. Cod. Paris. βίον. ἐγγεγύηται, omissis vocibus τοιόνδε δέ. Verte, *Talis autem vitæ sponsor est oraculum. Jubet enim eum deus* etc. Omnia sana puto. Schæf.

— 12. συντύχῃ. Eum in modum hic et sequ. Argum. itidemque in Aristoph. Grammat. περιτύχῃ præferunt Edd. F.B.G. Sine necessitate dedit Kust. συντύχοι et περιτύχοι. Hemst. Scil. præsentia antecedunt. Dind. τυφλῷ γέροντι, omissa copula καί Cod. Paris. Schæf.

— 19. τοῦ Πλούτου ἀγαθῶν. Perperam ita expressum pro τῶν Πλ. ἀ. quod cum omnibus edd. reponendum est. Debuerat autem esse, τῶν τοῦ Πλ. ἀγ. Dind.

— 21. πολλῶν τε. Malim δέ. Hæ particulæ frequenter confusæ. Hemst. Cod. Paris. πολλῶν καὶ ἄλλων. — Mox videtur scribendum ἴνδαλμα. τα natum est, ut opinor, ex articulo sequente. Obiter adde Lexicis ἰνδαλμός. Timon Sillographus scripsit poema hoc titulo: Οἱ ἰνδαλμοί. V. Diogen. Laert. ix. 65. et 105. Schæf.

— 23. θεράπων Καρίων Cod. Paris. Schæf.

— 24. ὅτι τυφλῷ γέροντι Cod. Paris. Schæf.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ III.

P. 463. l. 1. Cod. Paris. υἱὸν, κατανοήσας δὲ ὡς οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων (sic scriptum, ἀνων) τὸ τηνικ. In scriptura adverbii τοτηνικαῦτα sic passim variatur. Schol. ad Soph. Trach. init. τοτηνικαῦτα πόλεμον αἱρούμενον πρὸς Πέρσας: ubi al. τὸ τηνικαῦτα. Diodorus Sic. i. c. 98. τὸ τηνικαῦτα τὸ ἀνάλογον ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων ἐπὶ τὰ μέγιστα λαμβάνεσθαι. Mire Rhodom. "τὸ τηνικαῦτα. Articulus rejiciatur." Wessel. "Noli Rhodom. præcepto obedire: vetat Diodor. xi. 56. τὸ τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς φοβηθείς. et c. 83. ejusdem libri τὸ τηνικαῦτα ἀπογνοὺς τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν. et supr. c. 77." [imo 75.] "etc." Sic dicitur τὸ τηνικάδε. Clem. Alex. p. 219. extr. Potter. ἀπερισπάστου τὸ τηνικάδε οὔσης περὶ τὰς τοῦ σώματος συμπαθείας. Schol. ad Lucian. t. i. p. 328. ὡς δῆθεν αὐτοῦ τὸ τηνικάδε λαχόντος τὸν ὑπὲρ γῆς τόπον περινοστεῖν. Item τὸ τηνίκα. Pythagoreorum Fragmenta p. 739. Gal. (ed. Amstelod.) τοτηνίκα φυτεύοντά τι χρηστὸν αὐτῷ παραδιδόμεν. Schæf. ad Hemst.

P. 463. l. 4. Cod. Paris. πότερα τὸν παῖδα σωφρόνως διδάξειεν, omissis iis quæ vulgo interponuntur. Ceterum Schol. rectius scripsisset ἀναθρέψει et διδάξει. Schæf.

— 5. ὅμοιον — διδάξειεν. Utrum filium ita *institueret*, vel *institui curaret*, ut moribus sibi similis evaderet, an malus et improbus. Illum usum habet διδάσκειν accusativos simpliciter adsciscens: διδάξαι vel διδάξασθαι (nam in his loquendi formulis activi mediique virtus est promiscua) ποιητὴν, ἱππέα, σοφὸν, γενναῖον, informando exercendoque, seu ipse eo munere fungaris, sive alteri aliquem erudiendum tradas, efficere, ut quis poetices, artis equitandi peritus fiat, vel, sapiens et strenuus, docendo reddere poetam etc. Æschin. Dial. i. 7. Pericles filios ἱππέας ἐδίδαξεν — modo § 4. variata paulum structura dixerat Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα ἐδιδάξατο [cf. Fischer. Ind. Æsch. Socr. v. Διδάσκω et Ruhnk. ad Tim. Gloss. Plat. p. 83. ed. sec. qui med. διδάξασθαι tamen de eo dici docent, qui edoceri ab alio jubet. Dind.]. Quare discernere non licet, utrum verius in Luciani Somn. sit p. 2. quod vulgatur, δίδασκε — ἀγαθὸν εἶναι, an Thom. Mag. διδάσκου — Xenoph. Memor. iv. [4. 5. ubi v. Valck. p. 250.] σκυτέα διδάξασθαι κ. τ. λ. Aristonym. ap. Stob. p. 58. v. 44. πολλοὶ — τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσι, prorsus ut Ammian. Anth. ii. 46. 9. παῖδα διδάξαι ῥήτορα — Charon Lampsac. ap. Athen. xii. p. 520. f. [p. 118. ed. Creuzer. in Hist. Gr. antiquiss. fragm., ubi Creuzer. cf.] αὐλητρὶς — ἐδίδαξε πολλοὺς αὐλητάς. Liban. t. i. p. 804. b. παλαίστην διδάσκεσθαι. Alia suppeditabit Bent. epistola Malalæ subjecta p. 21. Ad passivam formam traducitur idem loquendi modus: Apollodorus l. iii. [Bibl. Myth. c. 4. § 4. ubi v. Heyn.] κυνηγὸς ἐδιδάχθη. Lucian. Icaromen. p. 274. a. μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι. Nec Latinos piguit Græcorum morem imitari, quod a Mercero ad Aristæn. p. 237. disces accuratius, quam ab Heraldo ad Mart. vi. 58. Hemst.

— 7. Εἰς μαντεῖον. Εἰς τὸ μαντεῖον reponendum. Perperam ab operis articulus omissus est. Ceterum hoc secundum argum. non habet Zanett. 1538. nec Ven. 1542. Brub. nec aliæ nonnullæ. Dind.

— 9. καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτ. Librarii sunt, quem tædebat eadem iisdem iterum verbis describere: monet igitur, reliquam hujus argumenti partem, quæ suo in Cod. reperiebatur, nihil aliud continere, quam quæ in superiore jam fuerant lecta.

Hemst. αὐτῷ ἀκολουθεῖν, ᾧτινι πρ. ἐξιὼν ξυντύχῃ, ἐκεῖνον καὶ κατασχεῖν. ὁ δὲ ἐξελθὼν, συναντᾷ τυφλῷ, καὶ ἀκολουθοῦντος αὐτῷ δυσφορεῖ ὁ θεράπων. Cod. Paris. Schæf.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ IV.

P. 463. l. 16. καθῆκε Κώκαλον. καθιέναι δρᾶμα, διδάσκειν, εἰσάγειν etc. apud Græcos sunt synonyma. Latine, fabulam *committere*, *docere*, *in theatrum inducere* etc. Sensus loci est: Aristophanem per filium Ararotem fabulas *Cocalum* et *Æolosiconem* commisisse, sive, ei permisisse, ut fabulas istas suo nomine doceret; quasi nempe ipse earum auctor esset. Hinc factum, ut quidam has fabulas non Aristoph. sed Araroti assignarent. Certe Clem. Alex. Strom. vi. p. 628. Col. extr. [p. 752. Pott.] Cocalum Araroti assignat, dummodo verba ejus, quæ corruptissima hodie sunt, rite emendentur. Sic enim vulgo legitur: Τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει, ποιεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας κ. τ. λ. Rescribe — τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους τοῦ ποιητοῦ (scil. υἱῷ) Φιλήμων κ. τ. λ. [Similiter fere emendavit Casaub. ad Athen. iii. 9. p. 123. add. Toup. Emendd. in Suid. ii. p. 141. Ox. Dind.] Cæterum Ararotis nomen cum part. ἀραρὼς duobus etiam in locis ap. Suid. confusum esse, v. Ἀναθεῖναι et v. Ζωΐδες, lectorem ibi monuimus. Kust.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ V.

P. 463. l. 18. Ἰστέον κ. τ. λ. Hæc Hemst. a præcedd. separavit, et post nomina personarum posuit, nescio quam recte. Dind. Verba ἰστέον — εἰς τὸν δῆμον (p. 7.) non leguntur in Ald. nec in Brub. In Flor. ii. Crat. Wech. Zan. Ven. 1542. Raphel. adduntur post personarum nomina. Sed Portus ita, ut h. l. leguntur, posuit. Id.

— 19. ἀπὸ τοῦ χρέος —. Origo Grammaticorum ingeniis digna. Χρέμης et Χρεμύλος utraque senum in Comœdiis nomina, descendunt ab antiquo voc. τὸ χρέμος vel ὁ χρεμὸς, quod et χρεμετὸν, χρεμετίζειν, χρέμπτειν progenuit, non secus atque Αἰσχύλος ab αἶσχος, Ἡδύλος ab ἦδος vel ἡδὺς quæ proprie Dorica deminutivorum est forma, μικκύλος, ἐρωτύλος, ἀρβύλος, unde ἀρβύλαι propter habilem levitatem dictæ, genus expeditum calcei venatorii. Hemst. Add. Scheid. et Hemst. in Lennep. Etym. L. Gr. ii. p. 1118. s. Dind.]

— 21. Χρεωφειλέτας. Χρεοφειλ. Flor. ii. Crat. Wech. Zan. Ven. 1542. Raphel. etc. etiam Hemst. Dind. [Cod. Paris. χρεωφειλέτας. H. Steph. Thes. t. iv. c. 584. a. citans hunc grammatici locum cum prioribus Comici editt. rectius χρεωφειλέτας habet. — Χρεολυτεῖν, improbatum eidem Stephano, legas in Ammonio p. 94. Valck.] Schæf.

P. 464. l. 2. ἐν Καρὸς αἴσῃ. Sic refeci, quod in cunctis Edd. prave legebatur ἐν Καρὸς ἄτῃ. Proverbium ex Hom. Il. I. 378. manavit τίω—Καρὸς αἴσῃ, de quorum tamen verborum intellectu mirifice veteres inter se digladiantur, adeo ut nullus fere versus in Hom. inveniatur alius, æque sententiarum divortiis nobilitatus: qua de re luculenter exposuit Eustathius p. 757. [Add. ib. Schol. Cod. Ven. et Leid. et Heyn. in Comm. t. v. p. 602-6. ed. maj. Dind.] Huc sine dubio pertinet quod bene Soping. animadvertit, illud Hesych. pessime distractis membris corruptum: Ἔγκαρος, αἴσιμος. Ἔγκηρος μοῖρα, ἐνθανάσιμος μοῖρα· tentabam Ἐγ (pro Ἐν, vetusto scribendi more, qui sæpe in marmoribus occurrit) καρὸς αἴσῃ, οἷον ἐν κηρὸς μοίρᾳ, ἐν θανασίμου μοίρᾳ: [Cf. tamen Schow Hes. Lex. restit. p. 234. Dind.] v. Ἐν καρὸς αἴσῃ· nisi tamen, quod libenter credo, interierint plura, quæ absque membranæ melioris ope revocare nobis non licet. Eorum autem opinio communis est recepta, qui ductam esse loquendi rationem censuerunt a Care, vel servo; rectene an secus, nunc disquirere nihil attinet. Inde certe parœmia, si quem significare vellent, nullo nec loco haberi, neque pretio, a recentioribus etiam frequentata: ἐν Καρὸς μοίρᾳ καθεστάναι, Niceph. Greg. Hist. Byz. ii. 6. μοίρᾳ vero potius usurparunt quam αἴσῃ, ne poeticam orationi prosæ vocem immiscerent. [Add. Valck. ad Herod. p. 403. s. Quæ de altero Hes. loco Καρὸς αἴσῃ restituendo monuit Hemst. h. l., ea jam leguntur in Hes. Albert. t. ii. p. 152. Dind.] Nihil est, pergit H. ejus loci opportunitate, notius, quam Cares mercenariæ militiæ, quæ despectior erat, et gravioribus fere belli periculis exposita, auctores. Suid. ἐν Καρὸς εἵπετο τάξει κ. τ. λ. Juliani sunt verba Or. ii. p. 56. c. propius idem in Cæs. p. 320. d. Ad versionem illius libri Gallicam multa, sed pleraque jamdudum in Chiliad. ab Erasmo præcepta notat Spanh. in quibus quodcunque erroris est a viro magno commissum, facile pensabit eruta e membranis egregia Schol. vet. ad Homerum observatio. [Est Schol. ad Il. I. 378. e Cod. Ven. B. ed. a Villois. et antea jam a Valck. in Diss. de Schol. in Hom. ineditis e Cod. Leid., subjuncta Ursini Virgilio cum Gr. scr. collato p. 97. Dind.] Qui in hoc Schol. memoratur, Alcæus,

non alius est, nisi plane fallor, quam qui Philippum Macedoniæ regem, a T. Quinctio debellatum, virulentis carminibus proscidit. (Plut. Flaminin. p. 353. D. s. c. 9.) Verum, quandoquidem illi nulla opera fuerit in Homero explanando collocata, Hemst. censet, grammaticos ejus sententiam inde collegisse, quod voc. ἔγκαρον de *cerebro* posuerit, eaque re simul declaraverit, quam in Hom. probaret lectionem, et vocabulo tribueret virtutem. Exstat enim locus Alcæi, de quo Schol. cogitasse credo, Anth. ii. 47. 5. Philippum, Maced. regem, hic denotari maxime probabile est. Ἔγκαρος hic similiter atque ap. Lycophr. 1104. de quo monuit etiam Eustath. i. e. ἐγκέφαλος· unde colligas, vel formam eos Homericæ, quam putabant, vocis mutasse τὸ ἔγκαρ in τὸν ἔγκαρον, vel in ipso poëta legisse aut legi voluisse ἐγκάρου αἴσῃ. Idcirco, quamquam Hesych. non ignorem, vitio pari deceptum Καρὸς interpretari ἐγκέφαλον, Schol. ille scripsit, scribere saltem debuit, τὸ ἔγκαρος μὲν Ἀλκαῖος. Grammaticus noster Carionem a Caribus merito arcessit: nam quod Schol. Theocr. Id. v. 2. observat, verum est: Εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα· addere tantum debuisset, ab illis præcipue gentibus hæc servorum nomina formari, unde plurima in Græciam mancipia transportabantur [Cf. Heyn. Opusc. Acadd. iv. p. 134. ss.]: indidem profecti sunt Davi, Getæ, Lydi, Phryges, Thraces, quorum usus fuit in comœdiis antiquis creberrimus. Dion. Chrys. Or. xxxii. p. 391. B. Carionis servuli coqui mentio fit in Euphronis Synephebis ap. Athen. ix. p. 377. D. Talem Carionem μάγειρον κωμῳδικὸν, vel, quod potius malo, κωμικὸν, ingenii pessimi mancipium, ex fabula nescio qua productum describit et ad designandum quemdam ætatis suæ hominem adcommodat Themist. Or. xxi. p. 262. c. Forma vocis eadem quæ in Αἰσχρίων, Μικκίων, Βδελυρίων, Φορμίων. Hemst.

Dram. Pers. Συκοφ. Ἕτερος συκοφ. 3. Dobr. Plutus Aristophanis duplex fuit, prior et posterior. Prioris [quam fabulam poeta ipse docuit s. spectandam edidit a. 4. Olymp. xcii. archonte Diocle, v. Schol. ad 179. Fisch.] meminit Schol. Ar. ad Ran. 1125. Posterioris idem Schol. ad Plut. 115. 173. 1147. et Athen. init. l. ix. p. 368. Cas. Posterior, quæ erat διασκευὴ sive *recentatio* (retractatio) prioris, acta fuit viginti annis post priorem, teste Schol. Ar. Pl. 173. archonte Athenis Antipatro, a. 4. Ol. xcvii. ut docet Anonymus in arg. fabulæ. [add. Sam. Petitus Misc. i. 2 et 16.—et quidem per Ararotem, filium Arist. maximum; fuerunt enim Aristoph. filii tres, Araros, Philippus, et Philetærus. F.] Quæ hodie exstat fabula, ex priore et posteriore mixta [aut e priore nonnulla translata habere] videtur. Nam non eam esse priorem Plutum, inde patet, quod in ea occurrant notæ quædam temporis, quæ priori Pluto minime conveniant; v. Schol. Plut. 173. et 1147. et ex eo Petitus Misc. i. 16. Præterea Schol. ad Ran. 1125. locum quendam citat ex Pluto priore, qui in hac fabula non reperitur. Contra ex priore Pluto oportet sumta esse loca illa, in quibus ὀνομαστὶ quidam perstringuntur, ut Pamphilus 174. Agyrrius 176. Philepsius 177. Philonides 179. et 303. Aristyllus 314. Nam tempore Pluti posterioris lege lata jam vetitum erat, expresso nomine in scena quemquam comico sale perfricare, ut testatur Anon. in vita Arist. et pluribus probat Petitus de Leg. Att. p. 80. s. Eadem autem licentia Comicis adhuc concessa erat tempore Pluti prioris, 20. annis ante actæ fabulæ. Præterea si standum est auctoritate vet. Schol. versus hos duos 115. et 119. oportet esse ex priore Pluto, quippe poeta, eodem Schol. teste, in posteriore emendaverat et immutaverat. [Fisch. censet irrepsisse nonnullis locis versus et verba e priore Pluto, ut 115. 119. 122. 216. Cf. etiam Harles. ad Fabric. B. Gr. ii. 362. Dind.] Fabulas Pluti nomine præter Arist. et alii Comici olim docuerunt, ut Cratinus Athen. iv. p. 138., Epicharmus ap. eund. vi. p. 235. Nicostratus ib. vi. p. 247. Archippus testibus Schol. Arist. ad Vesp. et Av. et Polluc. Onom. vii. (63.) et x. [136.] Kuster. Fabulas de eodem argumento bis subinde a Comicis ac Tragicis editas præter ea, quæ hac de re leguntur ap. Athen. et in didascaliis vett. aut in Gr. ad hunc Comicum Scholiis docet Galen. ad Hippocr. de acutis morb. l. i. 4. (t. v. p. 88. ed. Basil.) Eumdem Galenum nominum πολιτικῶν, quæ ap. Arist. occurrunt, libros v. ac de vocibus, quæ sunt Comicis propriæ, librum singularem scripsisse monuit ad Athen. Casaub. p. 4. [cf. Fabric. B. Gr. v. p. 470. Harl.] Haud ambigendum puto, quin secundus Plut. Ar. idem sit cum eo, qui hodie legitur. Parce enim, nec ii qui auctoritate vel gratia apud Athen. tum valerent, aut qui forte actæ secundæ hujus Pluti fabulæ temporibus jam obierant, in ea nominatim perstringuntur: neque magnæ sunt in eadem chori partes, quales occurrunt in aliis hujus Comici

fabulis. Adde quod nec aliter cum secundis illis ejusdem argumenti fabulis, quas iidem Comici recentarint, actum olim statuendum est, quam quod multa illi e prioribus in secundis earum edd. continuo retinuerint. Unde plura proculdubio ex priore Pluto in hunc secundum traducta, sed non ita, ut e prima ac secunda tertio adhuc recentata sit ab eodem Comico aut ab aliis forte hæc fabula, quod nullus etiam veterum tradidit. Apud Athen. quidem l. ix. p. 368. adducitur ex hujus Comici Πλούτῳ δευτέρῳ versus, qui hodie in hac fabula legitur 1105. Spanh. Annum, quo fabula acta est, (Ol. xcvii. 4.) confirmare variis argumentis studuit Palmer. Exercitt. ad auct. Gr. p. 785-790. Dind. Nomen habet hæc fabula a persona principe. Arist. enim quum vellet, uti alia vitia, ita maxime injustitiam atque avaritiam omninoque improbitatem principum civitatis Athen. describere et notare, induxit Chremylum probum hominem, sed inopem, qui consuleret Apollinem, quid facere deberet suus filius, ut ditesceret? Apollo consulenti respondit ita, ut eum sequi juberet hominem, in quem primum incidisset. Chremylo exeunti ex Apoll. templo primus occurrit senex cæcus, i. e. Plutus: hunc duxit Chremylus in templum Æsculapii: Plutus, quum recepisset lumina oculorum, locupletavit Chremylum aliosque probos cives. Poëta igitur docere hac fabula instituit, injustos improbosque homines propterea divites esse, quod Plutus esset cæcus: qui ubi oculorum lumina recepisset, fore, ut justi atque probi homines omnes ditarentur: atque adeo exprobrare intelligitur poeta principibus Athen. improbitatem, qui adhuc divites fuerint, quod Plutus fuisset cæcus. Fisch. Minime depravata hæc est fabularum Aristoph. eademque curis virorum ingeniosissimorum eruditissimorumque politissima. Restant propemodum non nisi leves quædam maculæ abstergendæ, restituendæque aliquot lectiones vulgatis elegantiores, quarum hic illic fit mentio in libris. Hotib. Integra non exstat in Cod. hæc fabula, nec quod ejus superest ab eadem scriptum est manu. Scilicet in unum volumen compactæ fuerunt complurium mutilorum Codd. reliquiæ. Versus Pluti habentur ibi tantum 787. in trium aut quatuor diversorum Codd. collatis foliis. Octo prima continent versus ab initio 230. eleganti manu, nec forte una eademque, scriptos, sed parum emendate, in quibus post 87. personæ amplius non sunt notatæ, nec ullæ vocibus superscriptæ glossæ. Sex sequentia folia, e recentiore Cod. decerpta, quantum ex charta et literarum formis colligere est, partem fabulæ continent a 179. usque ad 355. in iis sunt glossæ, adscriptæque personæ. Demum a 355. incipit antiquioris peritiorisque manus scriptura, qua exaratæ Ranæ et pars Nubium. Lacuna est post 615 usque ad 769. a quo incipit trium quæ supersunt foliorum primum, quibus continetur pars fabulæ, usque ad 941. Reliqua desiderantur. Brunck.

1-57. Trimetri iambici. 1-17. servus pro se aut ad spectatores conversus loquitur. 1. ὡς ἀργ. πρ.—*quam misera res est, quam miserum!* ὡς Lat. *quam*, admirationis index vel simplicis vel conjunctæ cum indignatione et quiritatione et commiseratione, ut h. l. unde Scholl. sæpe interpretantur λίαν. ἀργαλέος ductum ab ἄλγος, ut θαῤῥαλέος a θάῤῥος; nam λ etiam in aliis verbis ab Atticis mutatum in ρ, ut ποδαργία pro ποδαλγία, ἀμέργω pro ἀμέλγω. V. Schol. vet. et Dorv. Etym. M. h. v. Eustath. ad Il. B. 218. Od. Δ. p. 1511. Rom. Præstat hæc ratio eorum rationi qui illud profectum putant a voc. ἔργον. v. Schol. h. l. Nam a. desidero adjectiva similia, b. durum videtur dicere, ἀργαλέον contractum esse ex ἀεργαλέον, ita ut α habeat vim augendi. Suid. v. ἀεργαλέον, et Phav. v. ἀργαλέον. Fisch. Videtur allusisse ad Theogn. 625. In illam sententiam et Herodot. ix. 16. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. Add. Eurip. Phœn. 350. 403. 405. Berg. Ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Ita et Plato Protag. init. et Demosth. pro Phorm. p. 966. supplendum autem οἱ ἄλλοι vel ἅπαντες vel simile. Demosth. p. Phorm. paullo inferius, μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς, deinde ibid. adhuc inferius ἅπαντας addit. Idem contra Timarch. p. 273. πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν, qui ibidem p. 271. addit καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. V. inf. 438. Nub. 412. Id. *O Jupiter ceterique dii!* ut 899. Ad Plat. Sympos. 15. additur οἱ ἄλλοι. Nam a. sæpe vocabula generum et totius rei connectuntur cum vocabb. partium et formarum et individuorum, copula καὶ simpliciter, omissis verbis οἱ ἄλλοι, οἱ λοιποὶ, πάντες, ita ut et adsit et absit articulus. Sic 798. Lucæ xv. 1. vid.

Ind. Theophr. in ἀκρόδρυα. b. nominatur diserte Jupiter, quia est princeps deorum. Interdum nominatur Apollo, Jupiter reticetur, ut 438. nonnunquam Jupiter postremo loco, ut 81. s. Cf. Casaub. Exercitt. Antibaron. 16. p. 488. Fisch. Familiare poetis ac oratoribus Atticis, ut Jovem, velut deorum βασιλέα, τύραννον, πατέρα, πρύτανιν, τάγον, ὕπατον, ὕψιστον, μέγιστον, παγκρατέα, (hisce enim appellationibus decoratum ab iis legimus) modo a reliqua deorum turba secernerent, (ut Æsch. S. C. Theb. 828. ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι δαίμονες, qui alibi in eodem dramate πολιοῦχοι θεοί·) modo etiam illo in ordinem cum his redacto, aliud Numen continuo, Jovis loco præfigerent (v. inf. 437.). Ita qui pater θεῶν Ὀλυμπίων invocatur, ut Æsch. Choeph. 781. Jupiter etiam Ὀλύμπιος appellatus, idem tamen sub generali θεῶν Ὀλυμπίων appellatione sit subinde invocatus, ut Menandro ap. Athen. xiv. p. 650. εὔχου θεοῖς Ὀλυμπίοις κ. τ. λ. et Nost. Thesm. 338. Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαισιν, quibus simul adduntur Pythii ac Pythiæ, Delii ac Deliæ, dii ac deæ, ut primis illis Olympiorum vel Olympiarum vocibus simul ad culta in Olympia apud Elidem numina respiciatur. Mitto Nost. Av. 867. ss. Spanh. πρᾶγμα. att. abundat. Munt. Suid. Ἦν δ' ἐγώ: ἔφην δὲ ἐγώ. παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ Ἀριστοφάνει. Sed Ms. C. C. C. apud Pors. pro παρὰ Π. καὶ Ἀ. habet Ἀριστ. Πλούτῳ. Nusquam occurrit hæc locutio in Pluto. Dobr. 1-5. infra 21. 267. Ran. 482. vel citat vel respicit Theodor. Prodrom. in Βίων πράσει, Mss. du Roi, t. viii. p. 141. 2. Id.

2. δοῦλον γενέσθαι. Opportune Plutarch. de Superstit. p. 166. [§ 8.] Δεινὴ τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ, | Δούλους γενέσθαι, δεσπότας δὲ δυστυχεῖς | Λαβεῖν. Spanh. Sensus, *servum esse desipientis domini*. Nam dominus, quatenus habet potestatem in servum, δεσπότης dicitur, et servus, quatenus est in potestate heri eique servit, δοῦλος. Fisch. παραφρονοῦντος. Locum laudat Thom. Mag. in παραφρονῶ. Kust. παραφρονεῖν (quod ita etiam Nub. 840. Ran. 1518. legitur. Spanh.) est, dementire. Gl. vett. *non videre, quid fieri oporteat*, Xen. Mem. iv. 7. 6. Oppon. verbo σωφρονεῖν. Nam præp. παρὰ in multis verbis compositis habet hanc vim, ut fit *perperam, male, aliter quam decet*, ut παραγνῶναι *male statuere*, Xen. Mem. i. 1. 17. παραμελεῖν *obiter curare*, Cyrop. i. 6. 12. παραπαίειν *pulsando aberrare*. Fisch. Sicut hic desipiente hero gravis conditio fieri dicitur, ita vicissim Eurip. in Alexandro ap. Stob. Flor. Tit. lx. [lxii. Fragm. Eurip. Alex. n. 6. Musgr.] Δούλου φρονοῦντος μᾶλλον, ἢ φρονεῖν χρεὼν Οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον. Spanh.

3. ἢν γὰρ—τύχῃ· *Nam si servus sapientissime suaserit, prudentissima et utilissima consilia dederit, optima factu suaserit*. Nam servus vocatur θεράπων, quatenus domino (κυρίῳ) ministrat, operamque dat. λέξας τύχῃ pro λέξῃ Schol. et Phav. h. v. Causa est, quia significatur res fortuita, non necessaria. Nam τυγχάνειν est pr. *propositum tenere, collineare*, et opponitur τῷ ἁμαρτάνειν, quod est fortuitum, non necessarium. Fisch. Eurip. in Busir. ap. eumd. Stob. eod. tit. Δούλῳ γὰρ οὐχ οἷόν τε τἀληθῆ λέγειν, εἰ δεσπόταισι μὴ πρέποντα τυγχάνοι (τυγχάνῃ). Spanh.

4. ταῦτα. Cod. Dorvil. et tres Codd. Brunck. ταυτά,. quod recte Schol. repudiare Hemst. Brunck. et Fisch. judicant. Nam ταῦτα refertur ad βέλτιστα. Dind. τὰ ante βέλτισθ' omisit Zan. et Ven. 1542. Id. κεκτημένῳ. Κεκτημένοι et ἐγκεκτημένοι pr. ab Atticis dicti Athenienses, qui prædia in Attica possidebant, et erant a δημόταις, seu ipsis pagorum Atticæ incolis diversi. Liquet id e Demosth. adv. Polycl. p. 667. ed. Paris. κεκτημένῳ significat active. Munt. Habet vim medii. Fisch. Xen. Œcon. xx. 22. οἱ κεκτημένοι sunt possessores agrorum. Id. Hinc κεκτημένοι, *heri*, s. δεσπόται, ab iisdem Atticis sunt dicti, et quidem, inter alia, respectu servorum, qui inter κτήματα vulgo habiti, prout Aristot. Polit. i. 4. δοῦλος κτῆμα τε ἔμψυχον, et ejusd. Ethic. ad Eud. viii. 9. Hinc ap. Lucian. in Cataplo p. 423. t. i. ed. Amst. [c. 2.] Mercurius non Jovis solum sed etiam aliorum deorum dicitur κοινὸν κτῆμα. Quam in rem et ad hunc Comici locum expressa sunt verba Dion. Chrys. Or. xv. p. 241. ὃν ἄν τις κεκτημένος [suppl. ᾖ] κυρίως—ὥστε ἐξεῖναι αὐτῷ χρῆσθαι, ὅ τι βούλεται· οὗτος ὀρθῶς λέγεσθαί τε καὶ εἶναι δοῦλος τοῦ κεκτημένου. Nempe, ut mox ibid. subdit, καὶ γὰρ δὴ τῶν κτωμένων εἶναι τοὺς δεσπότας. Hinc ubi a Lacedæmoniis servos morte adfectos, qui supra servilem conditionem ac speciem vigerent, dixisset apud Athen. Myron Prienensis, addit xiv. p. 657. καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, εἰ μὴ ἐπικόπτοιεν. τοὺς ἀδρουμένους (juxta certam Casaub. emendationem receptam etiam a Schweigh.). Sic κεκτημένων jam ap. Æsch. Suppl. 340. de dominis, et κεκτημένη de domina in Nost. Conc. 1118. Ac similiter ap. Lucian. in Asin. t. ii. p. 84. ed. Amst. ἰδεῖν μεταμορφουμένην τὴν κεκτημένην. Spanh. Add. Mœris At-

tic. p. 225. ibique Piers. et Spanh. ad Julian. p. 29. A. Omnino Græci utuntur participiis, præmisso articulo, loco nominum, ut οἱ ἐφεστῶτες Xen. Mem. iii. 5. 19. *præfecti, magistri,* ἡ τεκοῦσα *mater* Eur. Phœn. 53. οἱ φύσαντες *parentes* ib. 34. Imitati sunt poëtæ, ut *mugientes* Hor. Epod. ii. 13. boves. Sed hæc forma loquendi, ut multæ aliæ, in linguam Græcam videntur venisse ex Hebraica, quæ inopia substantivorum coacta usurpavit pro iis participia, vel addito He, vel omisso, unde etiam in N. T. ita participia simpliciter, omisso articulo, ponuntur, Luc. iii. 14. Matth. xxii. 10. Fisch. ταῦτα Ald. Rav. apud Inv. præf. p. ix. ταὐτὰ Gl. 6. καὶ τὰ ὅμοια. Utrumque memorat Schol. Boiss. "Cum ταὐτὰ sensus esse potest, δόξῃ δὲ αὐτῷ, τῷ θεράποντι, μὴ δρᾷν ταὐτὰ τῷ κεκτημένῳ· eadem hero, eadem atque herus. Ut vitetur ambiguitas, ταῦτα omnino retinendum." Dobr. ταὐτὰ 3. 4. Id.

5. μετέχειν—κακῶν, i. e. *servo parata sunt necessario verbera.* Nam τὰ κακὰ, mala, inutilia, perniciosa, relata ad servum ratione domini sunt *plagæ, verbera.* Sed in verberandis servis utebantur domini vel manibus et pugnis (21. s.) vel flagellis, quæ facta erant vel e funiculis vel e loris coriaceis. V. Scheff. R. Veh. i. 14. p. 190. ss. Idem docent verba v. 6. s. Nam herus dominatur corpori servi, ita ut eum verberet vel ipse vel per alios. Aliter Spanh. ad Callim. p. 187. s. ed. Græv. Genitivus rei additur verbo μετέχειν, quia partitio indicatur. Additur interdum μέρος, ut Cyrop. ii. 3. 8. Fisch. Hunc locum imitatus esse videtur Philemon ap. Stob. Ecl. lx. p. 384. Κακὸν ἐστι δούλῳ δεσπότης πράσσων κακῶς | Μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται. Kust.—Spanh. addit fragm. Eurip. Alcmæon. [n. 4. Musgr.] Dind. μετέχειν ἀνάγκῃ. ἀνάγκη μετέχειν i. 2. Ad Eurip. sine auctoris nomine citata a Plutarcho ii. p. 166. E. Δεινή τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ Δούλους γενέσθαι, δεσπότας τε δυστυχεῖς (δυσχερεῖς Valck.) λαβεῖν, respexisse Aristoph. putant Valck. ad Phœn. 393. et Wyttenb. Dobr.

6. τοῦ σώματος — ἐωνημένον· *Neque enim corporis dominum,* i. e. *servum, fortuna sinit esse ejus dominum, immo herum ei jubet dominari.* Genit. τοῦ σώμ. et cum nomine τὸν κύριον et cum verbo κρατεῖν cohæret. Cf. Schol. Fisch. σῶμα de *servo* aut *serva* ab Atticis subinde dictum ex Aristot. Harpocr. et aliunde observat ad Athen. Casaub. p. 360. σῶμα quidem in genere de *persona virili* ac *muliebri* ap. eosdem Atticos; prout σώματα Danaides drr. Æsch. Prom. 858. et sic σῶμα LXX. Gen. xlviii. 12. pro *viritim, par tête.* Spanh. Bourdel. ad Heliodor. i. p. 9. existimat, σῶμα h. l. significare *mancipium,* non *corpus;* sed male. Licet enim verum sit, σώματα interdum ap. Gr. significare *mancipia,* sicut *corpora* ap. ICtos Lat.; ea tamen significatio ab h. l. aliena est. Tum enim κύριος τοῦ σώματος erit *dominus servi,* locus autem de servo accipiendus est. Servus enim recte dixeris, dominum corporis proprii, s. dominum sui ipsius, non autem dominum servi. Kust. ὁ κύριος τοῦ σώματος est servus. Nam ut ICti Rom. loquuntur, servus naturaliter corporis sui dominus est. Et Ammonius, sive malis, Eren. Philo, v. Δεσπότης· κύριος—καὶ αὐτός τις ἑαυτοῦ. Kust. Natura enim unumquemque hominem, atque etiam servum, sui corporis dominum esse vult. Fisch. Servi minime pro κυρίοις, seu sui juris hominibus olim habiti. Hinc Demosth. adv. Pantæn. p. 570. τίς—τοῦ δούλου τὰ πράγματα ὥσπερ κυρίου κατηγόρησεν; κυρίου nempe voc. Athenis usos in dicasteriis, ubi quempiam *liberum,* non *servum* in judicium vocabant, docent Scholl. ad Eqq. 965. Adde quod κύριος de *marito, patre,* aut alio quocunque *sui juris,* seu etiam de eo, in cujus tutela foret mulier, ab Atticis dicatur. Κύριον vero, respectu ad servum habito, dici negat Pears. ad Symbol. Apostol. p. 257. vers. Lat. ubi de hoc ipso Arist. loco agit. Quod adstruere videtur Æsch. a quo adv. Timarch. p. 263. ed. Frf. κύριοι dicuntur, in quorum potestate sunt pueri ingenui; ita ut *liberorum* s. *ingenuorum* intuitu κύριοι, respectu autem ad servos δεσπόται sint vulgo a Græcis ipsisque Atticis dicti. Quamquam respectu etiam ad *servos* κυρίων voc. sit usus Dionys. Halic. Antiq. iv. p. 227. Adde LXX. Exod. xxi. 4.— Quod autem *sui corporis* non ipsum servum esse dominum, sed, qui eum emit, hic traditur, id ab Aristot. similiter dicitur Eth. i. c. 34. τοῦ γὰρ δεσπότου ὁ οἰκέτης, et expressius lib. viii. c. 9. Spanh. Non potest servus a domino vapulans dicere quod ille in Nub. 1416. πρὸς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα—. Berg.

6-7. Suid. δαίμων. Citat Hemst. in Mss. Simplic. ad Epict. p. 199, 12. Salmas. ad Ach. Tat. p. 695. Alciphron. p. 210. Xenophon. Eph. ii. pp. 26, 27. Eurip. Med. 233. Philostr. V. A. T. p. 321, 25. Senec. de Benef. iii. 20. Liban. t. i. p. 771. c. Pers. Sat. v. 68. [Casaub. ad 124. p. 174. ed. Hennin.] Aristæn. ii. p. 152, 23. Grot. in Pauli Ep. ad Philem. 16. Plutarch. ii. p. 831. c. Theo-

dor. Prodr. de Rhod. et Dos. p. 317. et Gaulmin. p. 532. Dobr.

7. κρατεῖν τοῦ σώμ. est, habere potestatem corporis, ἐξουσιάζειν Schol. quod verbum ita 1 Cor. ii. 4. legitur. Cf. Gataker. de stylo N.T. c. 10. p. 64. Fisch. —ὁ δαίμων est *fortuna*. Schol. et Phavor. h. v. Causa est, quia Genius cujusque credebatur esse auctor fortunæ cujusque. Nam δαίμονες ap. scriptt. barbaros leguntur eadem facere, quæ in libris divinis angeli. V. Plat. Phæd. 57. Symp. 23. Augustin. de Civit. Dei viii. 14-18. Id. Bourdelot. ad Heliod. l. l. negat, τὸν δαίμονα in masculino dici fortunam, sed in femin. τὴν δαίμονα, quod secus est. Nam etiam ὁ δαίμων pro fortuna ap. plures scriptt. legitur, ut Eurip. Alc. 935. Androm. 98. (τὸν ἐμὸν δαίμον'—)Troad. 101. Cyclop. 110. Ion. 1269. (ἐσθλοῦ δαίμονος). Kust. ὁ ὠνημένος est herus, qui servum emit. Kust. Participium pass. habet vim medii, ut v. 4. ὁ κεκτημένος. Nam ὠνεῖν valet *vendere*, unde ὠνεῖσθαι *sibi vendi* aliquid *jubere*, h. e. emere. Fisch.

8. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· *et hæc quidem sic se habent*, atque hæc ita solent fieri; formula Atticis perquam familiaris, ita ut ea utantur fere ii, qui desinunt verba facere de re aliqua, et transire ad aliam volunt, sic ut significent vera esse ante dicata: Lat. *et hæc quidem hactenus*. Fisch. Platon. Comic. ap. Athen. i. p. 5. et Æsch. Prom. 499. (ubi τοιαῦτα) laudat Spanh.—Τῷ δὲ Λοξίᾳ—δεσπότην h. e. sed de Apolline, qui oracula edit e tripode aureo, jure mihi videor conqueri posse, quod, quum feratur esse medicus et vates doctus, tamen dominum meum abire jusserit ex æde sua delirantem. ὁ Λοξίας est Apollo Pythius, ita dictus a λοξὸς *obliquus*, quia edebat oracula non *recta* h. e. aperta et certa, sed *obliqua*, i. e. ambigua et obscura (Schol. Dorv. et vett. unde Suid. et Phav.), cujusmodi oracula multa collegit Dalius (van Dale) de Orac. vii. 21. diss. 1. Æsch. Eumen. 19. προφήτης Λοξίας. Gloss. vett. Λοξίας· *obliloquis*. Gesner. legit *obliquoloquus*, hocque voc. auxit Thesaurum Lat. L. Dici etiam *flexiloquus* potest, ut Cic. Div. ii. 56. oracula Apoll. vocat *flexiloqua* et obscura, ubi v. Davis. Nam verba proprietatem personæ alicujus non communem sed præcipuam indicantia ponuntur recte pro ipso istius personæ nomine. Fisch. De Apollinis cognomine Λοξίας exposuit etiam Lamb. Boss. Obss. Critt. p. 53. s. docuitque illud ei tribui, quum de responsis ejus et oraculis ambiguis (λοξοῖς) agatur, ut Eurip. Elect. 399. uti Παιῶνος, ubi sermo sit de re medica. Dind.

8-10. Eurip. Orest. 279. Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι, ubi nostrum citat Pors. Dobr.

9. θεσπιῳδεῖ. Sic θεσπιῳδὸς Cassandra Eurip. Hec. 677. θεσπιῳδήσειν Æsch. Agam. 1170. Pro θεσπιῳδεῖν vero θεσπίζειν de Apolline Delphis vaticinante dixit Eurip. Ion. 7. Spanh. Compositum verbum e θέσπις *divinus*, et ᾄδειν *canere*, usurpatur 1. de Apolline ut h. l. et Eur. Phœn. 966. atque idem est quod χρᾷν et ἀναιρεῖν, oracula edere, vaticinari; 2. de vatibus, ita ut sit *vaticinari*, i. q. προφητεύειν, μαντεύεσθαι, v. Pollux i. 7. nam et oracula Apollinis fere versibus continebantur, et vates utuntur versibus; 3. de poëtis, eorumque vel poëmatis vel oribus, v. Æsch. Axioch. 10. nam etiam poëtæ carmina fundunt instinctu divino. Fisch. Suid. v. θεσπιῳδεῖ. Dobr. τρίπους χρυσήλατος est *tripus* (mensa tripes) *aureus*. V. Hes. v. χρυσήλατος. Nam quæcumque diis tribuuntur, ea dicuntur *aurea*, i. e. pulcherrima, præstantissima. [Immo tertius tripus *aureus* fuit, quum antea æreus adhibitus esset. Cf. Harwood Græc. Antiqq. Uti omnino Delphis alii etiam fuerunt tripodes aurei. V. Paus. x. 22. p. 191. t. iii. Fac. De tripodibus uberiorem disputationem promisit Millin Monum. ined. t. i. p. 278. Figuræ etiam sunt in Museo Napol. t. iv. tab. 13. 14. p. 38. ss. Dind.] Species et figuræ tripodum sunt ap. Spon. Miscell. erud. antiq. p. 118. et Spanh. ad Call. in Del. 90. ad q. l. ab eo multa disseruntur de tripodibus inprimisque de tripode Delphico. Ipsa Pythia, sacerdos Apollinis, cui tribuendum erat, quod Apollini tribuere Carionem jussit poëta, in tripode, qui lauro ornatus erat (Palæph. 50, 4.) sedens vaticinabatur: pars tripodis illa, in qua sedebat, dicebatur ὅλμος, v. Spanh. l. l. [p. 449. t. ii. Ern.] et posita erat super profundo terræ foramine in planitie exigua, quæ erat in rupis anfractu, media ferme Parnassi montis altitudine [in templi ipsius adyto] Justin. xxiv. 6. 9. Diod. S. xvi. 26. Villois. Anecd. Gr. t. i. p. 109. van Dale de Orac. p. 141. Fisch. Voyage du jeune Anach. t. ii. c. 22. p. 331. Dind. τρίποδος χρυσηλάτου. χρυσήλατος, *ex auro ductus, fabricatus*, ex χρυσὸς et ἐλατὸς, ductilis. Hoc similiter tragicum sapit. Oracula per Pythiam, sacerdotem, edebantur, aureo in tripode sedentem. Notat Schol. locum, ubi sedebat Pythia, ὅλμον fuisse dictum. Hinc proverbium est enatum ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη, μαντικὸς ἐγένετο. Hujus tripodis ortum narrat idem Schol. Piscatores nimirum

Mileti rete jacientes quibusdam, piscatum spectantibus, quidquid cepissent, pacto vendidisse pretio. Extracto autem tripode aureo, litem inter piscatores atque emtores de eo esse ortam: quam ut componerent, consuluisse Apollinem, respondentem, Omnium sapientissimo tripodem esse dandum: Septem igitur sapientibus oblatum, iisque recusantibus, tandem ad Apollinem remissum. Munt.

10. μέμψιν δικαίαν μέμφεσθαι, est *recte, jure, conqueri*. Nam nomina verbis ejusdem originis aut significationis juncta, vel in accus. vel in ablat. per se nullam addunt verbis vim, ita ut μέμψιν μέμφεσθαι id. sit quod μέμφεσθαι simpliciter, atque adj. δικαίαν vim habeat adv. δικαίως. Ducta autem hæc forma loquendi est ex oriente, ut Judd. viii. 24. 1 Reg. xii. 8. [imo potius omnino a simplicitate antiqui sermonis repetenda. Dind.] V. Vorst. Philol. c. 35. Fisch. — Familiare quoque Atticis loquendi genus; sic in hac fab. 202. (δικάζειν δίκας) 429. 515. 530. Add. Acharn. 112. Pac. 150.* et sic passim ap. tragicos et oratores. Spanh. μέμψις opp. ἔπαινος Xen. Cyr. iii. 5. 5. extr. ideoque μέμφεσθαι v. ἐπαινεῖν. Fisch. Sic et Eurip. Or. 275. Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι. Herodot. i. 91. κατὰ τὸ μαντήϊον — ὁ Κροῖσος μέμφεται. Berg. μέμφομαι 2. Dobr.

11. ἰατρὸς καὶ μάντις. Hinc uno voc. ἰατρόμαντις dicitur Æsch. Eumen. 62. Suppl. 271. Apis, filius Apollinis, ἰατρόμαντις. Agam. 1632. calamitates ἰατρομάντεις φρενῶν. De Aristæo, alio Apollinis filio, Apoll. Rhod. iv. 514. Μοῦσαι ἀκεστορίην τε θεοπροπίας τ' ἐδίδαξαν. Ipse Apollo ἰατρὸς nost. Av. 587. Spanh. Nam Apollo præesse credebatur medicis et vatibus, atque ipse esse medicus atque vates doctus (σοφός). Callim. H. in Apoll. 45. s. ubi v. Spanh. Lucian. Philop. 5. t. iii. p. 591. ubi v. Gesn. Fisch. Sunt autem non istæ tantum artes Apollinis, sed et aliæ duæ. De his Plato in Cratylo et Lucian. in dial. Junonis et Latonæ (xvi.) et alibi. Berg. ὅς φασιν. Ita Kust. ut metro succurreret, et post eum Hemst. cum Cod. Dorv. ediderunt pro φασι, quod in F. B. G. Dind. Interposuit illa verba poeta, ut oratio accommodata esset personæ servi, et Apollinem nominari jussit potissimum ἰατρὸν et μάντιν, quia prædicatum μελαγχ. ἀπεπ. ista nomina desiderat. σοφὸς est *doctus*, v. Index Æsch. Socr. h. v. et Albert. ad 1 Cor. iii. 10. et Suid. v. σοφία. Fisch. φασι. φασιν A. 1. 2. ὅς φασι Ald. ὥς φασιν Dorv. Dobr. φασιν. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port. φασι. Dind.

12. μελαγχολᾷν est *delirare, furere, insanire*, i. q. παραφρονεῖν v. 2. Schol. vet. animadvertit χολᾷν ap. Att. idem valuisse quod μαίνεσθαι. In Eclogario Mœridis legitur, χολᾷν, ἀντὶ μανίαν, Ἀττικῶς. Poterat igitur poeta dicere χολῶντα. Sed quia furor fere existere putatur ex *atræ* bilis abundantia, idcirco usus est v. μελαγχολᾷν, ut v. 903. Phav. h. v. ubi hic loc. laud. et μαινόμενον exponitur. Cf. Wolf. ad ep. Liban. p. 31. Carion herum vocat μελαγχολῶντα, quia videbat ab eo fieri alia omnia, quam quæ fieri ab hominibus sanis solent, ut præeant cæcis, neque eos pone sequantur. Apollo autem hero consulenti respondere debuerat ita, ut recte ageret omnia. ἀποπέμπειν est h. l. *ex æde sua discedere jubere, sinere*, act. pro medio, ut Plat. Phæd. 66. coll. 65. Fisch. μελαγχολῶντ'. Ald. Junt. ii. μελαγχολῶν τ'. Dind.

13. Cod. Dorv. ὅς τις δ' ἀκολ. verum in margine notatur eadem manu γρ. ὅς τις ἀκολ. Scilicet aberrarat descriptoris oculus ad versum abhinc tertium. Hemst. κατόπιν est particula Atticis propria (757. 1094. 1209.) idem valens quod ap. Gr. cæteros ὄπισθεν, v. Mœr. (p. 240. Piers.) Schol. Leid. et Dorv. ad 1095. Hesych. Phav. h. v. ἀκολουθεῖν κατόπιν est sequi, *pone, a tergo*, ut 757. nam refertur ad ἡγεῖσθαι v. 15. præire. Unde patet, auctoritate horum locorum nullo modo vindicari posse constructionem v. ἀκολουθεῖν cum ὀπίσω et μετὰ in N. T. Matth. x. 38. Luc. ix. 49. etc. Nam hoc est omnino, *sequi, comitari aliquem*. Atque ejusmodi sunt etiam cæteri loci, quos attulerunt contra Vorstium Phil. S. xxxiv. 4. Vitringa Anim. ad Vorst. c. 8. p. 853. Georgius Vindic. Græc. N. T. p. 337. Eckhard. (Obss. e Pluto) p. 3. Fisch. Plutum τυφλὸν vocat etiam Amphis Comicus ap. Athen. xiii. p. 567. Ita et Dio Chrysost. Orat. iv. p. 54. Porphyr. de Abstin. iv. p. 335. (c. 4.) Spanh. ὅστις. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port. rectius ὅς τις. Dind. ὅστις δ' Dorv. ex 16. sed γρ. ὅστις ἀ. in marg. Dobr. ἀκολουθεῖν 3. Id.

14. τοὐναντίον, *contra, secus*. τοὐναντίον ἢ v. Ducker. ad Thuc. p. 500. προσήκειν, *convenire, decere*. Fisch. V. Eurip. Or. 932. Berg. ποιεῖν diserte, non ποεῖν, schol. in Ald. ad 11. Dobr. ποιεῖν Lib. Burg. Id.

15. ἡγεῖσθαι est, *præire, ducem esse*. Schol. Hes. h. v. Nam dicitur maxime de viæ ducibus, vel simpliciter vel addito voc. ὁδὸς in genit. aut accus. V. Xenoph. Cyr. iii. 2. 13. iv. 2. 8. Joseph.

Arch. ix. 5. extr. Sic et ἡγεμὼν et ἡγεμὼν τῆς ὁδοῦ. V. Valck. ad Herod. p. 377. Fisch. ἡγεῖσθαι h. l. i. qu. ὁδηγεῖν Luc. vi. 39. Ap. Lucian. in Timone t. i. p. 116. Mercurius Plutum dicit. Eckard. Hunc versum et infra 24. 25. 376. citat Priscian. Aldi xviii. p. 227. a. notante Pors. Omittit Putsch. p. 1169. Dobr. Citat Grammaticus Hermanni p. 374. Id.

16. οὗτος, *herus meus*. προσβιάζεσθαι est, *cogere*, *jubere una ire*, *sequi a tergo*. Neque enim vim quandam puto hoc verbo significari; nam quia Carion pedissequus erat Chremyli, et hic Plutum sequebatur pone, necesse erat, ut servus, qui sequeretur herum, etiam Plutum a tergo sequeretur [*invitus* tamen faciebat]. Sic παραβιάζεσθαι Luc. xxiv. 29. de discipulis magistrum rogantibus eique persuadere studentibus, ut cum ipsis maneret. Add. Act. xvi. 15. Fisch.

17. καὶ ταῦτα (scil. ποιεῖ. Munt.) est, vel *præsertim quum*, v. Metaphr. Cæs. B. Gall. i. 16. quum præcedit nullum nomen, ad quod referantur ista verba, vel, *et quidem*, quum præcedit nomen ad quod referantur, ut h. l. Fisch. καὶ ταῦτ'. Vitiose Ven. 1542. τὴν ταῦτ'. Dind. ἀποκρινομένου. referendum puto ad τυφλοῦ v. 13. Neque enim video, cur hoc ductus orationis non patiatur, maxime cum e seqq. pateat, Plutum non respondere voluisse. Utique durius videtur genitivum absolutum statuere, quod placet Girardo. Duck. Ne dicam durius ἀποκρ. cum τυφλοῦ conjungi, utpote plena sententia interveniente, illud potius dixero, sententiam ipsam clamitare, corrigendum esse ἀποκρινόμενος, Chremylus sc. Carioni. Patet ex 19. et 24. Chremylum a servo interrogatum nihil respondisse; hoc ille indignatur. Plutum vero nondum interrogatum fuisse, 60. ostendit et 52. Bent. ἀποκρινόμενος perite legendum esse vidit Bent.: refertur enim ad proximum οὗτος. Codd. etiam ut impressi habent, ἀποκρινομένου, quod pro genit. absoluto habuerunt veteres, nec tamen satis illis constitit, utro pertineret, an ad proximum herum, an ad remotiorem cæcum hominem. Hoc ostendit glossa Cod. mei: τοῦ τυφλοῦ ἢ τοῦ Χρεμύλου. Sed queri non poterat servus, sibi cæcum non respondere, quem nondum percunctatus fuerat. Brunck. At 1. in nullo lib. vet. ullum varietatis lectionis exstat vestigium, 2. supervacanea est emendatio. Nam participia sic sæpe absolute ponuntur, ut intelligi debeat pronomen, ut Act. xxi. 31. v. Hoelzlin. ad Apoll. Rhod. i. 260. Heus. ad Plut. de puer. ed. xiv. 14. p. 121. et Proleg. nost. de vit. Lexx. N. T. p. 133. [et Eckard. ad h. l. p. 4. Dind.] Fisch. Insolentius tamen est, quod, quum præcesserit οὗτος, genitivus absolutus sequatur. Cæterum nec Hemst. quidquam mutari voluisse videtur. Munt. autem probavit Bent. emendationem. Dind. ἀποκρινομένῳ R. (i. e. consentit Rav. teste Inv.) Lib. Burg. Id. ἀποκρινομένου Ammon. de Interp. p. 78. a. 13. ed. Ald. 1545. Suid. ed. Ms. v. γρῦ. ἀποκρινομένου edd. Mss. tantum non omnes, in quibus Arund. 6. ubi κρι ex em. reliqua ab initio. Gl. in D. τοῦ τυφλοῦ ἢ τοῦ Χρεμύλου. ἀποκρινομένῳ Rav. Boiss. "Servavissem ἀποκρινομένου, nempe τοῦ Πλούτου. Non enim putaverim versu demum 52. Chremylum primam poposcisse ab illo ominoso viæ duce interrogationem: et ipse 56. interrogationis modus argumento esse potest non hanc esse primam. Cur enim verbera, non verba, nisi post obstinatum vetuli Pluti silentium?" Omnium facillima Rav. lectio, sed ob eam ipsam causam suspecta. Dobr. ἀποκριναμένου 4. Id. τοπαράπαν est omnino, παντελῶς Hes. Librarii fere τὸ omisere. [Scribitur in nonn. edd. ut Münt. divisim, τὸ παράπαν, sed ipse Münt. improbat. Dind.] V. Ind. Palæph. v. ὁ, et οὐδὲ γρῦ, *ne minimum quidem*, *nihil*, est loquutio proverbialis, v. Erasm. Adag. p. 674. quæ unde ducta sit, non omnino constat. Nam γρῦ dicuntur *unguium sordes*, Hes. et Herodian. Philet. p. 436. Est etiam genus quoddam nummuli minuti; est sonus vocis suum. V. Schol. cujus verba descripsit Phav. et Suid. Atque hinc sumtam esse proverb. illam loquutionem arbitror. Fisch. Sic in Aristoph. versu ap. Athen. viii. p. 343. μηδὲ γρύ. Unde γρύζειν, *mussitare*, de quo 598. Ita Thesm. 278. μῦ et mox τί μύζεις. Spanh.

18. Ad herum, quocum incedebat Plutum sequens, hæc conversus dicit. Dind. ἔστιν ὅπως, est *quomodo*, h. e. ullo modo, quoddammodo, fieri potest ut; ideoque οὐκ ἔσθ' ὅπως non potest fieri ut, i. e. *nullo modo*, *haudquaquam*, i. q. οὐδαμῶς. V. 51. Ed. Schol. V. Dawes. Misc. Crit. p. 281. [ὅπως pro ὡς, hoc autem pro ὅτι Münt.] σιγήσομαι. Attici in multis verbis neutris in αω et εω desinentibus futura media præferunt futuris act. Sic πράξομαι, θηράσομαι, pro πράξω, θηράσω, Mœris hh. vv. Plato Symp. 38. ἐπαινέσεται, de rep. 2. p. 379. t. ii. Steph. ἐπαινεσόμεθα. Causa videtur esse, quod activa quondam habuerint vim activam, non mediam; quæ certe restat in multis hujusmodi verbis, ut τιμάω, λυπέω. Quæ quidem opinio confirmatur etiam eo, quod sic usurpantur fut. med. in ζω, quæ pro-

prie activa esse constat, ut θαυμάσονται, Apoc. xvii. 8. Fisch. ὅ τι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Zan. Ven. Wech. Brub. Raph. Part. ὅτι et mox τῷ δ' Ald. Junt. i. Crat. Zan. Ven. 1542. Wech. Brub. Raph. Dind.

19. φράζειν est *dicere, ostendere, docere*, ut 24. et Xen. Mem. i. 4. 15. V. Hesych. — ὅ τι — ποτε, *cur tandem?* ut 24. τίς ποτε, *quis tandem, quisnam*. add. 53. Hunc aliosque locos similes multi [ut Eckard. h. l. Dind.] laudant ut doceant Marcum ix. 11. ὅτι recte usum pro *cur*. V. Raphel. ad eum loc. et Vitringa ad Vorst. c. 3. At l. hoc aliisque locis scribi debet ὅ, τι, ut Jensius jam monuit ad Lucian. t. i. p. 497. auctoritate optimorum liborum. V. Hom. Il. A. 64. e quo loco attulit Hes. glossam ὅ τι τόσσον διότι τοσοῦτον, ut Schol. Dorv. ad 967. ὅτι explicat διότι. Nam Attici ὅστις dicunt pro τίς, v. 53. coll. 24. ita ut ὅ, τι dictum sit pro τί. 2. certum est, Marcum expressisse part. כִּי quæ usurpatur pro *cur*, et a lxx. redditur ὅτι 2 Regg. xviii. 34. Fisch.

20. πράγματα παρέχειν pr. est, *aliquem accusare*, in jus vocare, alicui litem intendere. Nam refertur ad πράγματα ἔχειν quod dicitur de reis, et iis qui lites sequuntur. V. Xen. Mem. ii. 9. 1. Deinde ponitur omnino de iis, qui alicui *molesti sunt* aliqua re, κόπους παρέχειν Matth. xxvi. 10. Luc. xi. 7. et mox ap. Nost. λυπεῖν. Fisch. A negotiatoribus, qui multis negotiis cuisque distrahuntur, perperam formulam repetit Eckard. Dind.

21. συντήξεις Attice pro τύψεις Mœris p. 372. Pierson. Tho. Mag. p. 860. Sic χαμεύνας v. 64. Fisch. στέφανον ἔχ. γε. Qui olim consulto oraculo ex Apollinis templo redibant [et liberi et servi, Fisch.] coronati erant [lauro]. Qui autem sacris ejusmodi coronis ornati erant, sancti quodammodo habebantur, eosque violare nefas erat. V. Schol. Eurip. Hippol. 792. Schol. Soph. Œdip. Tyr. p. 152. ed. Henr. Steph. [ad 82.] ubi ad hunc locum respicit. Cfr. Brod. Misc. t. ii. Grut. Thes. Crit. p. 518. Kust. Laudat Spanh. Kust. Pac. 1048. ibique Schol. Fisch. Addit Van Dale de Oracc. c. 6. monetque hinc intelligi, cur Carion hæc verba adjecerit, στέφανον ἔχειν idem esse quod στεφανηφορεῖν, et στέφανον esse *coronam lauream*. — γε, *saltim*, Gir. et Münt. Dind.

22. μὰ Δί' ἀλλ', *imo vero*, ut οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλὰ Lys. 55. Kust. Ante μὰ Δία intell. οὐ. [Vid. Viger. de Idiot. p. 450. Herm. et Hoogeveen. Doctr. Part. Gr. p. 332. ed. second. Schutz. Dind.] Sensus: *non verberabo te, coronam in capite habentem, sed verberabo te, detracta capillis corona*, h. e. immo verberabo te etc. Scil. herus in animo habebat, servum pugnis cædere. Fisch. Verba ἢν λυπῇς τί με desunt in Cod. Dorv. non accuratissimo. Hemst. Sensus: *si mihi ullo modo molestus eris*. Fisch. Alterum accus. τι, ut Æl. V. H. iv. 15. λυπεῖν etiam cum duobus accus., ab omissa præp. κατὰ repetit Münt. Dind. ἀλγῇς Junt. i. ἀγῇς. Dind. μὰ Δί' et λῆρος om. Linc. Dobr.

23. ἵνα μ. ἀλγῇς, *ut caput tibi gravius doleat*. — λῆρος, ut ap. Lat. *nugæ*, vel de *verbis* et dictis vanis, futilibus, vel de *rebus* inanibus, levibus, nihili æstimandis, vel de *hominibus* stultis et contemtione dignis. H. l. pertinet ad minas domini frustra jactatas; istæ minæ tuæ me non movent. V. Schol. — παύσομαι sc. πράγματα παρέχων σοι. Fisch. λῆρος scil. ἐστιν. Munt.

24. οὑτοσί, *iste*, pone quem sequimur. Est enim δεικτικὸν, auctore Ammon. de differ. voc. Fisch. οὑτοσὶν 1. 3. Dobr.

64. Cod. Dorv. Οὔτι et Δήμητραν, utrobique versu interfecto. Majoris est momenti, quod hosce binos versus (64. s.) etiam Carioni adscribat. Sed verius arbitror 64. ad Chremylum pertinere, 65. Εἰ μὴ etc. esse Carionis. De posteriore quidem dubitari non potest, si consideres attente 67. 68., quo constituto, quid restat aliud, quam prior ut Chremylo cedat, idque jure optimo; postquam enim senex blandius Plutum allocutus 61. responsum durius haud secus ac Carion tulisset, nunc irritatior in eum invehitur, quam tamen orationem quasi nimis mollem, subito Carion excipit atque ita continuat, ut heri dictis aculeos addat minarum acriores. Hæc scenæ veteris peritus comœdiæ ludo convenire non diffitebitur. Mox quoque veteres in personis collocandis variasse notat Schol. ad 67. adscripto nimirum voc. πάμαλα Carioni, quod tamen non probo. Hemst. Οὔτοι i. e. *neque vero*. Gloss. vett. οὔτοι, *nequaquam*, *num*: leg. *non*. Cod. Dorv. οὔτι· non male, qua sensum; nam οὔτι est οὐδαμῶς Hesych. v. Odys. A. 75. At leges metri repugnant: et oratio sic vinculo caret. Sed οὐ χαιρήσεις ἔτι est vox vel minantis mala, *miser eris posthac et calamitosus*: vel potius denuntiantis, futurum, ut hominem pœniteat facti, ita, *te vero, mihi crede, pœnitebit nihil respondisse*; nam quem pœnitet facti alicujus, is nunquam lætus est: χαιρήσεις est forma futuri Attica, auctore Mœride, quæ legitur etiam ap. Platon. Phileb. 10. ut 21. τηρήσεις et Chremylus jurat per Cererem, μὰ τὴν Δήμητρα, ut agricola; nam Ceres est dea frugum. V. Schol. h. l. Cæterum notanda est humanitas, quæ elucet ex oratione hominis ingenui, paululum commoti. Quæ quum desideretur in 65. assentior Hemst. qui verba, εἰ μὴ φράσεις — κακῶς, præeunte quodammodo Cod. Dorv., Carioni vindicanda censuit. Nam primo minax ista et aspera oratio vix cadit in personam hominis ingenui et urbani, sed in personam servi, ejusque barbari, bene convenit: deinde ex oratione Pluti 66. apparet, utrumque, et herum (57.) et servum, ei esse minatum: denique e 67. et 68. intelligitur, Carionem jam ante Pluto interitum fuisse minatum. Adjuvat scilicet servus orationem domini, ut dominus orationem servi 57. 71. Fisch. Δήμητρα. Δήμητραν A. sed vulg. agnoscit marginale Schol. Pors.

64—5. Chremylo dat Pors. cum tribus primis edd. Ita apographum v. 63. θεοῦ: Nempe.. id est Καρ. mutavit in: id est Χρ. εἰ μὴ φράσεις Ald. Junt. II. εἰ μὴ φράσῃς Junt. I. Δημήτραν Magister v. χαιρήσεις, sed ibi unus Ms. ν omittit. Plut. 91. μηδέναν, 691. χεῖραν, Nub. 1065. 1127. νύκταν, Dorv. In Mag. Vita Aristoph. Ἀρασόταν Cant. 3. In Plat. Cratyl. p. 404. B. HSt. Δημήτραν reliquit optimus Heindorf. Dobr. [Istud ν sæpe addit Ms. Bibliorum Alexandrinus, (Grabe Proleg. cap. 2. fol. e. 1. b. ed. min.) V. Sturzii Dial. Alex. p. 127. Δήμητραν in titulo hymni servat Ruhnk. in Cratylo Bekkerus. Ut formam legitimam diserte agnoscit Aug. Matthiæ Gr. Gr. p. 95. ed. Angl. Nub. 386. 549. γαστέραν, 760. ἀέραν Dorv. Id. οὔτι 3. Δήμητραν 1. 3. Dobr.

65. Φράσεις] Cod. Dorv. φράσῃς· atque ita sane utræque Phil. et Bern. Juntarum Edd. A. 1515. Hoc quidem usitatius; neque ideo tamen alterum est repudiandum: Aristoph. Equ. 945. εἰ μή μ' ἐάσεις. Hemst. ἀπὸ σ' ὀλῶ. Verbum ob metrum divisum, pro ἀπολῶ σε ut mox 68. ἀπολῶ. Sic Ran. 631. ἐν κλίμακι δήσας pro ἐνδήσας κλ. ut ibi Schol., Lysistr. 262. κατὰ — ἔχειν pro κατέχειν. Æsch. Eumen. 850. παρ' οὐδὲν ἦραν pro οὐδὲν παρῆραν, ut in Schol. Spanh. ἀπολῶ pro ἀπολέσω, præsens pro fut., quod Atticis est frequentissimum. Sic δρῶ noster pro δράσω, infra 222. καλῶ pro καλέσω, Nub. 632. ἐξελῶ pro ἐξελάσω ib. 123. Add. Tho. M. in ἐλάω ubi hic locus laudatur. Scio quidem alios dicere, hæc esse futura contracta, sed illi suo fruantur sensu. Kust. ἀπολῶ est futurum, non præsens, ut Kust. putabat. Sic καλῶ Attici dicunt, auctore Mœride. v. Nubb. 632. ἐλῶ, ἐξελῶ, et alia ejus generis. V. Berg. ad Nubb. 694 et 800. Et tmesis illa (vid. 68.) poëtis familiarissima est. Κακόν· *improbum, contumacem*, aut *cæcum*. Κακῶς· *misere*: ut v. 68. κάκιστα· quo loco etiam interpretatio addita est v. 69. s. Cæterum paregmenon istud, κακὸν κακῶς et κακὸν κάκιστα, extat etiam v. 418. et Matth. xxi. 41. Fisch. ἢν μὴ φράσῃς γάρ —. Sic tres Codd. Glossa in duobus, ἐὰν μὴ εἴπῃς. Vulgo εἰ μὴ φράσεις. Hunc versum, qui vulgo hero continuatur, cum Hemst. famulo tribui: ei in B. præfixa fuerat persona Pluti, quæ postmodo litura inducta fuit. Brunck. Chremylo cum anteced. tribuunt Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἤν. εἰ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. φράσῃς. φράσεις Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port. Dind. ἢν μὴ φράσῃς 1. 3. 4. (sed primo ἢν εἰ 4.) εἰ μὴ φράσεις (sic) 2. ἢν pro emend. ut infra 448. Dobr.

66. ὦ τᾶν (s. ὦ 'τάν) quod obvium ap. poetas Atticos, ut Nub. 1264. Ran. 981. Vesp. 370. Av. 12. Soph. Philoct. 242. Eur. Heracl. 322. et 628. Legitur quoque ap. Demosth. Olynth. 1. p. 9. ubi Ulpian. τὸ δὲ, ὦ τᾶν, δύο μέρη λόγου εἰσὶν, ὦ, καὶ ἐτὰν, ὅ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε; quod ab Helladio similiter traditur in Chrestom. p. 6. Spanh. Alii grammatici etiam per ὦ σὺ, ὦ οὗτος, ὦ ἀγαθὲ, ὦ μακάριε interpretantur. Dind. Est vox blande compellantis, quum quis ostendere vult, amari magnique fieri aliquem a se, quæ verbis omnis numeri, singularis, dualis, pluralis præmittitur, idem valens quod ὦ φίλε, ὦ φίλοι, ita tamen, ut non raro ponatur ironice, quum quis illudi aliquem a se et irritari ostendit, ut 377. V. Hes. Mœris h. v. Tim. Gloss. Plat. h. v. Suid. Etym. M. h. v. [add. Schol. in Plat. p. 6. Ruhnk. s. in Siebenkees Anecd. Gr. p. 4. s. ubi etiam de accentu voc. monetur, Fisch. ad Plat. Apol. xiii. 2. Dind.] Latine reddi potest vel, *carissime*, etiam *amabo*; vel, *heus tu, bone vir*; *heus vos, boni viri*, ut h. l. nam ironice positum est, ut Plat. Apol. 13. Scilicet ductum haud dubie est a nomine ἔτης, quo significatur *verus amicus*, ita ut ὦ τάν sit vocat. sing. ὦ τᾶν plur. et dual. vocat., adjecta littera ν. Fisch. Brunck. semper in ed. scripsit ὦ 'τάν, quem et Inv. sequutus est, Maittair. de Dial. p. 116. Sturz. et Fisch. in Platone ὦ 'τᾶν. Dind. ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ est, *mittite me, missum me facite, abite*, quod 100. ἄφετόν με. Nam aor. pass. habet vim medii. πόμαλα est *non, nequaquam*, οὐδαμῶς Hes. Schol. Harpocrat., qui addit, compositum esse ex πα, quod in lingua Dorum valuerit πόθεν, et μάλα, usumque ejus frequentem esse in comœdia vetere. V. Kœn. ad Gregor. Cor. de Dial. p. 60. s. Fisch. πόμαλα. Glossa οὐδαμῶς. V. Cocali fragm. vi. Interrogative efferendum videtur: est enim negatio morata per interrogationem, ut πόθεν, de quo vide not. ad Ran. 1455. Brunck. ὦ τᾶν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. ἀπαλλαχθῆτον Pors. πόμαλα — πεσὼν Carioni dabant alii apud Schol. Dobr.

67. καὶ μὴν, *immo, enimvero*. Habent enim istæ particulæ vim adversandi et corrigendi quasi ea, quæ herus responderat: ut nec hac de causa πόμαλα tribui servo possit, quæ erat vett. quorundam interpp. ap. Schol. sententia. ὃ λέγω, *quod dixi, quod suasi*, 65. Fisch. Cod.

Dorv. βέλτιστόν ἐστιν, ὦ δεσπότα· ferri paterit ea conditione, ut στόν ἐστιν tribrachyn faciat. [Sed hoc admitti nequit. Dind.] In Flor. Ph. Juntæ 1515. itidem reperio, βέλτιστόν ἐστιν, ὦ δέσποτ'. Hemst. ἐστιν δέσπ. Junt. III. In reliquis vulgatum est. Dind. ἐστι δέσποτα. Sic 1. 2. Pors. ἐστι δέσποτα Ald. Junt. II. ἐστιν ὦ δέσποτ' Junt. I. ἐστιν ὦ Elb. Dorv. 6. ἐστι ὦ Arund. (ν recentius.) βέλτιόν (sic) ἐστιν e Rav. citat Inv. ergo Cod. habet βέλτιον ἐστιν ὦ. Dobr. ἐστιν ὦ 2. 1. 2. 3. 4. Id. βέλτιον ἐστιν' ὦ 8. (βέλτιον ἐστιν R.) Lib. Burg. Id.

68. ἀνθρωπον dici de homine vili et contempto post Petit. docet Echard. Obss. p. 7. Dind.

69. Ἀναθείς. Notat Suid. hoc fere de inanimatis, sed Aristoph. etiam dixisse de animatis; Eustath. autem in Il. 22. p. 1280, 40. Atticos ἀναθεῖναι dicere pro ἐπιθεῖναι, laudato hoc loco. Duck. V. Hes. h. v. accusativus positus est pro genitivo. V. Anim. ad Weller. (iii. ii. p. 240.) Fisch. τιν' αὐτὸν κᾆτα λιπών. Lege aut vel καταλιπών. τινα, κᾆτ' αὐτὸν λιπὼν Ms. Bent. Καταλιπών. Omnes edd. κᾆτα λιπών reponere tamen non sum veritus emendationem maximi Bentleii et ob metri necessitatem, et quia plane sic scriptum est in C. Dorv. adjecta inter versus explicatione ἀφείς. Verum ne hoc quidem adjumento satis videtur isti versiculo prospectum: offendit enim καταλιπὼν ita nudum omnique fulcro destitutum. Refinxeris αὐτοῦ καταλιπὼν, id est, ἐπὶ τοῦ κρημνοῦ, nihil est, quod ultra desiderari possit: vim oratio majorem habet, si abfuerit αὐτὸν, præsertim ubi modo τουτονὶ præcessit: 1187. ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμένειν. Hemst. ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τινα, κᾆτ' αὐτὸν λίπων. Sic optime scriptus est hic versus in membranis. Vulgo pessumdato metro, ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κᾆτα λιπὼν —. Nihil facilius nunc videbitur fuisse, quam genuinam lectionem restituere, duarum vocum transpositione: facillimum tamen istud conjectura non adsecuti sunt viri doctissimi. Admissa Bent. emendatione καταλιπὼν, metro quidem prospectum erat, sed laborabat syntaxis, quod vidit Hemst. sed nihil melius adtulit. Tres alii Codd. vulgatum habent, omnesque perspicue κᾆτα λιπών. Glossa in meo καὶ εἶτα ἀφείς; in B. καὶ ἔπειτα ἀφείς. In Orvill. Cod. si fuit scriptum καταλιπὼν, id errori librarii tribuendum. Jam observavi hominum illorum frequentissimum esse lapsum in κᾆτα et κατὰ permutandis. V. ad Ran. 1440. Brunck. Hemst. conjicienti αὐτοῦ καταλιπὼν minime possum assentiri, quum nulli facile dubium fuerit, ubi situm relicturus sit deum servulus, si quidem fastigio illum alicui imposuerit, ut se facturum dicit, pinguemque adeo, non fortem, efficiat orationem αὐτοῦ additum ipsis illis ἐπὶ κρ. τινα.—Scilicet hic, ut alibi centies, mala turbavit recentiorum interpunctio, absque commate post αὐτὸν nihil mirabantur viri docti, sed pronomen referendum esse, more usitatissimo, ad utrumque participium intelligebant. Cf. Pind. Olymp. x. 80. s. ubi itidem impegerant editores. Quatuor participia sic composita Acharn. 772. ss. Nam αὐτὸν istud post κᾆτ' in lectione Brunck. natum, ni fallor, ex ᾆτ' male geminato. κᾆτα et κατὰ sæpissime inter se permutari, monet ipse Brunck. ad Ran. 1477. Nulla itaque facta mutatione legamus, Ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν καταλιπὼν Ἄπειμ' —i. e. impositum enim hunc alicui fastigio relinquens abibo. Verbis diversi generis in hisce uti solent Latini, ejusdem Græci. Hotib. καταλιπὼν — κᾆτα λιπών, sic scripsit Ald. κᾆτα etiam Elb. [ut ed. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.] quum aliæ edd. vett. [quænam?] καὶ habeant, quod metri gratia fere magis placet; nam in regione sexta anapæstus non solet locum habere. Trend. κᾆτα λιπών. καὶ κᾆτα λ. A. 1. 2. Pors. κ. τιν' αὐτὸν κᾆτα λιπὼν tres primæ, B. C. D. Elb. Arund. τινα, κᾆτ' αὐτὸν λ. Brunck. e membr. Et sic plane 6. cum glossis, καὶ εἶτα. καὶ ἀφείς. καταλιπὼν Pors. ex em. Bent. quam confirmant Rav. et Dorv. Viros doctos frustra offendit duplex participium. Recte confert Hotib. Acharn. 270-4. Dobr.

70. ἄπειμι. Sic Attici dicunt pro ἀπελεύσομαι, abibo, præsenti tempore posito pro futuro. Phryn. p. 10. ed. Græc. Lat. ἀπελεύσομαι παντάπασι φυλάττου—ἀντὶ δὲ αὐτοῦ τῷ ἄπειμι χρῶ. Thom. Mag. [v. Mœr. Att. p. 16. ibique intpp. Dind.] Et sic semper apud scriptores, qui purioris Atticismi rationem habuerunt. Eurip. Hec. 401. τήνδ' ἄπειμ' αὐτοῦ λιπών. Et v. 1054. ἐκποδὼν ἄπειμι. Ej. Alc. 1105. Heracl. 209. Lucian. in Somnio p. 6. ed. Amst. οὔποτε ἄπει. Idem in Timon. p. 120. οὐ χαίροντες ἄπιτε. Id. in Judicio Dear. p. 224. Οὔποτε ἧττον ἄπει. Cæterum hæc levia quidem videntur, sed tamen vel ideo notanda, quod non solum ad veteris Atticismi cognitionem scitu necessaria sint, sed etiam lectorem facile præterire et fallere possint. Kust. ἀπελεύσομαι in N. T. legitur, ut Matth. xxv. 46. Joh. vi. 68,

Rom. xv. 28. Fisch. Ut *ἐκτραχηλίζειν* dicitur proprie equus, qui sessorem excutit, cervicibus demissis et deflexis, ita *ἐκτραχηλίζεσθαι* dicitur sessor, qui ab equo ita excutitur. Hes. Etym. M. et ex eo Phav. Et quia sessores, qui ab equis ita excutiuntur, cervices sæpe frangunt, *ἐκτραχηλίζεσθαι* ponitur etiam de iis qui cervices frangunt, ut h. l. v. Schol. et Suid. Id. Ἄπειμ'. ἄπειμι Elb. contra metrum. Tr. ἄπειμ' ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτρ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. ἄ. ἐκεῖθεν ἵν' Rav. Dobr. ἀφήσετον R. Lib. Burg. Id.

71. ἀλλ αἶρε (sc. αὐτὸν) ταχέως est *arripe vero eum statim et pone in præcipitio quodam.* Sic Matth. xxii. 13. ἄρατε αὐτόν. Fisch. *αἴρειν, sublimem rapere.* Girard. In seqq. vulgo legebatur, *οὐκοῦν ἐρεῖς,* quod Fisch. reddit, *dices igitur, quis tu sis?* (subint. ὅστις εἶ.) [Futur. ἐρεῖς pro imper. accepit Eckard. p. 10. s. et hunc futuri usum in N. T. frequentem, etiam ex aliis scriptt. Græc. locis comprobare studuit. Dind.] At Brunck. et Inv. tacite ediderunt, *οὔκουν ἐρεῖς*; de quarum partt. *οὐκοῦν* (*non ergo, non igitur, non sane*) et *οὔκουν* (in interrogatt. *nonne ergo?*) discrimine post Hoogev. Doctr. Partt. ii. p. 970. ss. decrevit Herman. ad Vig. p. 760. s. quæ repetiit Schütz. ad suam Hoogev. secundam edit. p. 633. s. Dind. *οὐκοῦν* cum signo interr. post *ἐρεῖς* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Paulo ante Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. *αἶρε.* Id. *οὔκουν ἐρεῖς*; Brunck. Inv. Pors. Dobr. Καρ. *οὐκοῦν* 1. Id.

72. s. ἀλλ' ἢ πυθ. μ' — dictum pro, ἣν πύθησθε, ὅστις ἐγώ εἰμι, v. 55. Fisch. πύθησθε. πύθοισθε 1. μ' εὖ οἶδ' ὅτι ὅστις εἰμ' Linc. Dobr.

73. Ἀφήσετε. Cod. Dorv. cum quo consentit Fl. Ph. Junt. A. 1515. *ἀφήσετον* placet: non infrequens est dualem et pluralem in idem orationis membrum coire. Hemst. *ἀφήσετον,* recte; ut 76. *ἀκούετον*; et 100. *ἄφετον.* At videtur tamen illa lectio grammaticis deberi: nam poëta toto hoc loco pluralem numerum posuit pro duali; et *ἀφήσετε* videtur gratiorem auribus sonum reddere, quam *ἀφήσετον,* propter præcedens nomen *κακόν.* Fisch. Tres Codd. ut ed. Bern. Juntæ, *ἐργάσεσθον κοὐκ ἀφήσετον,* jugulato metro. In membr. *ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον,* ultima syllaba per compendium scripta. Quid pronius erat et venustius quam duo verba in eodem numero ponere? Ald. lectionem retinemus. Duales isti librariorum libidini debentur: mox 75. meus habet *μέθεσθον.* Brunck. *ἐργάσεσθον — ἀφήσετον* Elb. *ἐργάσεσθε — ἀφήσετε* Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. *ἐργάσεσθον — ἀφήσετον* Junt. i. Dind. Inv. e Rav. recepit *ἐργάσεσθε — ἀφήσετον.* *κακόν τι ἐργάζεσθαί τινα, tractare aliquem pessime,* (nam τι habet vim augendi,) est h. l., ut opinor, *aliquem vehementer verberare,* nempe manu, palmis et pugnis; nam Plutus verebatur, ne cæderetur a Chremylo et Carione, quod Chremylum siviaset adhuc jacere in paupertate. *κοὐκ ἀφήσ.* Scilicet Chremylus et Carion videntur stantes pone Plutum, injectis manibus tenuisse eum (v. 101.), et Plutus timebat, ne, si audissent se Plutum esse, ab iis reprehenderetur et retineretur, ut ipsos ditaret. Fisch. *ἐργάσεσθε.* *ἐργάσεσθον* A. pro v. l. eadem m. et sic marg. sch. *ον* scripturus erat 1. sed statim mutavit. Pors. *ἐργάσεσθον κοὐκ ἀφήσετον* Borg. Ar. 6. *ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον* Elms. Acharn. 733. Idem ibid. *ἐμελλέτην* et *φθανοίτην,* 103. 485. Dobr. -*σθον* et -*τον* 1. 2. 3. 4. L. Id. *ἀφήσετον* R. Lib. Burg. Id.

74. ἡμεῖς γ' sc. *ἀφήσομέν σε,* et ad *βούλῃ* intell. *ἡμᾶς ἀφιέναι σέ,* nempe hac lege et conditione, ut dicas ante, quam te missum faciamus, quis tu sis. Hæc ratio melior videtur, quam ea, quam Schol. proponit, ut sit *διττολογία*: dimittemus te, si velis dicere quis tu sis; et non dimittemus, si dicere nolis quis sis. Adjuvatur etiam oratione Pluti sequente. Fisch. *βούλῃ.* *βούλει* 1. 2. Pors. Chremylo edd. sed *ἀφήσετον.* Pors. i. e. Καρ. Mero errore, ut equidem puto. Tum γ' ἐὰν Ald. J. 2. γ' ἂν J. 1. γ' ἢ βούλει Borg. Dobr. γ' ἂν 1. γ' ἢν 2. Id. ἐάν. ἂν Junt. i. Dind.

75. Ἠνί. Cod. Dorv. ἤν. superne appositum ἰδού. Hemst. *μέθεσθέ μου* est *missum me facite,* nolite me injectis manibus tenere (v. 42.); et *νῦν* quia vultis me dimittere, et ego a vobis dimitti volo, ita ut dicam, quis sim. ἠνὶ est Lat. *en,* et *μεθίεμεν σε* nempe ἡμῶν dictum pro *μεθιέμεθά σου, non tenemus te, manibus injectis.* Fisch. Chremylus et Carion, qui a tergo post Plutum stabant, simul atque hæc dixerunt, dimiserunt eum. — ἠνὶ præter Atticos occurrit etiam ap. Theocr. Id. iii. 10. ubi Schol. ἠνὶ ἀντὶ τοῦ ἰδού, et ap. Callim. H. in Del. 152. Spanh. In membr. *μέθεσθέ μου τοὐπρῶτον.* — ἢν μεθίεμεν. Quæ in aliis Codd. voci ἠνὶ superscripta est glossa, ἰδοὺ, in vetustissimo illo inter lineas reposita est, tanquam ad textum pertinens. Sed sic septenarius pro se-

mario esset versus. In B. *μέθεσθε νῦν πρῶτον*. Solus C. germanam lectionem habet. Brunck. *μέθεσθε*. Elb. *μέθεσθον*. Mox Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. (in quibus quatuor edd. etiam *μέτεσθε*) Brub. Raph. (in qua rursus *μέτεσθε νῦν μου*—) Port. *νῦν*. Dind. *ἠνί. ἰδοὺ* gl. 1. 2. Pors. *μέθεσθε νῦν μου πρῶτον*. Χρ. *ἠνὶ μεθίεμεν* tres primæ. *μέθεσθον* D. Borg. Arund. *μέθεσθε* 6. Par. 2827. saltem in Schol. *νῦν μου π.* Arund. *νῦν ἐμὲ π.* 6. V. collationem Ran. 1436. *νυνὶ* pro *ἠνὶ* Arund. sine *ἰδού*. *ἠνὶ*, et *ἰδοὺ* pro gl. 6. Ald. lectionem repetiverunt Brunck. et Inv. nisi quod *νυν* encliticum faciunt. Dobr. *ἠνὶ μεθίεμεν* servat Cornucopia Ald. f. 182. b. 7. et mox 77. *ἦν* Cornucop. f. 178. a. ult. Suid. v. *ἦ*, unde Lex. Bibl. Coislin. p. 233. *ἦν ἰδοὺ ὧδε σοι* egregie restituit e Ms. Schweigh. Pratinæ Athen. xiv. p. 617. F. ubi paulo ante lege, *καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπηρέτας κώ- | μων μόνον, θυραμάχοις τε | πυγμαχίαισι νέων | θέλει παρ' οἶνον ἔμμεναι στρατηλάτας.* Ablegatur ad *τὸ θυροκοπικὸν* genus tibia. V. p. 618. C. D. Ceterum Brunck. suum errorem, edicentis Lys. 157. Ran. 1462. Av. 946. primam in *ἵημι* non posse corripi, ipse tacite damnat ad Soph. Electr. 131. Addit Seidl. de Aristoph. Fragm. p. 25-7. Comici locum apud Stob. cxx. p. 609, 24. (501, 9. Gr.) cui adjice Strat. vel Philem. Athen. ix. p. 382. c. xiv. p. 659. c. Bekk. Lex. SG. p. 471. *Ἀφίημι: ἀφίημι καὶ ἀφίεμαι* (editur *καὶ ἀφίεμι*) *ἑκατέρως προφέρονται, καὶ συστέλλοντες καὶ ἐκτείνοντες τὴν δευτέραν συλλαβήν*. Sed Brunckio assentiri videtur Elmsl. judex in primis idoneus, corrigens *ἦν, μεθίεμαι* in add. ad Acharn. 178. Id. *μέθεσθε* 1. 2. *σθον* 3. 4. sed Schol. marg. 3. *μέθεσθον: μεθίημι· ὁ μέλλων,— —τὸ δεύτερον τῶν πληθυντικῶν, μέθεσθε. γρ. δὲ καὶ μέθεσθον.* Id. *μέθεσθε ἀντὶ τοῦ ἀπολείφθητε καὶ πόῤῥω γίνεσθε.* Κανόνιον. *ἵημι τὸ καταλείπω, ὁ μέλλων ἥσω. ὁ δεύτερος ἀόριστος ἦν. ὁ μέσος ἕμην, ἕσο, καὶ τὸ προστακτικὸν ἕσο, καὶ ἐκβολῇ τοῦ σ, καὶ κράσει τοῦ ε καὶ ο εἰς ου δίφθογγον οὗ, καὶ μετὰ τῆς μετὰ προθέσεως καὶ συγκοπῆς καὶ τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ, μεθοῦ, μεθέσθω, μέθεσθον, μεθέσθων, μέθεσθε, μεθέσθωσαν.* Schæf.

77. *ἦ*. Quamvis *ἦν* pro *eram* multo sit usitatius, quam *ἦ* absque *ν*, et præterea Ms. Bodl. habeat *ἦν*, nolui tamen quicquam mutare, tum quia Schol. diserte monet *ἦ* positum esse pro *ἦν*, tum quia et alibi ita occurrit, ut Eqq. 1336. Vesp. 1009. 1086. Av. 1363. Huc accedit, quod Schol. ad Vesp. 1069. hunc locum ex Pluto adfert, ut doceat *ἦ* interdum adhiberi pro *ἦν*. Kust. Quum ita in prioribus edd. legatur, non opus fuit, ut in novissima, quæ apud Bat. a. 1670. prodiit, *ἦ* in *ἦν* mutaretur. Exemplis a Kust. adlatis addi potest Lys. 647. et Schol. ad Av. 1369. Spanh. Κρύπτειν, *tacere, celare*: ut 26. Ἦ *παρεσκευασμένος*, h. e. *constitueram, volebam*: nam *ἦ* idem est quod *ἦν* et *ἤμην* scilicet pro *εἶν* hæc enim est vera forma imperf. a præs. *εἰμί*. Iones dicunt *ἔα*, ut Homer. Il. E. 887. sed Attici *ἔα* contrahunt in *ἦ*: v. Kust.: sed dicunt etiam *ἦν*: v. Mœr. h. v. et ibi Piers. p. 172. Fisch. *ἦ*, Attice pro *ἦν*. Sic Lys. 643. *εἶτ' ἀλετρὶς ἦ*. Comprobatam a veteri Critico formam reliqui. Quatuor Codd. habent *ἦν παρεσκευασμένος*. Brunck. Berg. a vetusto *ἔω*, pro *εἰμὶ*, aor. 1. *ἔσα*, deinde, ejecto *σ*, *ἔα*, repetit, ut per contractionem pro *ἔα* dictum sit *ἦ*. Dind. *ἦ*. Elb. *ἦν* ut et alii vett. edd. habent. Sed non opus est emendatione. *ἦ* Attice dicitur pro *ἦν* est enim ex verbo *ἔω*. Trend. *ἦ* est in Ald. Junt. I. etc. Mox Ven. I. II. Wech. Raph. *παρασκευασμένος*. Dind. *ἦν* 1. 2. Linc. *ἦ* tres primæ, Inv. *ἦν* Bodl. Dobr. *ἦν* 1. 2. 3. 4. sed suprasc. *γρ. ἦ* 4. Id. *ἦν* Lib. Burg. Id.

78. *γὰρ* reddi potest *scilicet, igitur*. Fisch. Confirmandi vim habere Girard. monet. Add. Münt. *ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν*. Quasi ad hominem. Sic Av. 1637. *ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Πόσειδον*. Nec absurde; nam homines utique erant, qui horum deorum personas agebant. Berg. Est, *omnium longe scelestissime*. Nam Chrem. Plutum vocat *μιαρώτατον*, *fœdissimum, scelestissimum*, non propter sordes, quibus obsitus erat, ut Schol. videtur præcipere, sed est vox iræ et indignationis cum quadam admiratione conjunctæ, v. Suid. in *μιαρὰ κεφαλή*, et *μιαρός*. Quia Plutus non statim responderat, Chr. putabat, eum inimicum esse probis hominibus, neque eos ditare velle, add. 894. Genit. *ἀνδρῶν* superlativis junctus habet vim particularum *μάλιστα, λίαν*, ut 684. 768. Hom. Od. A. 219. Neque verba *ἀνδρῶν ἁπάντων* ad vivum resecanda sunt; nam Chr. Plutum *deum* ita appellavit, vel quia erat communis formula et usitata, vel quia personam Pluti homo agebat. Plutus erat Iasii filius ex Cerere, v. Hes. Theog. 969. s. ideoque semideus. Fisch. Chremylum dissimulare consulto, Plutum esse deum, monent Girard. et Münt. Dind. *Καρ. ὦ μ.* 2. et om. *Καρ.* 80. Dobr.

79. Notent hic *φιλάττικοι* singularem et elegantem usum part. *εἶτα*, quippe quæ ap. Atticos interdum inseruit interrogationibus, quæ cum admiratione vel indig-

natione conjunctæ sunt: potestque commode reddi, *ergone? siccine? itane vero?* ut h. l. Itane vero tacebas (silentio dissimulabas) te Plutum esse? Sic Nub. 1216. Pasias fœnerator indignabundus inquit, εἶτ' ἄνδρα—. Apud Lucian. in Dial. Menippi et Mercurii Menippus, quum Mercurius calvariam Helenæ, ab aliis calvariis nihil differentem ipsi ostenderet, cum admiratione quadam ait, εἶτα αἱ χίλιαι νῆες—ἐπληρώθησαν—; Idem libellum de domo sic infit [t. iii. p. 190.]: εἶτα 'Αλέξανδρος—. Plato Comicus ap. Athen. vii. 5. p. 279. εἶτ', εἰ μεμάθηκε, δέσποτα, ζῆν, ἐγκαλεῖς; *Itane—mihi vitio vertis?* Pari sensu et ἔπειτα accipitur Nost. Nub. 226. 1251. Thesm. 644. et alibi. Kust. Add. Ælian. V. H. 1. 34. Munt. Schol. putabat, posse verba etiam ita ordinari, ὢν Πλοῦτος, εἶτα ἐσίγας; ut εἶτα post participium, in apodosi redundaret, de quo ejus usu v. Kœn. ad Greg. Cor. de Dial. p. 61. s., ut 911. At dubito, an in interrogationibus εἶτα ita ponatur. Fisch.

80. Οὕτως. Abest in Cod. Dorv. origo vitii manifesta finitimæ vocis pronunciandi similitudo. Adsentior Kust. qui cum Mss. VU. hæc Chremylo adjudicat. Hemst. Οὕτως ἀθλίως διακείμενος, h. e. *cæcus et sordidus, sordibus plenus*, vid. v. 13. et 84. 86. Fisch. ἀθλίως διακείμενος i. q. ἀθλίως ἔχων Eurip. Hel. 1300. Berg. Add. Ælian. V. H. xiv. 49. Munt. Hic versus vulgo Carioni continuatur. Multo melius in B. hero tributus est. In meo, nulla interposita persona, omnia ab ὦ μιαρώτατε usque ad finem 82. Chremylo continuantur: quæ ratio omnium pessima est. Brunck. Versum om. 1. Dobr.

81. Φοῖβ' Ἄπ. κ. τ. λ. V. quæ ad 1. notavimus. Id vero haud passim obvium, quod, ad majorem hujus servi, audito Pluti, qui ipsis coram, quod minime omnium rebantur, adesset, nomine, stuporem indicandum, non Jupiter solum, aut solus forte Apollo, ut infra, cum reliqua deorum turba compelletur, sed præter eos Dii in universum, ac dæmones, s. dii cœlestes et ætherei invocentur. Δαίμονες nempe in Græcorum theologia modo *dii* in genere dicti, ut ab Homero, juxta Plut. de orac. defectu p. 415. ac subinde apud tragicos, ut πολισσοῦχοι δαίμονες ap. Æsch. S. C. Theb. 828. qui haud semel πολισσοῦχοι θεοὶ dicti in eodem dramate 69. 111. 277. modo, ut h. l. et alibi, dii ætherei vel aërii, s. genii, inter deos cœlestes et homines medii, iique boni et mali. Adde et pro Manibus interdum, ut Anth. lib. i. c. 70. Epig. 23. Τίσασα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας. Δαίμων vero in singulari, quod contritum, *fortuna, sors,* ut ap. Æsch. *fatum*, in dicto dramate 418. Adde quod utrumque, τύχην nempe ac δαίμονα, conjungit alicubi Demosth. adv. Olymp. p. 652. ac similiter Æsch. adv. Timarch. p. 453. [cont. Ctesiph.] Spanh. Magnitudo admirationis Carionem jussit cumulare nomina deorum, neque ordinis eorum habere rationem. Apollo Φοῖβος dictus putatur a specie et nitore, i. e. καθαρὸς καὶ λαμπρός. V. Macrob. Sat. i. 17. Etiam Latini poetæ dicunt *Phœbus Apollo*, ut Virg. Æn. iii. 251. Δαίμονες quum distinguuntur a θεοῖς, sunt *dii* minorum gentium, s. *selecti*; sed θεοὶ majorum gentium, s. *consentes*. Fisch. Errat Girard. si putat, tantum minorum gentium deos δαίμονας appellari, quo nomine etiam majorum dii gentium insigniuntur: ut apud Homer. Il. Γ. Venus δαίμων nominatur. Interdum tamen θεοὶ καὶ δαίμονες distinguuntur, uti hoc loco, et apud Æsch. in Ctes. ὦ γῆ, καὶ θεοί, καὶ δαίμονες, καὶ ἄνθρωποι, ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν. Munt. Non Chrem. nomen præfigitur, sed Carionis oratio continuatur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. Chremyli personam præfigit B. quomodo Brunck. Inv. Pors. In D. U. Chremyli ὦ μιαρώτατε — εἰ σύ; 78-82. probantibus Kust. et Hemst. Dobr. Χρε. præfigit 3. Id.

82. τί φῄς; admirationem magis quam interrogationem exprimit. Girard. 'Εκεῖνος — Loco huic simillimus est ille Plautinus Trinum. iv. 2.: 'Syc. Ain' tu tandem, is ipsusne es? Ch. Aio. Syc. Ipsus es? Charm. Ipsus, inquam, Charmides sum. Syc. Ergo ipsiusne es? Ch. Ipsissumus.' Kust. Ὄντως est *vere*, Hes. Mihi quoque ἐκεῖνος ὄντ. εἶ σύ; videntur esse verba Chremyli, et ob 83. et quia ei tribuuntur in Codd. antiquis. Fisch. ὄντως, non nomine tantum, sed etiam numine et potestate. Girard. Ζεὺς Linc. Dobr. Postremo loco Jovem honoris causa nominatim adpellat. Elegantissima est hæc confusa numinum invocatio, prodens hominem, qui præ gaudio vix apud se est. Munt.

83. αὐτότατος. Vox comice conficta, ut *ipsissumus*, in loc. Plaut. laud. v. Tho. Mag. in αὐτός. Kust. Ut 182. μονώτατος. Cf. Anim. ad Weller. [ii. p. 111. s.] et Helladius Chrest. p. 18. Fisch. ἐκεῖνος αὐτός; αὐτότατος. Suid. αὐτότατος. Pors. 83-4. Mag. v. αὐτός. Suid. v. Πατροκλῆς. Dobr. πόθεν οὖν— *unde igitur, quæso, squalore obsitus venis?* Scilicet αὐχμᾷν s. αὐχμεῖν est i. q. ῥυπᾷν. Hes. h. v. *squalere, squalidum esse*, ideoque αὐχμῶν i. q. ῥυπαρὸς, *illo-*

tus, sordidus, squalidus. Propr. *siccum esse,* ξηραίνειν Hes. *arere præ æstu.* βαδίζειν pr. activum est, *jubere, docere aliquem gradi, progredi, ut nutrices infantes;* sed fere ut neutrum ponitur, ut sit, *ire, ambulare, prodire,* h. l. *venire,* nam Plutus respondet, ἔρχομαι. Fisch.

84. s. Ἐκ Πατρ. *a Patroclis domo venio, qui se non lavit, ex quo quidem natus est.* Non necesse est, ut ad Πατροκλέους voc. οἴκου intelligatur. Ponuntur nomina hominum pro locis, ubi sunt et versantur, ut 32. 89. 237. Sic Terent. Phorm. v. 1. 5. '*a fratre* quæ egressa 'st meo,' i. e. e domo fratris. Fisch. Infra Avv. 739. Πατροκλείδας memoratur, et liquet ad eundem sordidum et illotum Patroclem, de quo hic, ibidem respici. Occurrit vero Atheniensis *Patroclis*, et quidem iisdem hujus Comici temporibus, apud Plat. in Euthyd. [c. 61. aut 27. ed. Routh.] p. 297. mentio ubi ex eadem, qua Socrates, matre natus atque inde ὁμομήτριος ἀδελφὸς, *frater uterinus*, a Socrate dicitur. Singularem prorsus hujus Patroclis illuviem sugillat, qui a natali die nunquam laverit. Abunde autem notum, quæ lotionum cura, ut de aliis gentibus jam nihil dicam, apud Athenn. fuerit, adeo ut nunquam cibum sumerent, aut eo sumto abirent, nisi lotis prius manibus: quorum prius ὕδωρ κατὰ χειρὸς, alterum ἀπονίψασθαι ab iis dicebatur, v. Vesp. 203. Av. 466. Utrumque vero primo loco et in Schol. ad eumdem legitur: Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν· δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ' ἤδη· σπένδομεν. Quem ritum pluribus haud uno loco tangit ac veterum Comicorum Athenn. locis illustrat Athen. ix. p. 408. et xiv. p. 642. Quomodo etiam σμήγματα, et quidem odorata, olim in lotionibus manuum ad mensam Athenis exhibita, e Comicis id genus Atticis docet idem Auctor p. 409. Unde a Comico nostro ad sugillandum Cleonis, tamquam coriarii, sordes dicitur cum eo contendens Agoracritus, farciminum venditor, se omasum bubulum ac ventrem suillum comesturum ac tum jusculum epoturum illotis manibus, ἀναπόνιπτον, Eqq. 356. A qua vero sordida Patroclis, de quo hic agitur, illuvie alienus, de quo postea in hac fabula Blepsidemus, qui de se 615. dicit καὶ λουσάμενος, κ. τ. λ. Spanh. Athenis erant multi, qui vitam et mores Laconum imitarentur, h. e. qui, quamquam divites, tamen comas alerent, esurirent, numquam balneo uterentur. v. Avv. 1281. s. ubi est ῥυπᾷν. Horum avarorum hominum facile princeps erat Patrocles. Unde existit proverbium Πατροκλέους φειδωλότερος de homine divite, sed sordido et parco. V. Apostol. Parœm. xviii. 74. et Erasm. Adag. p. 84. Sed homines avari cavebant, ne balneo publico uterentur, v. Nub. 835. ne jacturam facerent olei, quo ungerentur loti, et ne balneaticum (apud Romanos erat quadrans) balneatori solvere deberent. V. Ursin. ad Ciaccon. de Triclin. p. 121. ss. et Mercurialis Art. Gymn. i. 10. Atque ad hoc lavationis in balneis publicis genus referri debent verba οὐκ ἐλούσατο. Nam ne privata lavatio intelligi possit, impedit etiam hoc quod a poëta notatur *sordida* Patroclis avaritia. Cf. Theophr. Char. ix. 3. Et λοῦεσθαι, *se lavare, se lavari jubere, balneo uti*, inter verba balneis propria retulit Pollux vii. 167. Fisch. ἐκ Πατροκλέους. Gl. ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ Πατρ— eadem ellipsi de qua ad Lys. dixi 407. Brunck. Punctum post βαδ., non interr. notam habent Ald. Junt. i. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. In Junt. iii. omnis interpunctio deest. Raph. posuit interr. notam. Dind.

85. Ἐξότου περ ἐγ. *ex quo quidem natus est*, ut 968. ἀφ' οὗ. Apostolius d. l. affert duplicem horum verborum interpretationem: οὗτος γὰρ ἐξότου περιεγένετο (leg. περ ἐγένετο) πλούσιος, ἢ καὶ ἐγεννήθη, οὐκ ἐλούσατο, sed posteriorem veram esse res ipsa docet. Nam et magnitudo avaritiæ hominis sic magis elucet, et ellipsis v. πλούσιος adversatur legibus perspicuitatis. Fisch. In plerisque edd. legitur, ἐξότουπερ. Brunck. et Inv. recte, ἐξότου περ. Nonnulli etiam ἐξ ὅτου περ scribi voluerunt. Explicuit Girard. Dind.

86. τουτὶ τὸ κακὸν, *hocce incommodum*, h. e. cæcitas oculorum, (ἤγουν τὴν τύφλωσιν, Gl. Cod. Brunck.) ut sensus sit, *quomodo oculorum lumina amiseris.* κάτειπέ μοι est, *narra, dic, ostende, mihi*, ut κατάλεξον Hom. Od. A. 206. Fisch. Prave Cod. Dorv. κάτ' εἰπέ μοι, addito superne εἶτα, quasi foret κᾆτα. Sequente versu idem, omissa Pluti persona, ἀνθρώποισι, utrumque perperam. Hemst.

87. ταῦτ' ἔδρασεν est, Jupiter me *orbavit luminibus oculorum.* V. 90. ἀνθρώποις nempe χρηστοῖς. (92.) Voc. φθόνος (Lat. *invidentia* Cic. Tusc. iv. 8.) et verbum φθονεῖν auctore Schol. in libris philosophorum ponitur de iis, qui dolent rebus aliorum, secundis, quæ nihil noceant dolenti; sed h. l. φθονεῖν accipiendum est de ζηλοτυπίᾳ h. e. *ægritudine*, quod alii potiuntur eo, quod ipse concupieris, quod ipse habere cupias, vel jam habeas, *æmu-*

latio Cic. Tusc. iv. 8. recte, opinor. Nam probi nondum erant divites, *φθονεῖν* igitur est *æmulari*, et quia æmuli impedire conantur, ne alii consequantur ea, quæ ipsi habere cupiant vel habeant, *ἀνθρ. φθονῶν* reddi potest, *impedire studens, ne probi homines ditescerent.* Fisch. *ἔδρασεν. σε* om. 2. i. e. *ἔδραν* legit; quod et notat lib. Ask. Dobr. Elb. *ἀνθρώποισι*. Dind.

88. *μειράκιον*, *adolescentulus*, nam actus vitæ humanæ sunt, Hippocrate auctore (v. Poll. ii. 4.) septem: *παιδίον* a. 1-7. *παῖς* 7-14. *μειράκιον* 14-21. *νεανίσκος* 21-28. *ἀνὴρ* 28-35. *γέρων* 35-42. *πρεσβύτης* 42-49. Alii aliter, ut Tzetz. ad Hesiod. Ἐργ. p. 143. et Ἀσπ. 212. Bas.: *βρέφος*, ad a. 7. *παιδίον*, ad a 10. *μεῖραξ*, —18. *νεανίας*, — 37. *ἀνήρ*, — 52. *πρεσβύτης*, ad a. 64. *γέρων*. Fisch. Citat hunc versum Tho. Mag. v. Ἀπειλῶ. Kust.

89. *σοφοὶ*, qui a Platone *φρόνιμοι* dicuntur, intell. naturæ rerum, et divinarum et humanarum, periti et gnari. *κόσμιοι* dicuntur qui non serviunt cupiditatibus corporis et voluptatibus, immo imperant, sancti, modesti, qui etiam *σώφρονες* vocantur. V. Plat. Phæd. 13. Conjunguntur recte cum *σοφοῖς*, quia philosophi fere sunt *κόσμιοι*, ut Socrates eodem illo loco docet. Fisch. *ὡς* pro *πρὸς* (v. 97. et ad 32.) Munt. *καὶ* ante *κοσμίους* male in Elb. deest. Dind. *ὡς. εἰς* citat Dawes. Misc. Crit. p. 103. ed. pr. *ὡς* servant Dorv. et sex apud Kidd. p. 608. Dobr. *τοὺς σ. καὶ κ. καὶ δ.* 1. *οις* Id.

90. *βαδιοίμην*. Fut. opt. med. Nam etsi etiam Attici præsenti activo utuntur, ut medio, tamen in fut. retinent formam medii. (Cf. quæ ad 84. de propria signif. activi diximus.) Dicunt autem Attici in futuro *βαδιοῦμαι* (495.) non *βαδίσομαι*. V. Mœris. Fisch. *Ἐποίησεν*. Ita recte Cod. Dorv. omnium, quas vidi, edd. *ἐποίησε* metrum violat. Hemst. Leg. *ἐποίησεν*. Bent. *ὁ δ' ἔμ' ἐπ.* Brunck. et Inv. tacite, quia in *ἐμὲ* vis quædam esse debet. Dind. *ὁ δέ μ' ἐποίησε τ.* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. *τυφλόν*. Quod hic se a Jove excæcatum ait Plutus, in Schol. dicitur parodiam esse Hesiod. Ἐργ. 42. *Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.* Cujus poëtæ mens ibi, inde a diis, et quod paullo post uni Jovi tribuitur, occultari hominibus vitæ sustentandæ modum, ne otio diffluerent, sed ut ii labore et agrorum cultu aliisque optimis artibus victum sibi compararent, unde illud incerti poëtæ ap. Stob. Floril. Tit. xcv. *Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος.* Quæ proinde causa hic intelligitur, cur cœcus factus sit a Jove Plutus, ne viros frugi et ad artes addiscendas et exercendas propensos inertes et otiosos redderet. Unde etiam ab Hesiodo in eodem poëmate (638.) dicitur, *ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.* Non vero Plutum solum esse cœcum, sed cœcos etiam illos, qui ei adhærent, dixerat alibi ap. eundem Stob. Menander [in seipsum lugente, p. 28. Men. Reliq. ed. Cler.]—*ὁ δὲ Πλοῦτος τυφλός· Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει.* Spanh. V. Schol. ad Eurip. Or. 246. *τὸν Πλοῦτον τυφλὸν λέγουσιν, ὅτι ἀκρίτως ποιεῖ πλουσίους.* Berg.

91. *διαγιγνώσκοιμι*. Utraque ed. Flor. Phil. et Bened. Juntarum *διαγινώσκοιμι*, quibuscum cod. Dorv. consentit, etsi corruptius versum ediderit, *Ἵνα μὴ διαγινώσκοι μοι μι, τούτων μηδέναν.* Hemst. Est ista forma verbi communis, substituta a librariis recentt. in locum Atticæ, ut Æsch. Socr. i. 12. ubi etiam *διαγιγνώσκειν* legitur in cod. Aug. Fisch. Verbum, ut et simplex *γιγνώσκειν*, Atticis soluta etiam oratione scriptoribus familiare, *διαγιγνώσκειν* Thucyd. i. 128. et apud Platonem bis inter aliquot verba in Ione p. 546. [p. 116. ed. hujus dialogii a Müllero curatæ 1782., add. ib. p. 102.] Infra vero Vesp. 772. ob metrum *διαγινώσκειν*. Sic et Conc. 632. Spanh. *διαγινώσκοιμι* Elb. Junt. i. iii. Dind. *διαγινώσκοιμι* 1. 2. Dobr. Ceterum Dawes. Misc. Crit. p. 82. s. docuit particulis *ἵνα*, *ὄφρα*, et *μὴ* optativum jungi, quum sermo esset de re præterita; conjunctivum, quum de re præsenti aut futura. Fisch. De *ἵνα* aliisque particulis v. Hermann. ad Vig. p. 768. 805. s. Add. Schæf. Melet. Crit. in Dion. Hal. p. 109. ss. et Matth. Gramm. Gr. Abundare alterum *μή*, quum *μηδένα* sequatur, Girard. monet. Dind.

92. *οὕτως*, *adeo, tantopere*. *χρηστὸς* propr. est homo utilis, bonæ frugis, frugalis (Gloss. vett.), deinde homo probus, sapiens et virtute præditus, *ἀγαθὸς* et oppon. *πονηρῷ*, v. 96. Xen. Mem. Socr. ii. 2. 20. Æsch. Socr. i. 3. Fisch. [Cf. Eckhard. Obss. p. 12. adeo ut suæ faveat causæ Jupiter. Girard.] Huic versui librarius Cod. Dorv. præfixit solennem illam elegantioris sententiæ notam, quæ significat *ὡραῖον*. V. Vales. ad Euseb. H. Eccl. i. 2. cui vix accedo, quando eamdem notam admittere posse duplicem explicationem putat, *ὡραῖον* aut *φροντιστέον* s. *φροντίδος ἄξιον*· mihi saltem utriusque signi, quo hoc illudve indicatur, manifestum semper in Codd. antt. apparuit discrimen. Hemst.

V. Schol. qui philosophice rem explicat. Dind. Καρ. præf. in 6. ab alio. Dobr.

93. καὶ μὴν sunt particulæ adversativæ, enimvero, atqui. διὰ τοὺς χρηστοὺς, h. e. a bonis, a probis. Nam διὰ jungitur sic non raro accusativis, ut indicet causam efficientem. V. Anim. ad Weller. iii. ii. p. 166. et 170. τιμᾶται, colitur, quatenus probi homines Jovi sacrificant, gratulantur, supplicant. Fisch. καὶ τοὺς δικ. Non novum est, vocabulo generis adjungi vocabulum formæ, ut καὶ reddi possit maxime, inprimis, atque adeo. Nam χρηστοὶ quidem comprehendunt etiam δικαίους. Fisch.

94. ὁμολογῶ σοι, concedo, do tibi hoc. V. Suid. Est formula affirmantis aliquid, recte. ὁμολογέσι pro ὁ. σοι 2. in lib. Ask. Dobr. Sic φέρε ponitur ut particula approbantis ea, quæ alter dixit, et transitum facientis ad alia, quomodo etiam εἶεν et ἄγε δὴ usurpantur. Sic 131. s. ap. Terent. Adelph. v. 818. ita legitur age. Potest igitur φέρε reddi age, sed ita ut sejungatur a verbis τί οὖν, coli nota. Fisch.

95. Etsi ἀναβλέπειν est recipere visum, oculorum lumina, v. 126. et Luc. xviii. 41. s.; tamen, quia h. l. addita est part. πάλιν, vim verbi simplicis habere videtur, ut 117. nam 126. est simpliciter ἀναβλέψῃς, sine πάλιν, v. 460. βλέψαι πάλιν, id quod etiam adjecta verba ὥσπερ καὶ προτοῦ, sicut et antea, in adolescentia, docere puto. Nam προτοῦ est πρὸ τούτου, (sc. χρόνου, Gir.) antehac, ante. Fisch.

96. φεύγοις Cod. Dorv. φεύγεις. Hemst. φημ' ἐγὼ recte, ut 143. et φημὶ simpliciter Eurip. Phœn. 606. Est enim, ut ὁμολογῶ σοί 94. formula aientis, quæ 97. permutata est formula πάνυ μὲν οὖν. Fisch. εἴδη (pro ᾔδη) vitiose Ven. i. ii. Raph. Dind.

97. τοὺς δικαίους intell. etiam σοφοὺς καὶ κοσμίους 89. Fisch. Hos igitur justos et probos homines solus adire debebat Plutus juxta illud Theognidis [517. Brunck. Gnom. poëtt. vett.] καὶ γάρ τοι Πλοῦτον μὲν ἔχειν ἀγαθοῖσιν ἔοικεν. Spanh. V. Eccl. 621. Berg. βαδίζεις A. 1. 2. Dobr. βαδίζεις (εις ejusdem manus) 2. Id.

98. πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου. Duplici nomine mendosa Dawesio visa fuit hæc scriptura; tum quia quadrisyl. ἑώρακα poëtis Atticis usitatum non fuisse credebat, tum ob productam contra Comici usum vocalem brevem ante aspiratam et liquidam. Quapropter optime reponi posse censebat, πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ χρόνου. Senarius est sane quam elegans, quemque pro suo agnoscere non dedignaretur poëta. Dawesii perpetuus obtrectator Dorv. neque hanc calumniandi occasionem prætermisit, ad Charit. p. 136. ubi ut in aliis iniquum censorem se ostendit, ita in hoc ridiculum, quod versum illum supra soccum assurgere affirmet. Qui enim? undenam tragicam pompam mutuatur? Estne a verbo ὄπωπα? Tragicus ergo versus fuerit iste in Lys. 1157. οὔπω γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν. Estne a pronomine ἐγώ? Sed illud millies sic positum apud Comicum occurrit. Nisi invidia et odio abreptus fuisset, non sane tam inepte cavillatus fuisset vir πολυμαθέστατος, sed ingenii acumine, Atticarumque Venerum sensu, Dawes. longe inferior. Etiamsi tragicum quid sonaret versus istte, ideone hujus loci alienus esset? Nonne observavit Bent. cothurno incedere affectare Comicum, quod statim ab initio fabulæ animadvertit, quicunque aliquid sapit? Nonne tragœdiam spirat hic versus? τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων; Sed missum faciamus Dorv. et ad Dawes. crisin revertamur. Quod primum statuit, ἑώρακα quadrisyl. Atticis poëtis non fuisse in usu, id nullo fundamento nititur: huic opinioni adversantur cum exempla, tum analogia. Illa suis locis singula observabimus. Quod ad hanc adtinet, si ἑώρακα non adhibuerunt, nec eis licere debuit dicere ἑώνημαι, quod itidem quadrisyl. est, et absque Attico illo augmento profertur, ὤνημαι. Atqui principio statim hujus fabulæ habemus τὸν ἐωνημένον, ubi per metrum non licet scribere τὸν ὠνημένον. Majoris momenti est altera ratio. Nam certissimum est Comicum eas dedita opera leges observasse prosodiæ, quas primus admirabili sagacitate deprehendit Dawes. easqué maxime in senariis rarissime transgressum fuisse. Unicum forte hoc in senariis occurrit exemplum vocalis brevis in fine vocis productæ ob sequentem tenuem vel aspiratam et liquidam. In Avv. est hic versus 231. sed in chorico cantico: νεμεσ | θε φυ | λα μυ | ρια | κριθο | τραγων. Reperiuntur in senariis tres aut quatuor ad summum versus, ubi media in voce vocalis brevis sic producitur. Pac. 892. δια ταυ | τα και | κεκαπν | ικ' αφ' | ενταυ | θα γαρ. In Vesp. 837. qui, ut et superior, facilem admittit medelam, ὁ κυων | παρᾳ | ξας εις | τον ἰπν | ον ἀρ | πασας. In anapæstis major est licentia, qua sæpius usum fuisse Comicum alibi ostendemus. Versus nonnullos qui Dawes. observationi adversari videbantur, nos ratione cum facillima, tum ita certa emendamus, ut calumniæ nullus relinquatur locus. V. not. ad Thesm. 169. Non tamen

latio Cic. Tusc. iv. 8. recte, opinor. Nam probi nondum erant divites, φθονεῖν igitur est *æmulari*, et quia æmuli impedire conantur, ne alii consequantur ea, quæ ipsi habere cupiant vel habeant, ἀνθρ. φθονῶν reddi potest, *impedire studens, ne probi homines ditescerent.* Fisch. ἔδρασεν. σε om. 2. i. e. ἔδραν legit; quod et notat lib. Ask. Dobr. Elb. ἀνθρώποισι. Dind.

88. μειράκιον, *adolescentulus*, nam actus vitæ humanæ sunt, Hippocrate auctore (v. Poll. ii. 4.) septem: παιδίον a. 1-7. παῖς 7-14. μειράκιον 14-21. νεανίσκος 21-28. ἀνὴρ 28-35. γέρων 35-42. πρεσβύτης 42-49. Alii aliter, ut Tzetz. ad Hesiod. Ἐργ. p. 143. et Ἀσπ. 212. Bas.: βρέφος, ad a. 7. παιδίον, ad a 10. μεῖραξ, —18. νεανίας, — 37. ἀνήρ, — 52. πρεσβύτης, ad a. 64. γέρων. Fisch. Citat hunc versum Tho. Mag. v. Ἀπειλῶ. Kust.

89. σοφοί, qui a Platone φρόνιμοι dicuntur, intell. naturæ rerum, et divinarum et humanarum, periti et gnari. κόσμιοι dicuntur qui non serviunt cupiditatibus corporis et voluptatibus, immo imperant, sancti, modesti, qui etiam σώφρονες vocantur. V. Plat. Phæd. 13. Conjunguntur recte cum σοφοῖς, quia philosophi fere sunt κόσμιοι, ut Socrates eodem illo loco docet. Fisch. ὡς pro πρὸς (v. 97. et ad 32.) Munt. καὶ ante κοσμίους male in Elb. deest. Dind. ὡς. εἰς citat Dawes. Misc. Crit. p. 103. ed. pr. ὡς servant Dorv. et sex apud Kidd. p. 608. Dobr. τοὺς σ. καὶ κ. καὶ δ. 1. οἷς Id.

90. βαδιοίμην. Fut. opt. med. Nam etsi etiam Attici præsenti activo utuntur, ut medio, tamen in fut. retinent formam medii. (Cf. quæ ad 84. de propria signif. activi diximus.) Dicunt autem Attici in futuro βαδιοῦμαι (495.) non βαδίσομαι. V. Mœris. Fisch. Ἐποίησεν. Ita recte Cod. Dorv. omnium, quas vidi, edd. ἐποίησε metrum violat. Hemst. Leg. ἐποίησεν. Bent. ὁ δ' ἔμ' ἐπ. Brunck. et Inv. tacite, quia in ἐμὲ vis quædam esse debet. Dind. ὁ δέ μ' ἐποίησε τ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. τυφλόν. Quod hic se a Jove excœcatum ait Plutus, in Schol. dicitur parodiam esse Hesiod. Ἐργ. 42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. Cujus poëtæ mens ibi, inde a diis, et quod paullo post uni Jovi tribuitur. occultari hominibus vitæ sustentandæ modum, ne otio diffluerent, sed ut ii labore et agrorum cultu aliisque optimis artibus victum sibi compararent, unde illud incerti poëtæ ap. Stob. Floril. Tit. xcv. Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος. Quæ proinde causa hic intelligitur, cur cœcus factus sit a Jove Plutus, ne viros frugi et ad artes addiscendas et exercendas propensos inertes et otiosos redderet. Unde etiam ab Hesiodo in eodem poëmate (638.) dicitur, ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι. Non vero Plutum solum esse cœcum, sed cœcos etiam illos, qui ei adhærent, dixerat alibi ap. eundem Stob. Menander [in seipsum lugente, p. 28. Men. Reliq. ed. Cler.]—ὁ δὲ Πλοῦτος τυφλός· Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει. Spanh. V. Schol. ad Eurip. Or. 246. τὸν Πλοῦτον τυφλὸν λέγουσιν, ὅτι ἀκρίτως ποιεῖ πλουσίους. Berg.

91. διαγιγνώσκοιμι. Utraque ed. Flor. Phil. et Bened. Juntarum διαγινώσκοιμι, quibuscum cod. Dorv. consentit, etsi corruptius versum ediderit, Ἵνα μὴ διαγινώσκοι μοι μι, τούτων μηδέναν. Hemst. Est ista forma verbi communis, substituta a librariis recentt. in locum Atticæ, ut Æsch. Socr. i. 12. ubi etiam διαγιγνώσκειν legitur in cod. Aug. Fisch. Verbum, ut et simplex γιγνώσκειν, Atticis soluta etiam oratione scriptoribus familiare, διαγιγνώσκειν Thucyd. i. 126. et apud Platonem bis inter aliquot verba in Ione p. 546. [p. 116. ed. hujus dialogii a Müllero curatæ 1782., add. ib. p. 102.] Infra vero Vesp. 772. ob metrum διαγινώσκειν. Sic et Conc. 632. Spanh. διαγινώσκοιμι Elb. Junt. i. iii. Dind. διαγινώσκοιμι 1. 2. Dobr. Ceterum Dawes. Misc. Crit. p. 82. s. docuit particulis ἵνα, ὄφρα, et μὴ optativum jungi, quum sermo esset de re præterita; conjunctivum, quum de re præsenti aut futura. Fisch. De ἵνα aliisque particulis v. Hermann. ad Vig. p. 768. 805. s. Add. Schæf. Melet. Crit. in Dion. Hal. p. 109. ss. et Matth. Gramm. Gr. Abundare alterum μή, quum μηδένα sequatur, Girard. monet. Dind.

92. οὕτως, *adeo, tantopere.* χρηστὸς propr. est homo utilis, bonæ frugis, frugalis (Gloss. vett.), deinde homo probus, sapiens et virtute præditus, ἀγαθὸς et oppon. πονηρῷ, v. 96. Xen. Mem. Socr. ii. 2. 20. Æsch. Socr. i. 3. Fisch. [Cf. Eckhard. Obss. p. 12. adeo ut suæ faveat causæ Jupiter. Girard.] Huic versui librarius Cod. Dorv. præfixit solennem illam elegantioris sententiæ notam, quæ significat ὡραῖον. V. Vales. ad Euseb. H. Eccl. i. 2. cui vix accedo, quando eamdem notam admittere posse duplicem explicationem putat, ὡραῖον aut φροντιστέον s. φροντίδος ἄξιον· mihi saltem utriusque signi, quo hoc illudve indicatur, manifestum semper in Codd. antt. apparuit discrimen. Hemst.

V. Schol. qui philosophice rem explicat. Dind. Καρ. præf. in 6. ab alio. Dobr.

93. καὶ μὴν sunt particulæ adversativæ, *enimvero, atqui*. διὰ τοὺς χρηστοὺς, h. e. *a bonis, a probis*. Nam διὰ jungitur sic non raro accusativis, ut indicet causam efficientem. V. Anim. ad Weller. iii. ii. p. 166. et 170. τιμᾶται, *colitur*, quatenus probi homines Jovi sacrificant, gratulantur, supplicant. Fisch. καὶ τοὺς δικ. Non novum est, vocabulo generis adjungi vocabulum formæ, ut καὶ reddi possit *maxime, inprimis, atque adeo*. Nam χρηστοὶ quidem comprehendunt etiam δικαίους. Fisch.

94. ὁμολογῶ σοι, *concedo, do tibi hoc*. V. Suid. Est formula affirmantis aliquid, recte. ὁμολογοῦσι pro ὁ. σοι 2. in lib. Ask. Dobr. Sic φέρε ponitur ut particula approbantis ea, quæ alter dixit, et transitum facientis ad alia, quomodo etiam εἶεν et ἄγε δὴ usurpantur. Sic 131. s. ap. Terent. Adelph. v. 818. ita legitur *age*. Potest igitur φέρε reddi *age*, sed ita ut sejungatur a verbis τί οὖν, coli nota. Fisch.

95. Etsi ἀναβλέπειν est *recipere visum, oculorum lumina*, v. 126. et Luc. xviii. 41. s.; tamen, quia h. l. addita est part. πάλιν, vim verbi simplicis habere videtur, ut 117. nam 126. est simpliciter ἀναβλέψῃς, sine πάλιν, v. 460. βλέψαι πάλιν, id quod etiam adjecta verba ὥσπερ καὶ προτοῦ, *sicut et antea*, in adolescentia, docere puto. Nam προτοῦ est πρὸ τούτου, (sc. χρόνου, Gir.) *antehac, ante*. Fisch.

96. φεύγοις Cod. Dorv. φεύγεις. Hemst. φημ' ἐγὼ recte, ut 143. et φημὶ simpliciter Eurip. Phœn. 606. Est enim, ut ὁμολογῶ σοὶ 94. formula aientis, quæ 97. permutata est formula πάνυ μὲν οὖν. Fisch. εἴδη (pro ᾔδη) vitiose Ven. i. ii. Raph. Dind.

97. τοὺς δικαίους intell. etiam σοφοὺς καὶ κοσμίους 89. Fisch. Hos igitur *justos* et *probos* homines solus adire debebat Plutus juxta illud Theognidis [517. Brunck. Gnom. poëtt. vett.] καὶ γάρ τοι Πλοῦτον μὲν ἔχειν ἀγαθοῖσιν ἔοικεν. Spanh. V. Eccl. 621. Berg. βαδίζεις A. 1. 2. Dobr. βαδίζεις (οις ejusdem manus) 2. Id.

138. Βοῦν ἄν. Part. ἂν apud Atticos subinde vacat, vel præcedentis verbi rationem habet: οὐ βοῦν ἂν θύσειεν. Girard. add. Gregor. de Dial. p. 18. Fisch. Anim. ad Well. iii. 2. p. 284. Non tamen ἂν prorsus redundat, nisi, ubi longior intercessit parenthesis, in aliis locis alterum ἂν ad verbum, alterum ad aliud vocabulum pertinet, quod cum dubitatione quadam dici potuit, ut bene animadvertit Hermann. ad Viger. p. 780. s. Dind. Ψαιστὸς vel Ψαιστὸν a grammaticis vel lexicogr. tam varie exponitur, ut lector incertior ab illis discedat. Quare in gratiam φιλελλήνων tenebras has pro virili discutere conabor. Prima igitur et propria ejus significatio est ea, quam inter alias habet Suid. Ψαιστά, ἄλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψαισμένα (sic enim ibi lego pro κατεψηγισμένα), *farina mola comminuta.* Ψαίειν, enim propr. est *mola comminuere*, cujus tamen significationis nec in Steph. Thes. nec in aliis, quod sciam, Lexicis, ullum exemplum affertur. Porphyr. de abstin. ii. 6. τῆς ψαισθείσης τροφῆς, quam paulo ante dixerat ἀληλισμένον βίον, i. e. *victum molitum.* Sequitur ibidem, τοῖς ψαισθεῖσι θυλήμασι χρώμεθα, et paulo ante, καὶ τὴν τροφὴν ψαισαμένων, *et cibum mola comminuissent.* [Ad q. l. v. Jac. de Rhoer. p. 111. Sunt autem Theophrasti verba, quæ a Porph. afferuntur. Dind.] Nota, opponi hic sibi invicem τὸ ἐρείκεσθαι (quod de frugibus vel leguminibus leviter tantum contusis et fractis dicitur)

et ψαίεσθαι, quod *mola in farinam redigi* significat. Hinc igitur ψαιστὸς, quod proprie quidem adjectivum est, et *in farinam redactus* significat, sed plerumque substantive capitur (subintellecto nimirum voc. σῖτος, vel si ψαιστὸν dicatur, genere neutro, subaudiendum erit ἄλφιτον, vel simile quid) notatque far molitum, vel farinæ vino oleoque imbutæ pugillos, quos pauperiores olim diis libaminum loco offerre solebant. Porph. lib. et cap. antedicto, τιμᾶν θεοὺς λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ ποπάνοις. Idem cap. sequenti Docimi viles ψαιστοὺς diis gratiores fuisse ait, quam aliorum sumtuosas victimas, ubi per ψαιστοὺς nihil aliud intelligit quam, ut ipsius verbis utar, τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας, *farinæ paucos pugillos*. Statim enim addit, ἐκ τῆς περικειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας ἐθυλήσατο. Et hoc sensu v. ψαιστὸς manifeste etiam capitur in epigr. Lentuli Gætulici Anthol. vi. 7. 12. καὶ ψαιστῶν ὀλίγων δρᾶγμα πενιχράλεον. Hinc igitur intelligimus, quare Arist. βοῦν et ψαιστὸν h. l. conjunxerit, ut nimirum indicaret, deos non solum pinguioribus sacrificiis, sed etiam vilissimis libaminibus carituros esse, si Plutus visum reciperet: βοῦς enim sacrificium erat ditiorum, ψαιστὸς vero pauperiorum. Kust. Ψαιστὰ placentæ erant et liba in sacrificiis adhiberi solita. Vocantur et κάμματα, quæ sunt folia lauri, propterea quod ψαιστὰ foliis lauri tecta apponebantur comedenda. Girard. Non mirum quod de his ψαιστοῖς et de cruentis victimis verbum θύειν a Comico adhibitum est. De ἀπύροις enim haud minus quam de ἐμπύροις, veterum sacris dici ab Homero θύειν docet Athen. xiv. p. 660. τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν, *liba post cœnam adolere*. Ita Æsch. Pers. 205. θῦσαι πέλανον. Eurip. Ion. 226. ἐθύσατε πέλανον. Unde Arcadius, grammaticus ineditus, θύω, τὸ θυμιῶ, ὅθεν θύος. Unde lxx. Gen. iv. 3. et 5. θυσίαν et θυσίας vocant *eam oblutionem e fructibus*, quam Κάϊν ἤνεγκε ἀπὸ καρπῶν τῆς γῆς. Quoad ψαιστὸν vero, exstat Antiphanis ap. Athen. versus l. ix. p. 209. ubi τὰ ψαιστὰ heroibus distribui dicuntur: τοῖς δὲ Ἥρωσι τὰ ψαιστὰ ἀπονέμειν. A Philostrat. autem de Sophist. ii. p. 606. [c. 5.] ὡς ψαιστὸν καὶ δάφνης φύλλα τοῖς θεοῖς θυμιᾶσθαι. Spanh. Ψαιστὸν exponitur in Cod. Dorv. ἤγουν λαλάγκιον. Du Cangius Gl. M. et I. Gr. in Λάλαγγες ex Glossis Mss. ad Plut. Arist. adtulit ψαιστόν, λαλάγγιον. Cetera quæ hac voce notat, Meurs. præcepit. Hemst. V. Hes. Suid. Etym. M. etiam Foës. Œcon. Hipp. v. ψαιστὴν μάζαν. Fisch. ψαιστόν. ἔστιν ἄλευρον ἐλαίῳ δεδευμένον. ἔστι δὲ τὸ κοινῶς λαλάγκιον. Cod. Paris. Schæf. οὐδὲ ἕν. Sic disjunctim e tribus suis Codd., quibuscum Ms. Arund. ap. Kust. et Dorv. ap. Hemst. faciunt, edidit Brunck. ut supra 37. μηδὲ ἕν. Utroque loco vulgo editum erat, οὐδεέν, μηδεέν. In B. (ap. Brunck.) sic, οὐδεέν. Brunckium sequutus est Inv. Atticam scribendi rationem fuisse οὐδ' εἷς, οὐδ' ἕν (pro οὐδείς, οὐδέν,), et circa Aristoph. tempora etiam οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς, Pors. præf. ad Eur. i. p. xxxvii. ed. sec. colligit inde, quod sæpe part. ἂν interponitur. Perperam in ed. Fisch. ἀλλ' (i. e. ἀλλὰ) pro (ἄλλο) scriptum. Dind. οὐδεέν Ald. Junt. i. iii. οὐδὲν Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Id. οὐχί. οὐ 1. ἄλλο οὐδὲν 1. Pors. Ad Hemst. notam hæc scribit Pors.: Photius Ms. Λάγανα· πλακουντάρια ὡς καπυρώδη: Primæ voci superscripta hæc fere, τ: ΛΑΛΑΓΝΑ quæ explicans pergit, i. e. λαλάγγια, non λαλάγνα. V. locum Suidæ apud Hemst. p. 386. c. 1. Illud autem τ: valet τά. Dobr. οὐδὲ ἓν 1. 2. οὐδεὲν 3. Id. οὐδεὲν Lib. Burg. Id.

139. οὐκ ἔσθ' ὅπ. ὠνήσ. intell. οὐδεὶς [h. e. τις] ἀνθρώπων e 137., i. e. *nullo modo* (ut οὐκ ἔσθ' ὁπότε est *nunquam*) *poterit quisquam quidquam emere*. Nam ὠνεῖν est *vendere*, ideoque ὠνεῖσθαι *vendi sibi aliquid jubere*, i. e. *emere*. Fisch. ὅπως pro πῶς. Munt. Χρ. μὴ Ald. per errorem. Dobr.

140. δήπουθεν. Gl. in C. ἀπό τινος τρόπου. Atticis nihil aliud est quam δηλονότι, v. Mœr. et Tim. Brunck. *Est, ut opinor, scilicet*. V. Hes. et Suid. Fisch. παρόν — Hor. Serm. ii. 3. [68.] 'Rejecta præda, quam præsens Mercurius fert.' Berg.—Girard. παρὸν interpretatur, *propitius, favens*; Münt., *benignus*. Dind. μή σύ A. 1. Pors. μή σύ 6. 4. Dobr.

141. αὐτὸς cohæret cum pronom. σὺ, ita ut σὺ αὐτὸς sit id. quod σὺ simpliciter. Fisch. Imo dicti gravitatem auget. Recte Brunck. et Inv. post Hemst. ediderunt διδῷς et τἀργύριον, quum olim legeretur διδῶς τ' ἀργύριον. (τ' ἀργ. Port.) Post τἀργ. in Brunck. et Inv. comma, in Hemst. punctum, in Fisch. ed. interr. signum ponitur. Colon esse debet, quod Kust. ed. habet. Dind. Schol. Cod. Paris. ἄργυρος ἡ οὐσία τοῦ ἀργύρου. ὥσπερ καὶ χρυσίον ἡ οὐσία τοῦ χρυσοῦ. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου κέρμα ἀργύριον καὶ χρυσίον. Toup. ad Long. p. 374. Oxon.: "Quicquid ex auro factum est, χρυσίον sive χρυσία vocant Græci." Pro ὥσπερ καὶ χρυσίον lege ὥ. κ.

χρυσός. Sic sæpius in libris variatur. Dionys. Halic. Ant. Rom. vii. c. 8. ἐξελόμενος χρυσὸν καὶ ἄργυρον. Cod. Vat. rectius, ut videtur, χρυσίον καὶ ἀργύριον. Diod. Sic. xvii. c. 71. ἔγεμον ἀργύρου τε καὶ χρυσίου. Cod. Reg. 1. χρυσοῦ, quod præfero. Schæf.

141-2. ὥστε, itaque. τὴν δύναμιν, potentiam, quatenus ex eo cernitur, quod homines Jovi sacrificant; ita ut τοῦ Διὸς — καταλύσεις sit, facere poteris, ut nemo plane Jovi sacrificet, ut hactenus majestas ejus et potentia tollatur. Nam καταλύειν est ἀφανίζειν, καταστρέφειν, Schol. Suid. ἢν λυπῇ τι, si tibi molestus erit, v. 120. Fisch. Avv. 1246. Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα. Berg. τι pro κατά τι, aliqua in re. Kust. Cod. Paris. τὴν βασιλείαν ἀφανίσεις. ἢν ἐκεῖνός σε λυπῇ. Bast.: "Cf. Anton. Liber. καταλύειν τιμάς." V. Ep. Crit. ad Boiss. p. 172. Etiam h. l. καταλύειν et ἀφανίζειν ut synonyma usurpantur, de qua re Bast. l. c. Schæf. τί σε A. 1. Pors. τί σε Borg. Dobr.

143. δι' ἐμὲ, per me. διὰ enim cum accus. apud Atticos sæpe per significat. Sic 130. et 93. V. ibi Schol. Kust. φημ' ἐγὼ, recte, ut 96. Fisch.

144. s. Cod. Dorv. Εἴ τί γ' ἔνεστιν, vitiata metri lege, ut 149. φασιν melius hac parte Fl. εἴ τί γ' ἔνεστι, quanquam lectione vulgata sum contentus. Versu sequ. Cod. Dorv. librarius plane dormitavit: καὶ χαρ. . . . γίνονται. Hemst. καὶ νὴ Δί' εἴ τί γ' ἔνεστι λαμπρὸν καὶ καλὸν | ἢ χάριεν ἀνθρώποισι —, (sine puncto post Δί') optimum illud in Pluto exemplar Junt. A. 1525. et bonus Ms. liber Dorv. confirmant ἔνεστι, rite comprobatum Gisb. Koen. annot. ad Greg. Cor. p. 43. Lips. hoc enim modo dulciores fluunt numeri. Vulgatum ἐστὶ, a Suid. quoque proditum, Pors. placuit, Adv. p. 33. Reisig. λαμπρὸν tanquam vestes magnificæ, epulæ lautæ. Nam λαμπρὸν dicitur de omnibus, quæ magnifica sunt et luculenta, sed in primis de vestibus et epulis. καλὸν, pulcrum, v. c. picturæ pulcræ, horti pulcri. Conjungit poëta λαμπρὸν et καλὸν, quia res magnificæ et splendidæ sunt eædem pulcræ. Χάριεν, gratum, velut ludi, porticus, ambulationes. Fisch. καλὸν καὶ λ.— χάριεν ἐν ἀ. — γίνεται Borg. Dind. εἴτι γ'. καλὸν καὶ λαμπρὸν A. ἔνεστι Suid. Ms. χάριεν, ubi mox χαριεργῇ ἀθάνα sine ἀνὴρ Ms. Pors. Ed. Med. εἴ τι γ' ἐστὶ καλὸν καὶ λαμπρὸν ἢ χάριεν ἀνθ. διὰ σὲ γ. Dobr. ἐστὶ Ald. J. 1. ἔστι edd. Brunck. Inv. Alterutrum 6. ἔνεστι J. 11. ἐστι defendit Pors. Adv. p. 33. Similiter fere variatur Plut. 886. Nub. 839. 1178. Lys. 1126. Id. ἔνεστι — ἐν ἀνθ. 4. Id. Schol. Cod. Paris. τὸ καλὸν ἐπὶ τοῦ ἐραστοῦ λέγεται, τὸ χάριεν ἐπὶ ἡδονῆς, τὸ δὲ λαμπρὸν ἐπὶ ὄψεως. Schæf.

145. γίνεται Junt. 1. ἐπὶ σὲ γ. Port. Dind. ἐν ἀνθρώποισι A. Pors. καὶ χ. Dorv. ἐν ἀνθ. Borg. ἀνθ. sine ἐν tres primæ, Brunck. Inv. 6. qui gl. ἐν τοῖς. γίνονται Dorv. V. 146. 181. 833. Thucyd. v. 75. Κάρνεια γὰρ αὐτοῖς ἐτύγχανον ὄντα. vi. 62. καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα, consentientibus utrobique Ms. Cant. Kk. 5. 19. et Nn. 3. 18. sive Hudsoni Clarendoniano. Sed in priore loco ἐτύγχανεν unus Gailii. Indicavit Fisch. ad Weller. iii. p. 343. inepte addens ἔθνη ἐστράτευον vii. 57. fin. et alia pueriliter peccans. V. Auctar. ad Pors. Opusc. p. 384. ubi adde, ὡς ὁρᾷς Eur. Or. 300. 1066. Philemon Pollucis ix. 66. vel Bent. n. 281. Dobr. Similis variatio 161. 169. In πάντα ἀκολουθοῦσιν vel ἐπακολουθοῦσιν consentire videntur Mss. Cebetis p. 250. ed. Schw. In Soph. Trach. 581. (apud Fisch.) πεπείρανται τάδε reliquit Schæf., forsan consulto. In 'Αλαζόνων fr. xi. τὰ χρήματ' — εἰσάγουσιν pessime Brunck.; θακοῦσιν e Stob. Pors. Adv. p. 151. Idem ibid. p. 105-6. μῆλ' ἐκρέματο in Pherecr. Athen. vi. p. 269. c. Pors. reprehendit Hermannus ad Soph. El. 430. oblitus eum σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον tetigisse ad Or. 596. Notabilis locus Eupolid. apud Schol. Av. 1568. ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας | αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι. Dobr.

146. Adpictam capiti versus illam habet notam Cod. Dorv. quæ γνώμην significat. Hemst. Sic Eur. Phœn. 442. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. Quibus adde illud Theognidis [507.] ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι, ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν. Alia eam in rem in fragmentis vett. poëtarum obvia nunc mitto. Spanh. In hanc rem exstant non invenusti, neque relatu indigni Græcorum versiculi: Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατέει, id est, hominibus velut sanguis et anima est argentum; eo qui destituitur, nec ipsum sibi paravit, is inter vivos mortuus obambulat. ἔσθ' ὑπήκοα pro ὑπακούουσι. Girard. ἅπαντα omnes homines omnis ætatis, ordinis, sexus, vitæ generis; mens et animus, omnesque eorum dotes. Horat. Sat. ii. 3. 94. ss. eandem sententiam ita expressit: 'omnis res, Virtus, fama, decus, divina humanaque pulcris Divitiis parent.' Fisch. ἐσθ'. εἰσὶν 1. Pors. γὰρ τῷ π. Borg. 6. Dobr. τοῦ πλου-

τεῖν Elmsl. Heracl. 287. Id. Ἅπαντα γὰρ τῷ πλουτεῖν ἔσθ' ὑπ. Ald. Borg. Mutavit Junt. I. Dind. τῷ πλουτεῖν. Gl. Cod. Paris. πλούτῳ. Schæf.

147. s. Sensus: *ego quidem certe, ut nanciscerer pauxillulum nummorum, servus factus sum: quia non eram æque dives atque alii.* Particulæ γέ τοι habent eandem vim, quam particulæ γ' οὖν, h. e. ponuntur, quum quis planum facere aliquid instituit exemplis, aut argumentis, et rationibus. V. Devarius in γέ τοι p. 95. s. Fisch. Videtur igitur F. scribi voluisse, Ἐγώ γέ τοι. At rectum est Ἔγωγε, et Girard. jam monuit, ἔγωγε pronomen Atticum in principio poni, ἐγὼ commune in principio et media oratione; τοι vel expletivum esse, vel pro γὰρ accipi. Dind. διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον. Sic B. C. ut vulgo. In membr. διὰ σμικρόν γ' ἀργυρίδιον. Particulam non admittit metrum, quia in ἀργυρίδιον antepenultima producitur. In meo διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον, quæ vera lectio est et reponenda: nam σμικρὸν metrum pessundat. μικρὸς apud Comicum semper occurrit priori longa. V. Lys. 98. Ran. 55. Nub. 630. Acharn. 523. Thesm. 745. Eqq. 1222. Vesp. 5. Versum sic scribere et dimetiri oportet: εγω | γε τοι | δια μι | κρον αρ | γυρι | διον. Non observaveram syllabam illam, quæ apud alios poëtas modo brevis, modo longa est, apud Comicum semper produci. Ex hujus rei ignoratione bonam quæ vulgo ferebatur lectionem 240. prava conjectura immutavi, auctorique vulnus grave inflixi, quod ad eum versum declarabo. Brunck. Omissa Carionis persona Cod. Dorv. μικρὸν, perinde ac Tho. Mag. v. Γοῦν [ubi hic locus laudatur,] A. B. Cratandri et Schol. σμικρόν γ' ἀργυρίδ. exstat in Fl. et Bened. Juntæ a. 1540. male; nam versum lædit interjecta particula. Hemst. σμικρόν. corr. μικρόν. Bent. [Ms. Arund. etiam μικρὸν teste Kust. qui neutram scripturam metro adversari perperam existimavit. Debuerat vero etiam in ed. Lips. μικρὸν scribi, quamquam σμικρὸς fuit Atticismi veteris forma. Hotib. Lect. Arist. p. 14. repudiat σμ. etiam, ne gravissimum hoc voc., extra ictum positum, depropetandum sit, levissimo διὰ totam tertiam versus regionem indigne occupante. Dind.] Eleganter nominibus diminutivis adduntur, in utraque lingua, adjectiva ejusdem generis, rei magis minuendæ causa. V. Dorv. ad Charit. i. 13. p. 140. et nos ad Weller. [ii. p. 36.] Scilicet varia erant servorum Athenis pretia: alii emebantur minis decem, alii quinque, alii duabus, alii dimidia mina, v. Xen. Mem. ii. 5. 2. Ex quo intelligi potest, μικρὸν ἀργ. esse h. l. minam dimidiam s. drachmas Atticas 50. nam mina Attica constitit centum drachmis. V. Pollux ix. 59. 86. et Phot. Lex. Ms. ap. Albert. ad Hes. ii. p. 610. Fisch. διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον. μικρὸν Th. Mag. v. γοῦν, Schol. in Ald. et hic [Bas. 1547.] Ed. Ald. Eustath. in Hom. Iliad. A. p. 26. ed. Rom. [26, 8=20, 3.] atque ita omnino legendum. μικρὸς enim primam producit, ut diximus ad Theoc. viii. 74. μικρὸν recte citat Jungerman. ad Pollac. ix. 90. ἐγὼ γάρ σοι διὰ μικρὸν I. Pors. Demosth. Timocr. p. 479. n. 317. (763.) εἰ διὰ μικρὸν ἀργύριον μὴ μετέχει τῆς πόλεως.—μικρός. V. ad 240. Pors. Adv. p. 148. Kidd. ad Dawes. p. 34. In Menandro Etym. v. ἀῤῥαβὼν versus distingue, μικροῦ μὲν ἀῤῥαβῶνά με | ἔπεισεν εὐθὺς καταβαλεῖν. Bent. judicium n. 247. sane miror. Eurip. Fr. clii. apud Clem. Alex. Str. iv. p. 620. Potter. (R. Walpole Fr. Com. p. 112.) verba μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τι χρὴ exemerim, et leviter emendata, εὐτυχεῖν δυστυχεῖν τε, bono presbytero reliquerim. Scripserit eadem aliis verbis tragicus; sed utrum eodem an alio loco non definiverim. Etiam in sequentibus, apud Eurip. coaluisse puto, οὐδεμίαν ὤνησε κάλλος εἰς πόσιν ξυνάορον | ἀνδρὶ συντέτηκεν, ἥτις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Vulgo, ξυνάορον. ἀρετὴ δὲ ὤνησε πολλάς. πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ ἥτις ἀνδρὶ συντ. σ. ε. Omnino compara Androm. 206, 7. Dobr. μικρὸν Rav. et Borg. apud Inv. ad 126. σμικρὸν 6. quomodo posuerat Brunck. per errorem, quem postea correxit. Id. διὰ μικρὸν Ald. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. 8. σμικρὸν Junt. I. Port. διὰ σμικρόν γ' ἀργ. Junt. II. III. διὰ τὸ μικρὸν ἀργ. Ven. II. Far. Dind.

148. ἴσως, Schol. Girard. Münt. et Fisch. explicant ἐπίσης, *æque ut alii;* at Schæf. ad Long. p. 357. sensu pervulgato accipi jubet, sic tamen, ut rem certam denotet, (*profecto*) quam adverbii vim pluribus exemplis adstruxit. Dind.

149. Hunc et duo sequentes versus absque ulla variatione citat Suidas v. Ἐταῖραι. V. eundem v. Πειρῶν. Kust. De lascivia mulierum Corinthiarum exstat locus, sed obscœnus, infra Thesm. 665. Unde etiam *vere Veneris urbem,* εἶναι σαφῶς Ἀφροδίτης τὴν πόλιν dici eandem posse tradit Aristides in Isthm. p. 42. additque mox, quod si inter urbes de pulcritudine lis foret, Corinthum Veneris vicem obtenturam. Spanh. Lege τὰς γ'. in 167. pro χ' lege γ'. Bent. τὰς γ'. Ita Ald. male ed. Kust. τὰς χ'. γ'. om. A. I. non

Suid. v. ἑταῖραι. Pors. τάς γ' ἑταίρας. Typographi errore in Kust. τάς χ' ἑτ. quæ menda in novissima Bat. servata fuit. Brunck. Ἑταῖραι sunt *meretrices*, *scorta*, quæ etiam a Latinis, leni vocabulo, *amicæ* appellantur. Omnium meretricularum famosissimæ et petulantissimæ erant Corinthiæ. Nam Corinthi erat templum Veneris, in quo fuisse dicuntur mille amplius meretrices, quarum nulla nummis divitibus copiam sui faceret, unde exstitit proverbium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, v. Strab. viii. p. 581. Schol. ad h. l. et Apostolius Paroem. xv. 39. Nobilissimæ earum erant Lais, (v. 179.) Cyrene, Leæna, Sinope, Myrrhine, Scione. Fisch. Gl. Cod. Paris. πόρναι. Λαΐς, Κύρηνη, Λέαινα, Σινώπη, Πυθίονη, Σκιώνη. Schæf.

150. πειρῶν est verbum Atticum, quod in arte amatoria idem valet quod πειράζειν, qua forma utuntur reliqui Græci, h. e. *sollicitare ad concubitum*, ut h. l. et 1068. V. Mœris, Tim. Gloss. Plat. [p. 210. ibique Ruhnk.], Staveren ad Hygin. p. 315. et Hemst. ad Luc. t. i. p. 215. Fisch. A. Fl. utraque B. G. πηρῶν. Viderat Jos. Scal. esse corrigendum πειρῶν neque aliter impressum fuit in utraque Junt. a. 1515. et 1540. Sic et Suid. quod merito secutus est Kust. Cæterum in Dorv. πειρῶν interpretationem habet adscriptam συνεύων, quod verbum Græcæ linguæ labentis eo magis est observandum, quia J. Meursii et Ducangii solertiam effugit. Moschopul. περὶ σχ. p. 194. πειράω, πειρῶ, ὃ δηλοῖ τὸ κοινῶς συνεύω. Idem in Ἐκλ. Ο. Α. πειρᾷ, ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ συνεύει. Similiter Tho. Mag. in πειρῶ, nisi quod ibi legitur συνεύω, συνεύομαι, σύνευσις. Hæc res minus animadversa fraudi fuit Duck. ad Thucyd. vi. p. 411, 99. Hemst. πειρῶν. Gl. Cod. Paris. δοκιμάζων, προσβάλλων. Schæf. προσέχειν τὸν νοῦν, *advertere animum*, est fere amatoria formula, quando quis alteri morem gerit et obsequitur, ut maritus uxori etc. V. Hemst. ad Luc. t. i. p. 212. Fisch. Scorti vocem apud Plautum [Asin. i. 3. 50.]: oculatæ sunt nostræ manus; credunt quod vident — contulit cum his Gir. Dind. πηρῶν. πειρῶν A. l. Suid. ed. Ms. in v. Priscian. xviii. p. 238. a. ed. Ald. Omittit Putsch. p. 1198. Pors. πειρῶν. πηρῶν Ald. Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Port. Emendavit Junt. i. iii. Dind.

151-2. προσέχειν. Cod. Dorv. προσέχει, inter versus addita interpretatione προσκολλᾷ αὐτῷ, recentior manus ν adjunxit: [Gl. Cod. Paris. προσκολλᾶν τοῖς λεγομένοις ἐκείνῳ δηλ. (δηλονότι). Schæf.] verum sequenti versu τρέπει, sic enim est scriptum, non mutatur. Poterat haud sane magno molimine lectio tolerabilis inde confici; sed quæ tamen ad vulgatæ structuram expeditam sorderet. Super πρωκτὸν 152. adscriptum est κῶλος. V. Du Cang. in Κῶλος. Hemst. τὸν πρωκτόν. Gl. ἤγουν εὐθὺς εἰς αὐτὸν τὸν πειρῶντα τρέχειν καὶ περιπλέκεσθαι. Bast. "Bene." Schæf. Hoc voc. mediæ Græcitatis scriptores significant *anum*, *podicem*, quem etiam Latini vocant *culum*. V. Phædr. iv. fab. 17. extr. H. l. per πρωκτὸν (de quo voc. v. Etym. M.) intell. τὸ ἔμπροσθεν μορίον, sed Schol. Dorv. observat, poëtam usum esse isto voc. ut exprobraret Atheniensibus mores impuros et nefariam libidinem, quod essent ἀρσενοκοῖται. Integra form. significat, *statim huic copiam sui facere*. Fisch. ἂν et gl. ἐὰν 8. εἰς 3. pro ὡς. Dobr. ὡς τοῦτον. εἰς 1. Suid. ed. Ms. Pors. [v. ἑταῖραι.] καὶ τὸν 6. Dobr. εὐθὺς et 153. αὐτὸ in Cod. Elb. omissum, utrumque perperam. Trend. ὡς τοῦτον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. ἐς Inv. e Rav. Dind.

153. παῖδες sunt adolescentes, nati annos 18. ephebi; nam pueris proprie ita dictis appositi erant custodes, qui eos non sinerent uti rebus Venereis; et οἱ παῖδες οἱ χρηστοὶ petere dicuntur non pecuniam, sed equos et canes venaticos; hi autem appetebantur ab adolescentibus, qui venationibus exercebantur apud Græcos et Romanos. V. Ter. Andr. i. 1. 29. s. Hor. A. P. 162. s. Corn. Nep. præf. 4. adulescentulis laudi in Græcia duci, quam plurimos habere amatores. Dicuntur etiam παιδικὰ et ἐρώμενοι, uti *amatores* ἐρασταί, v. Plat. Phæd. 18. Æsch. Socr. iii. 1. omninoque Plat. Symp. 11. Fisch. Exsecratur infandos παιδεραστῶν amores, de quibus, Platone referente, μυρία γέγονεν ἀνθρώποις ἰδίᾳ καὶ ὅλαις πόλεσι κακά, quoniam libido hæc ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κτείνει, ut idem Plato ait. Auctorem παιδικῶν Ovid. Orpheum scribit [Met. x. 84. s.]. Sunt qui Thalonem Cretensem faciant principem. Hic autem fuerit necne, non satis certum. Hoc tamen ex Aristot. scitur, masculam Venerem, lege etiam lata, permissam in Creta fuisse. Girard. ταὐτὸ τοῦτο. Cod. Arund. τοῦτ' αὐτό, versu mutilato, pejus Cod. Dorv. ταὐτὸ solum habet, cui tamen velut interpretamentum superscribitur, τοῦτο. Hemst. Ex Rav. Cod. Inv. edidit: φασὶν αὐτὸ τοῦτο 8. sed φασὶ ταὐτὸ

τοῦτο, *idem hoc*, recte se habet. Dind. φασὶ ταὐτὸ τοῦτο 8. Ald. Junt. I. II. III. et rel. Id. ταυτὸ τοῦτο. τοῦτ' αὐτὸ 1. ταυτὸ om. A. Pors. φασὶ ταυτὸ τοῦτο tres primæ. Vocem omittit 6. Dobr. φασὶν αὐτὸ Lib. Burg. Id.

155. Ex h. l. χρηστοὺς, *pueros meritorios*, ab Atticis dictos contendit in Animadversionibus adversus Salmasium Desid. Herald. quod utique sequentibus Comici verbis adstrui videtur. Haud aliter nempe ac *morigeros* ac *morigerari* in obscœnis similiter apud vett. Latinos dicta. Spanh. Vocat per ironiam χρηστοὺς pueros faciliores et placidiores. Girard. χρηστούς. Gl. Cod. Paris. οὐ τοὺς σεμνοὺς καὶ ἐπιεικεῖς φασι τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἀσελγεῖς, τοὺς ἀναιδῶς τὸ κακὸν πράττοντας. Schæf. Nati annos duodeviginti dicuntur, vel χρηστοὶ, vel πόρνοι. Πόρνοι sunt *pueri meritorii*, ut vocantur a Cicer. Phil. ii. 41. h. e. qui corpore quæstum faciunt: ut scorta, feminæ, *meritoria*, apud Suet. Claud. 15. quæ ab Atticis χαμαιτύπαι dicuntur, a reliquis Græcis πόρναι. V. Mœr. in v. χαμαιτύπη. Sed χρηστοὶ sunt *pueri ingenui*. V. Cic. d. l. qui habent amatores, non solum ingenii et animi, sed etiam corporis: id quod hic locus satis docet. Fisch. Male Cod. Dorv. πονηροὺς, et renitente metro. Hemst.

156. τί δαί; Ita scribitur, quando est σύνδεσμος ἐρωτηματικός, sed δὲ, quum est σύνδεσμος συμπλεκτικός. V. Ammon. in v. δαί et Deuar. p. 103. s. Sed librarii multis locis δαὶ mutarunt in δέ. V. ad Plat. Crit. x. 11. Fisch. Brunck. e duob. Codd. edidit τί δέ; In aliis est δαί, ut vulgo, idque e duob. suis Codd. restituit Inv. δαὶ non nisi in vehementioribus interrogationibus adhiberi, et conflatum esse ex δὲ et αὖ, censuit Zeun. ad Vig. p. 545. τί δαὶ explicat, *quid vero aliud?* Cf. Schütz. ad Hoog. Doctr. Part. p. 136. s. Brunck. tragicis eximenti δαὶ adsentitur Pors. ad Eurip. Med. 1008. Dind. δαί; (ed. Inv.) Elb. δέ. perperam. Trend. δαὶ est in omnibus edd. cum puncto; in Raph. et Port. interr. nota. Id. δαὶ Ald. Borg. τί δὲ 1. 2. 4. τις] γ' R. Lib. Burg. Dobr.

157. ἵππος ἀγαθὸς est *equus velox*; [ἀγαθόν. Gl. Cod. Paris. ἐπιτήδειον εἰς δρόμον, ἤγουν ἄγαν θέοντα, ἀρετὴ γὰρ ἵππου τοῦτο. De hac etymologia vocis ἀγαθὸς v. etiam Etymolog. M. c. 5. 18. 730, 35. Schæf.] nam hujusmodi equus bonus est et aptus ad venandum; talem autem equum significari ex eo apertum est, quia ei adjunguntur κύνες θηρευτικαί, h. e. *canes venatici*, ut Palæph. fab. iii. 1. Nam vocabulis bestiarum junguntur adjectiva feminini generis, quæ indicant rem, quæ in eas, qua bestias, non qua genus, cadat: cujusmodi est θηρευτικός. Sed librarii et grammatici sæpe genus femininum mutarunt perperam in masculinum, ut h. l. in Cod. Vatic. scriptum est θηρευτικούς. Sic Xen. Cyr. i. 4. 8. pro ἔλαφον ἐκπηδήσασαν in Cod. Guelf. est. ἔλ. ἐκπηδήσαντα. Fisch. θηρευτικάς. Cod. Vat. θηρευτικούς. Edd. recte consentit Cod. Dorv. cum ista explicatione, κυνηγετικὰς pro κυνηγ. Hemst. θηρευτικὰς Ald. Junt. etc. Dind. θηρευτικοὺς Rav. Borg. Dobr.

158. Schol. Cod. Paris. αἰσχύνομαι ἐγὼ ἀμεταβάτως· αἰσχύνω δὲ ἕτερον. Schæf. τἀργύριον citat Bud. Comm. p. 1065=926. ed. prim. Dobr. ἴσως, *æque ac meritorii, sicut meritorii*. Fisch.

159. περιπέττουσι. περιπέπτουσι legitur semel in Schol. ad h. l., et quomodo legi ibidem hic debet, pro, περικαλύπτουσι. [At Kust. et Hemst. etiam in Schol. ediderunt περιπέττουσι. Attice pro περιπέπτουσι dictum esse vult Münt. Dind.] Apud Æsch. Agam. 88. περίπεμπτα θυοσκινεῖς, ubi Auratus legebat, περίπεττα θυοσκεῖς, *holocausta sacrificas*. Quanquam retinendum ibi videtur περίπεμπτα, quod nempe circa omnes aras diis sacra, ut sequitur, et libationes, jussu Clytæmnestræ, fierent. Simplex vero πέττειν per ἑψῆσαι exponit Hes., quomodo infra Pac. 873. dicitur ὁ πλακοῦς πέπεπται et in Matronis parodia Athen. iv. p. 134. panum etiam s. placentarum πεπτομένων fit mentio. Spanh. Horat. Serm. ii. 7. 41. 'verbisque decoris Obvolvas vitium.' Lucian. de Gymnasiis (19.) περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν λόγοις, *rem oratione obvelare*. Theophylact. Simocatta epist. 65. προσχήματι θήρας περιπέττει τὴν πανουργίαν ὁ κάκιστος. Alio verbo ad eandem rem usus Lucian. de Amor. (c. 24.) πάθεσιν αἰσχροῖς ὀνομάτων ἐπιγράφοντες αἰδῶ, alio et Theophyl. Simoc. Ep. 28. κρύπτεις τὴν ἀνίαν προσηνῶν ῥημάτων σχήματι. Berg. Est h. l. pecuniæ cupiditatem obtegere equo et canibus venaticis; equum et venaticos canes poscere, ne videare pecuniæ cupidus. Nimirum ὀνόματι pertinet ad ἵππον et κύνας θηρ. 157. περιπέττειν propr. dicuntur pistores, qui fermentum in conficiendis panibus cum farina ita commiscent et confundunt, ut non appareat, v. Schol. h. l. deinde de iis, qui rem aliquam obtegunt et occultant alia quadam re, i. q. περικαλύπτειν. V. Suid. in περιπέττουσι. Fisch. Suid.: μοχθηρία, ἡ τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμία, ἢ ἡ αἴτησις τοῦ ἀργυρίου. Ἀριστοφάνης· Ὀνόματι

etc. Kust. notat Suid. male interpretari hoc voc. : non enim significare hic *avaritiam* vel *pecuniæ cupiditatem*, sed potius *turpitudinem* s. *obscœnam libidinem*; idque ex ipso comico patere dicit. Mihi consideranti seriem eorum, quæ poëta dicit, secus videtur. Nam quum dixisset, omnes omnia facere pecuniæ gratia, Carion se vel exigui argenti causa servum esse subjicit; quem excipiens Chremylus ait, meretrices Corinthias dici pauperes amatores se audire quidem, divitibus mox copiam sui facere. Tum Carion, immo et pueri, inquit, hoc faciunt, nec amatorum sed pecuniæ gratia; quod quum de meritoriis, non de his, qui frugi essent, verum esse respondisset Chremylus; eos enim vel equum vel canes venaticos, non argentum petere; reponit ei Carion, hoc ideo ab iis fieri, quod pudeat eos argentum petere, sed tamen alias res petendo, eos nomine earum rerum velare τὴν μοχθηρίαν. Ex his satis apparet, hoc voc. accipiendum esse de pecuniæ cupiditate. Hoc enim ait Comicus: cupidi sane sunt pecuniæ et amant suos amatores τἀργυρίου χάριν, ut 154. sed avaritiam suam ita tegi putant et latere, si non pecuniam, sed aliam quampiam rem petant, perinde atque eam sine avaritiæ nota honestius et petere et accipere possint, quam pecuniam. Itaque nihil est causæ, cur Suid. hoc voc. male interpretatus dicatur. Si quid ab eo erratum est, id forte in eo est, quod mutatione casus nominum sententiam Schol. pervertisse, vel certe non satis perspexisse videri potest. Nam quum Schol. ita notet, μοχθηρίαν, τὴν τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμίαν, ἢ τὴν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, non subaudiendum est, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, sed τὴν μοχθηρίαν, i. e. *improbitatem petitionis*, improbam petitionem. Suid. quum μοχθηρία nominativo casu ponit, et subjicit, ἡ αἴτησις τοῦ ἀργυρίου, non videtur attendisse, deesse ap. Schol. voc. μοχθηρία. Itaque quod Schol. dicit per μοχθ. hic posse intelligi τὴν μοχθηρίαν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, Suid. dicit μοχθ. posse esse non τὴν μοχθηρίαν τῆς αἰτήσεως, sed τὴν αἴτησιν. H. Steph. in Lex. μοχθηρίαν h. l. censet debere verti *improbam cupiditatem*. Duck. In Cod. Dorv. ὀνόματι adscriptum invenio: ἵππου ἢ ἄλλου τινὸς καλύπτουσι τὴν κακίαν. Hemst. Gl. δι' ὀνόματος ἑτέρου περικαλύπτουσι τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ ἀργυρίου. Scriptum in Cod. τῇ μοχθηρίᾳ. Voluit igitur, ὀνομά τι περιπέττουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Perinde dicitur περιπέττειν τὴν μοχθηρίαν ὀνόματι, et περιπέττειν ὄνομα τῇ μοχθηρίᾳ. Immo equidem reconditius hoc et elegantius judico. Brunck. ὀνόματι, τοῦ ἵππου. περιπέττουσι, σκέπουσι. μοχθηρίαν, τὴν τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμίαν, τὴν βδελυρίαν καὶ τὴν κακίαν αὐτῶν. Gl. Cod. Paris. Schæf. Post ὀνόματι in Elb. insertum est δέ, quod neque constructio neque metrum patiuntur. περιπέττουσι in eo Cod. legitur, non περιπέπτουσι, quod voluit Spanh. Trend. περιπέπτουσι ed. Brub. V. Hemst. ad Schol. Dind. περιπέττουσι. Suid. ed. Ms. [in v.] V. Clem. Alex. Pæd. iii. 3. p. 261, 8. Pors. Locus est p. 69, 11. ed. prin. κουρὰς μὲν ἀγεννεῖς καὶ πορνικὰς ἀποκειρόμενοι, χλανίσι δὲ διαφανέσι περιπεπεμμένοι, ad quam ultimam vocem Pors. "Ex comico quodam, ut videtur." Dobr. Citat Eustath. Il. Θ. p. 722, 32.=612, 24. ὀν. δὲ π. Elb. In Schol. τὸ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ spectare videntur ad Thesm. locum, quem ita emendavit Pors. ut ab amico didici: Ὅσ' ἦν περίεργ' αὐταῖσι τῶν φορημάτων, Ὅσαις τε περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις. Ὅσ' ἦν περίεργ' Toup. ad Suid. t. ii. p. 55. et Hemst. in notis Mss. Bent. mentem (Class. Journal, No. xxi. p. 134.) non assequor. Περιπέττειν illustrant viri docti, e Plat. Legg. x. p. 886. a. HSt. 604, 34. Bas. Xen. Œc. i. 20. p. 478, 37. HSt. καταφανεῖς γίγνονται ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι (sic Mss.) Luciano Anach. 19. t. ii. p. 899. Sozomeno H. E. vi. 26. init. Theophyl. Simocatta Epist. lxv. (quicum conf. Nub. 15.) Eodem Hist. ii. 9. p. 43. c.=107. vel sub Menandri nomine apud Suid. v. περιπ. Men. Stob. lxxi. p. 433. (311.) τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ, | ὅταν τι περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις. τι Salmas. apud Grot. et περιπέττωσι conjicit. Similia comparat Valck. Diatr. p. 258. a. et recte discernit ab istiusmodi locutionibus, τὰ δεινὰ καλλωπίζειν, etc. i. e. τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Ab utrisque distat illud apud Cic. de Orat. iii. 39. 'Quandoquidem iste circumvestit dictis, sæpit sedulo.' In Mss. citat Hemst. Athen. v. p. 220. c. Aspas. ad Arist. Ethic. fol. 125. a. quasi μοχθηρίαν cum Schol. uno interpretaretur ἀσέλγειαν. Sed rectissime explicat Herald. contra Salmas. p. 399. (Taylor. ad Æsch. p. 8. 17. Steph.) cui si plura vis adjunge Lennep. ad Phal. p. 130. Dobr. περιπίπτουσι sed gl. περικαλύπτουσι 4. μοχθηρίαν. Χρε. ἔχει μὲν — κακοί (supra 110.) et sequentia, τέχναι etc. Chremylo continuat 3. Id.

160. Personæ ut vulgo usque ad 179. in 1. 2. In 3. Car. ἕτ. δὲ- Chrem. ὁ δὲ χρ. Car. ὁ δὲ λωπ. Chrem. ὁ δὲ κναφ. Car. ὁ δὲ βυρσ. Chrem. ὁ δ' ἀλοὺς—. In 4. Chre-

myli 160-8. Dobr. Chremylo hunc versum cum octo sequentibus tribuunt Ald. Junt. I. II. III. Rav. etc. Dind. τέχναι sunt *artes sordidæ* et *illiberales*. [Gl. Cod. Paris. ἐπιστῆμαι. Schæf.] quæ etiam sellulariæ vocantur, et 160—64. recensentur. Fisch. Æsch. Prom. 506. πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως. Quo spectat notissimus ille Theoc. versus, alibi ad hanc fabulam a. Daceria adductus, Id. xxi. 1. Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Spanh. σοφίσματα. Schol. τὰ διὰ λόγων μαθήματα. [Gl. Cod. Paris. ὑπὸ σοφίας μηχανήματα. Schæf.] Sed videtur potius intelligere imposturas, dolos, de quibus mox, nempe τὸ λωποδυτεῖν, τοιχωρυχεῖν opponit τέχνας σοφίσμασι. Duck. Etsi σοφίσματα fere dicuntur *artes, fallaciæ*, tamen h. l. sunt *inventa, commenta*, in utramque partem, et inutilia, mala, et utilia, bona. Nam 1. σοφίζεσθαι usurpatur de iis, qui aliquid comminiscuntur, inveniunt, excogitant, ad quod excogitandum opus sit solertia quadam, in utramque partem, ut κατασοφίζεσθαι Act. vii. 19. Ex. i. 10. excogitare artes, quibus utare ad opprimendam civitatem aliquam; 2. in numero σοφισμάτων ponuntur non solum λωποδυτεῖν, τοιχωρυχεῖν, sed etiam κναφεύειν, πλύνειν κώδια, et id genus alia 166—168. Fisch.

161. τοῖς perperam cod. Elb. ἔθ' pro ἔσθ' Ven. I. II. Dind. ἐν τοῖς ἄνοις εἰσὶν 1. Dobr. ἔσθ' εὑρημένα. εἰσὶν ἐπινενοημένα, ἕνεκα τοῦ λαβεῖν τι δηλονότι. Gl. Cod. Paris. Schæf.

162. σκυτοτομεῖν, *coria tractare*, et ex iis aliquid conficere. σκυτοτόμος, *coriarius*, quod genus sutores, lorarii, cingularii, ephippiarii. καθήμενος, (sedens in officina. Munt.) Hinc ii, qui sedendo opus faciunt, opifices, artifices *sellularii*, ipsæ artes illiberales *sellulariæ* vocantur. Fisch. σκυτοτομεῖ. Gl. Cod. Paris. ἀντὶ τοῦ σκυτοτόμος ἐστὶ, ὁ τέμνων τὰ σκύτη. Schæf.

163. Hic versus et qui sequuntur omnes usque ad personam Pluti Chrem. in impressis continuati sunt. In B. Cod. inter herum et famulum divisi sunt. Versus hic tributus famulo, 164. hero, 165. famulo, 166. totus hero, 167. famulo, 168. hero: quod Bent. quem sequor, conjecturam confirmat. Brunck. qui 163. Carionis, 164. Chrem., 165. Car., verbis ὁ δὲ γναφ. γ. 166. Chrem., illis, quæ sequuntur, ὁ δ. γ. πλ. κ. Carionis, 167. Chrem., 168. Car. nomina præfixit. Secutus eum est Francog. interpres. Recte Inv., qui cum Rav. omnes hos versus Chrem. reliquit, monuit, istam sententias minutatim discerpendi et dividendi rationem non satis aptam esse scenæ. Secus de 169. s. mihi videtur.' Cat. Brunck. hæc ita dicta esse putat, ut simul digito monstrati fuerint certi quidam spectatores, probante editore Theatri Gr. Dind. ἕτερος δὲ poterat dicere, ὁ δὲ (δὲ priore loco om. 1. Dobr.) sed etiam alii scriptores dicunt ὁ μὲν — ἕτερος δὲ, et οἱ μὲν, οἱ δὲ — ἕτεροι δέ. V. Æsch. Socr. ii. 10. 44. Etiam pronomen τις abesse poterat, sed Attici sic solent illud addere pronominibus ὁ μέν, ὁ δέ. V. Xen. Symp. ii. 6. ibique Bach. χαλκεύειν est *æra tractare* et *vasa ærea fabricari*, ut cum v. τεκταίνεσθαι conjungitur, ut Xen. Mem. i. 1. 7. τεκτονικὸς et χαλκευτικός, Œcon. i. 1. χαλκευτική, *ars ærariа*, et τεκτονική, *ars lignaria*. Nimirum τέκτων est cujusvis generis faber, Hesych. unde sæpe additur vocab. materiæ, e qua quis aliquid fabricatur, ut τέκτων σιδήρου 1 Sam. xiii. 19. χαλκοῦ 1 Reg. vii. 14. ξύλου 2 Sam. v. 11. Sed simpliciter τέκτων vocatur faber lignarius s. materiarius. Unde etiam τεκταίνεσθαι est omnino, fabricari aliquid e quacunque materia, singulatim e ligno, ut h. l., quia distinguitur a v. χαλκεύειν. Fisch. In Eqq. 460. τεκταινόμενα τὰ πράγματα, *res confictas*, et Demosth. p. Phorm. p. 545. ἢ τοῖς ὕστερον τεκταινομένοις, quam ex iis quæ postea sunt concinnata. Plato de fabro lignario, qui ligna et cæmenta parata haberet, τεκταίνοιτο δὲ μή, Euthydem. p. 280. Spanh. τις. γε Ms. Bent. χαλκεύς ἐστι. — τέκτων ἐστί. Gl. Cod. Paris. Schæf.

164. Metrum versus hujus ante claudicabat, ad quod fulciendum inserui τις, quod librariorum culpa excidisse certum est. Nam sic paulo post 160. τὶς Attico more redundat. Et sic passim alibi. In ed. Flor. post χρυσοχοεῖ inseritur particula expletiva γε, qua ratione itidem metro luxato consuli potest. Sed prius tamen magis placet. Kust. Recte quidem; nos tamen in libri nostri ora sic emendaveramus: 'Ο δὲ χρυσοχοεῖ, τὸ χρ. — Ita τἀργύριον passim. Hoc, ni fallor, elegantius: parum tamen aut nihil interest. Litem dirimet Cod. aliquis Ms. Nam Flor. γε ut cætera ibi omnia, ex conjectura est. Bent. Huic (Bent.) suffragatur non ed. tantum, cujus var. lectt. Kust. adscripserat margini sui exempli [quamque perperam Hemst. olim existimaverat Far. esse, v. eum in Add. p. 483. Dind.], aut ed. Gryphiana Angeli Caninii; sed et Cod. Bodl. Prætuli tamen χρυσοχοεῖ γε, quod ed. Flor., cujus auctoritate parum alioqui moverer, lectionem istam confirmarent

Codd. Vat. et Dorv. Illud γε non sine causa quinquies repetitum videbis. Modo Dorv. τεντέυεται. Hemst. ὁ δὲ χρ. γε Codd. A. C. optime: unde liquet omnino falsum fuisse Bent. aut saltem bene conjecisse Ant. Frac. qui fulciendo versui part. γε in Ald. et priore Flor. omissam inseruit. Abest etiam in meo Cod. Depravatissima est lectio Cod. B. ὁ δὲ χρυσίον ἐχρυσοχοεῖ παρὰ σοῦ λαβών. Brunck. In Farr. editum fuit, ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, χρ. π. σ. λ., quod Berg. et Fisch. retinuerunt. Kust. edidit, ὁ δὲ χρ. τις, χρ. π. σ. λ. Hemst. Brunck. Inv. ὁ δὲ χρ. γε, χρ. —. Dind. γε post χρυσοχοεῖ non est in Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. P. Additum in Junt. ii. iii. Id. χρυσοχοεῖ γε A. 1. Pors. χρυσοχοεῖ τὸ χ. Linc. Dobr. γε om. D. habent Rav. Borg. Arund. 6. Ita B. ὁ δὲ χρυσίον ἐχρυσοχοεῖ (i. e. γε χρυσοχοεῖ, ut ex accentu liquet.) Dobr. χρυσοχοεῖ γε 2. 3. 4. sed 1. sine γε. In. χρυσοχοεῖν est aurum conflare, aurificem, aurarium, esse. Fisch. ex auro fusili opus aliquod facere. Girard. χρυσ. π. σοῦ λαβών. Chremylus Pluto speciatim aurum tribuit, non æs, lignum, lapides, quia auro potissimum censentur divitiæ, et quoniam ipse non tam ad coria, quam ad aurum respicit. Id.

165. Hactenus enumeravit Chr. τέχνας, sequuntur σοφίσματα utriusque generis. λωποδυτεῖν est Lat. grassari, h. e. obsidere fere noctu vias et plateas oppidorum, obviosque spoliare ut aliis rebus ita maxime vestibus. v. 931. Nam compositum est ex λώπος et δύω. Etym. M. v. λωποδύτης. [Cf. Zonar. Lex. ii. 1324. Phot. p. 176. A tribus vocc. λώπη, (vestis) ὁδὸς et δύω (ἐκδύω) derivat Girard., ut sit, in via prætereuntes spoliare. Dind.] τοιχωρυχεῖν est parietes perfodere (Plaut. Asin. iii. 2. 17.), quod 565. dicitur τοὺς τοίχους διορύττειν, Matth. vi. 19. s. διορύττειν absolute; et τοιχωρυχοὶ sunt parietum perfossores (Plaut. Pseud. iv. 2. 22.), effractores. v. 204. Omnia furum genera memorantur a Xen. Mem. i. 2. 62. Fisch. λωποδυτεῖ. Gl. Cod. Paris. κλέπτης ἐστὶ συλῶν τὰ ἱμάτια. — τοιχωρυχεῖ. τοίχους οἴκων διορύττει, τὰ ἐντὸς τούτων ὑφαίρεσθαι (l. ὑφαιρεῖσθαι) σπουδάζων. Brunck. In initio supple KAP. Bent.

166. In initio supple XP. ita lege hunc versum: XP. ὁ δὲ γναφεύει γ'· ὁ δέ γε πλύνει κώδια. Bent. Ὁ δὲ κναφεύει τις. Hic etiam τις fuerit expellendum, si Cod. Dorv. obsequaris: Ὁ δὲ κναφεύει γε· apostrophi tantum ope bene metro consulitur: Ὁ δὲ κναφεύει γ', ὁ δέ γε πλύνει κώδια. Κναφεύει inter versus explicat, βάπτει ἢ λευκαίνει· τοιχωρυχεῖ, τρυπᾷ τοῖχον. Mox παρατίλλεται. Hemst. Vulgo sic legitur hic versus: ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κώδια. Statim claudicat versus in primo pede. δὲ produci non debet ante κν. Hoc vidit Dawes. [Proposuit ibi has duas regulas: 1. Vocalis brevis ante vel tenues, quas vocant, consonantes π, κ, τ, vel adspiratas φ, χ, θ, sequente quavis liquida, uti et ante medias β, γ, δ, sequente ρ, syllabam brevem perpetuo claudit. 2. Vocalis brevis ante consonantes medias β, γ, δ, sequente quavis liquida, præter unicam ρ, syllabam brevem numquam terminat, sed sequentium consonarum ope longam semper constituit. Dind.] et Schol. ipso præeunte, poetam scripsisse γναφεύει, hocque reponi debere decrevit. Illi parum verecunde oblocutus est Piers. ad Mœr. p. 31. his verbis: "R. Dawes. pro κναφεύει reponendum censet γναφεύει, quod Attici vocalem brevem ante tenues consonantes sequente quavis liquida semper corripiant. Sed audiendus non est. Isti enim regulæ infinita poetarum atticorum adversantur loca." Nihil unquam temere magis et inconsiderate scriptum fuit. Primo de poetis Atticis universis hoc non statuit Dawes. sed de comicis solum, et speciatim de Aristophane. Maxime autem audiendus erat. Isti enim regulæ quæ in Aristoph. adversantur loca, nedum infinita sint, vix reperientur in senariis tria. Quod autem ad hunc locum adtinet, litem dirimit vetustissima Regia membrana, in qua distincte et perspicue quantum potest, scriptum est Γναφεύει. Sic ibi versus integer habetur: ὁ δὲ Γναφεύει γ', ὃς δὲ πλύνει κώδια. In duob. aliis Reg. κναφεύει γ', ὁ δὲ πλ —. Meus vulgatam lectionem habet. Membranarum ὃς locum tueri non potest: genuinum est ὁ δέ γε, quod ex Dorv. Cod. protulit Hemst. Male in unam confusæ fuerunt duæ diversorum Criticorum ad hunc versum notæ. Altera sic in Ms. scripta est: Τὸ κναφεύει Ἀττικῶς διὰ τὸ κ. κοινῶς διὰ τὸ γ. κνάφος ἐστὶν ἀκανθῶδες φυτὸν, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τὸ διὰ τοῦ γ. παρὰ τὴν γνάφιν· τὸ δὲ διὰ τοῦ κ, ἀπὸ τοῦ κνῶ, τὸ ξύω, γίνονται. καὶ Ὅμηρος· ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν. γναφεὺς δὲ παρὰ τὴν τοῦ φάρους γνάψιν, ἥ τις ἐστὶ παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν. Quæ intermixta fuere, sunt alius grammatici, et sic seorsum exhiberi debebant: οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ, κνάφος· οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τοῦ γ. Quantivis pretii est postrema hæc observatio, qua uti nescivit Dawes. Optime se habet, nec in ea permutatæ fuerunt sedes

elementorum κ et γ. En Harpocrat. idem dicentem: Γναφεύς. τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον. κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι παρὰ τὴν γνάψιν. Vetus Attica dialectus est ea, qua utuntur tragici. Vett. Attici non solebant ρρ pro ρσ proferre: non dicebant ἄῤῥην pro ἄρσην: non solebant ττ pro σσ proferre: non dicebant θάλαττα pro θάλασσα: non mutabant ν in λ: non dicebant πλεύμων pro πνεύμων. Illud quidem alicubi in Eurip. intulisse memini, deceptus auctoritate Ald. sed ut *Discipulus est prioris posterior dies*, temere id a me factum fuisse nunc agnosco, quod pluribus ad Soph. exsequar. Ob unicam hanc rationem, quod γναφεὺς, γναφεύειν recentioris emollitæque sint dialecti, hæc forma apud Comicum reponenda, ut et ubique apud eum legitur ἄῤῥην, θάλαττα, πλεύμων, quæ recentioris sunt Atticismi, non vero ἄρσην, θάλασσα, πνεύμων, quæ sunt dialecti veteris, tragicisque usitata. Ubicunque grammatici τοὺς νεωτέρους Ἀττικοὺς memorant, Aristoph. fere respiciunt. In Vesp. 1126. legitur in omnibus libris, ἀπέδωκ' ὀφείλων τῷ γναφεῖ τριώβολον. Ad eundem modum in Conc. 415. οἱ γναφῆς reponendum, pro eo quod male reliqui οἱ κναφῆς. Apud Corinth. de Dial. Att. § lxxxv. legebatur olim τὸ κναφεῖον γναφεῖον λέγουσι: quæ observatio ad recentiorem Atticismum pertinet. Ordinem invertit Kœn. ad sententiam Hemst. et e scripti Cod. auctoritate, τὸ γναφεῖον κναφεῖον λέγουσι. Nota, si ad hunc modum a grammatico scripta fuit, ad veterem Atticismum spectat, ut et ea § lxxxii. in qua vocum omnium ordinem invertere debuerat Kœn. si sibi constare voluisset. Antequam autem ex hoc fullonico egrediar, aliud Schol. Ms. proferam, quod in Cod. C. illud præcedit supra a me descriptum, ex quo colligere est formas de quibus agitur confudisse recentiores Græculos, nec satis compertum habuisse ad utram dialectum unaquæque referenda esset. Κναφεύει. γναφεύω, τὸ τὰ δέρματα ξέω. γναφεῖον, ὁ τόπος, ὥσπερ κουρεῖον. γνάφαλλα, τὰ ἀποξέσματα. καὶ γναφεὺς, ὁ γνάφων. ἀπὸ τοῦ γνάφω, γναφεύω· ἄρδω, ἀρδεύω. πάντα οἱ Ἀττικοὶ ταῦτα διὰ τοῦ κ γράφουσι. Duæ res sunt, quas satis ad liquidum perduxisse mihi videor. Primo Aristoph. in senariis rarissime, si modo unquam, vocalem brevem produxisse ante tenuem vel aspiratam et liquidam. Secundo γναφεὺς et γναφεύειν, illius esse dialecti, qua utebantur Athenienses Aristoph. ætate. Postremum hoc etiamsi cui dubium videretur, retineri tamen salva metri lege posset γναφεύει, scribendo, ὁ δέ τις κναφεύει γ'. ὁ δέ γε πλύνει κώδια. sed vera est lectio quam prætuli. BRUNCK. Brunck. cum Dawesio γναφεύει γ' scripsit. Quod autem grammatici tradiderunt, κναφεὺς, κναφεύειν per κ dixisse antiquos Atticos, τοὺς παλαιοὺς Ἀττικούς: γναφεύς, γναφεύειν, recentiores, τοὺς νεωτέρους, Brunck. τοῖς νεωτέροις annumeravit Aristoph. Sed fefellit eum. Grammatici Aristoph. inter παλαιοὺς Ἀττικοὺς numerant. Præter Suid. aperte hoc declaravit grammaticus in Thucyd. libro Casselano, ad librum i. cap. 80., apud Duck. p. 601, 9. Α. τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, ἧς ἐστιν Εὔπολις, Κρατῖνος, Ἀριστοφάνης, Θουκυδίδης· τρόπαιον ἡ νέα Ἀτθίς, ἧς ἐστι Μένανδρος καὶ οἱ ἄλλοι. et κναφεύειν dixisse Aristoph. testis est Pollux libro vii. cap. xi. 37. κναφεύειν ἔφη Ἀριστοφάνης. Brunck. autem parum sibi constitit: ipse posuit τροπαῖον v. 453. quamvis Schol. hoc ipso loco inculcaverit, οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ προπερισπῶσιν, οἱ δὲ νεώτεροι προπαροξύνουσιν. Idem sibi repugnat Eq. 792. Schol. annotavit, οἱ δὲ παλαιοὶ φιδάκνην λέγουσι. Ille Aristoph. φιδάκνην usurpasse credit. Nolo jam spectari, quid dicat, sed quid consentaneum ei sit dicere, qui Aristoph. ad νεωτέρους retulerit. Pluti autem versu in antiquis exemplaribus typis impressis positum est ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει—. Atqui necesse est omnino, formam versus hujus concinne accommodari sequenti, ὁ δὲ βυρσοδεψεῖ γ'· ὁ δέ γε πωλεῖ κρόμμυα. Quamobrem collatis iis, quibus discrepant libri, scribi jubeo, ὁ δέ τις κναφεύει γ'· ὁ δέ γε πλύνει κώδια: id quod ipse Brunck. conjectura inventum nimio formæ γναφεύει studio rejecit. REISIG. ὁ δὲ γναφεύει γ'. ὁ δέ γε πλύνει Dawes. Misc. Crit. p. 107. κναφεύει τις δὲ πλ. A. κν. ὁ δὲ π. 1. PORS. γναφεύει (i. e. γν. τις ὁ δὲ π. ut videtur) Linc. DOBR. ὁ δὲ κναφεύει τις. ὁ δὲ π. tres primæ, Elb. ut videtur, D. Arund. 6. ὁ δὲ κναφεύει γ' ὁ δὲ π. Rav. Borg. (nisi forte hi ὁ δέ γε π. habent; nam Inv. nota cum textu pugnat.) κναφεύει Par. 2827. ut videtur. V. Mus. Crit. Cant. P. V. p. 127. Nil nisi Χρ. ipsi loco ascribit Bent. et in vulgata acquiescit in nota ad 579. apud Kust. Ita fere constituenda puto Schol. Κναφεύει: Οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ, οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τοῦ γ, παρὰ τὴν γνάψιν:—Ἀττικὸν μὲν τὸ διὰ τοῦ κ, κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. κνάφος δέ ἐστι etc. Prius Schol. mera

est epitome posterioris. Videtur grammaticus tria verba distinguere, κνάφος, κναφεὺς, γναφεύς. Et duas quidem annotationes in unam coaluisse acute vidit Dawes. quod e Suid. demonstrare poterat. (Ibi Κναφεύς: παρὰ τὸ κνῶ, etc. ad superiora, Κνάφος, ἀκανθῶδες etc. pertinere, e serie literarum patet.) Dupliciter autem erravit, primum dubitans utrum τοῖς παλαιοῖς an τοῖς νεωτέροις accenseatur Aristoph. deinde κ et γ transponens. Horum ordinem vulgatum tuetur Brunck. ex Harpocr. v. γναφεὺς, unde et alteri suspicioni occurri potest. Nam plenius illic, οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ ἔλεγον, — οἱ νεώτεροι λέγουσι, scilicet scriptoris, non Aristoph., aequales. Deinde quidni apud alterum νεώτεροι per alterius κοινὸν explicemus? Quod si et apud Schol. et apud lexicographum delenda est illa clausula, minus jam erit de hac re laborandum, etsi parum constanter nunc τοῖς ἀρχαίοις, nunc τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς Aristoph. annumerant grammatici. Equidem totum locum Harpocr. suppositum esse puto, quamvis a Phot. lectum testari videatur Suid. eadem voce, ubi eadem, sed contracte, leguntur. Hunc enim omnia fere, quae ex Harpocr. derivata habet, Photio debere notum est. [Harpocr. epitome, quam lexico suo intulit Phot. praefixa erat Polluci Pal. vide Jungerm. ad i. 1. Exemplari suo ascripserat Pors. "Ex Suid. interpolatus est Harpocr. vv. ἐπιτροπή. φασιάλιον. προτενθεύοντες. πρυτάνεις." Adde ibidem. "In v. ξέστης Harpocr. transcripsit Phot. non Suid."] Ut illuc redeam; quin scholiastes, satis ille antiquus, κναφευει legerit, in dubium vocari non debuit. Ipse Brunck. conjecturam, ὁ δέ τις κναφεύει γ', amplector, cum Reisig. p. 108. cui debeo Pollucis locum vii. 37. καὶ κναφεύειν ἔφη Ἀριστοφάνης. Quod ibi sequitur, καὶ ἀναγνάψαι, Λύσιππος ὁ κωμικὸς, minus formidandum est, cum mox 41. κ dat Ms. Lego, οὐδ' ἀνακνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐννοίας. De se loquitur comicus, quomodo Aristoph. Nub. 538-560. Pac. 750..761. Non absimili comparatione utitur Aristoph. Suid. v. ἐκκάρηνος. (Pors. ad Nub. 518.) In Cratino apud Pollucem ibidem, τῇ μάστιγι κνάψων εὖ μάλα | καὶ ξυμπατήσειν, κ poscit metrum. Quare auctoribus Polluce, Moer. et aliis, κ Atticis ubique restituendum, et aliam formam librariis relinquendam, existimo. Eccl. 415. κ edd. Mss. et Suid. bis. Vesp. 1128. κναφεῖ Schol. ut videtur. Eurip. Troad. 1261. κατέκναψε Kidd. ad Dawes. p. 360. [Corrige, "Eurip. Troad. 1261. κατέκναψε Pors. ad Hec. 223." Deinde adde, Schol. in Cant. 2. 3. 4. (nullum enim habet 1.) Ἀττικὸν ἐστι τὸ κναφεύειν, ἤγουν πλύνειν, παρὰ τὸ καινὰ φαίνειν τὰ λευκανθέντα. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ γναφεύειν γράφουσι, παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν. Etiam hic per τοὺς νεωτέρους non Aristoph. sed scriptores recentiores intelligit. Ita plane Lex. Rhetoricum Bekk. p. 277. Λειτουργεῖν: οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ η ἔλεγον ληιτουργεῖν—— ὅπερ νῦν διὰ τῆς ει διφθόγγου λέγεται. Obstat, fateor, Lex. SG. Bekk. p. 338. Ἄγναπτος: καὶ διὰ τοῦ γ καὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον τοὔνομα. Sed Moer. p. 229. πλυνεῖς, κατὰ τὴν πρώτην Ἀτθίδα. κναφεῖς, κατὰ τὴν δευτέραν Ἀτθίδα, (non γναφεῖς.) ubi quid sit ἡ πρώτη, quid ἡ δευτέρα Ἀτθὶς, a Piers. patefactum est. Exemplis adde Machonem Athen. xiii. p. 582. E. θοἰμάτιον· ὁ κναφεὺς δ' εἶπεν, ὢν ἐλάδιον. ubi Ald. et ut videtur Ms. γναφεύς. Plato Rep. x. p. 616. A. (138, 33. Ald.) ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες, Bekk. κνάπτοντες, Justin. M. apud HSt. γνάμπτοντες. Hactenus de ipsa quaestione; nunc comparanda cum Lysippi loco Phryn. verba, e Comico Lex. ut videtur, sumta, p. 39. Bekk. Ἐπικαττύειν, καὶ Πτερνίζειν: τὸ παλαιὰ ἐπισκευάζειν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς παλαιοῖς ὑποδήμασιν ἕτερα καττύματα καὶ πτέρνας προσραπτόντων. λέγουσι δὲ ἐπὶ τῶν τὰ παλαιὰ τῶν δραμάτων μεταποιούντων καὶ μεταρραπτόντων. Dobr. in Add.] Ne quid tamen dissimulem, ex Luciani loco t. i. p. 86. κναφεύειν illius aetate magis quam γναφεύειν in usu fuisse conjicias. Id. ὁ δὲ κναφεύει τις ὁ δὲ π. 1. 2. 4. (sed γναφ. primo 2. Schol. ibidem, Ἀττικόν ἐστι τὸ κναφ.) Χρε. ὁ δὲ κναφεύει γε· ὁ δὲ π. κ. 3. (sic). Id. κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κ. Junt. i. (in qua πλήνει) ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. Κναφεύειν est *fullonem esse, artem fulloniam exercere*. Nam κναφεὺς, *fullo*, vestes, pallia, togas sordidas primo lavat, et sordibus purgat aqua, pedibus eas calcando, adhibita etiam urina, creta, nitro: deinde sulphure suffit, quo citius colorem cretae assumant; tum lanas carminat carduis, qui dicti sunt κνάφη, unde natum est nomen κναφεύς· tandem candidas reddit, addita creta s. terra Cimolia, ita dicta a Cimolo, maris Aegaei insula, quod Marc. ix. 3. λευκαίνειν dicitur. Officina fullonis vocatur κναφεῖον, *fullonium*. Qua de re omni accurate exposuit Schottgen. in Antiqq. fulloniis. Κώδια sunt *pelles ovillae, vellera*, Hes. h. v. — Etym. M. scribi jubet κῴδιον, quod ductum sit a κῶας, unde κωαρίδιον, contracte κωΐδιον atque κῴδιον. Fisch. πλύνειν est *macerare* et *lavare pelles*. Girard. κναφεύει. Gl. Cod. Paris. διὰ τοῦ κνάφου τὰ ἱμάτια καλλωπίζει. ἔστι

δὲ κνάφος εἶδος κάνθης (sic). Schæf.

367. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει. Sensus est, *At neque vultu est satis composito et quieto, sed vagos oculos huc illuc circumfert.* Κατὰ χώραν εἶναι Græcis propr. dicitur de re, quæ in loco præscripto et debito sita est, neque extra eum sese movet. [Ita Xenoph. Œcon. x. 10. περιελθεῖν ἐπισκοπουμένην, εἰ κατὰ χώραν ἔχει ἕκαστα. Munt.] Metaphor. autem significat, *quietum et sedatum esse*. Sic in Hom. Od. Υ. 23. phrasin ἐν πείσῃ vetus Enarrator exposuit κατὰ χώραν, i. e. animus ipsi quietus fuit, vel, sese continuit nec iræ habenas laxavit. Eadem interpretatio τοῦ ἐν πείσῃ (quod obiter hic moneo) reperitur etiam apud Plutarch. in lib. περὶ ἀοργησίας sub initium; sed quæ ad marginem illic ab alio prius annotata, postea locum in ipso textu importune occupavit. Locus Plutarchi sic se habet [p. 779. s. t. vii. Reisk. p. 423. t. ix. Hutten.] ἔοικε μὲν γὰρ οὐδ' αὐτῷ πολλάκις ἔχοντι κατὰ χώραν ἐν τῇ 'Ομηρικῇ πείσῃ μένοντα τὸν θυμὸν etc. Ubi nemo non videt, verba illa κατὰ χώραν esse Schol. et interpretationem τοῦ ἐν πείσῃ et tenorem orationis interpellare. Illis enim sublatis, ἀκολουθία constructionis rectius sic procedet: ἔχοντι ἐν τῇ 'Ομηρικῇ πείσῃ μένοντα τὸν θυμόν. Hes. Ἐν πείσῃ, ἐν ἡσυχίᾳ, ἐν χώρᾳ. Nost. Ran. 805. ἔξειν κατὰ χώραν, et Eqq. 1351. οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς; Kust. Βλέμμ' αὐτό. In utraque Fl. 1525. et 1540. αὐτοῦ· neque aliter B. Gel. quæ priorem cum ipsis nævis plurimum referre solet: scilicet hujus lectionis auctori τὸ βλέμμα casu primo capiendum videbatur. Κατὰ χώραν ἔχει Cod. Dorv. exponit, κατὰ τὸ καθεστηκὸς καὶ ὡς δεῖ. Ubique constat sequentis versus scriptura: ingeniose tamen L. Bos. Anim. p. 7. tentabat, ἐπιδηλοῦν τι πεπανουργηκότα dicemus in Adnotationibus. Ἐπίδηλον, φανερὸν in Cod. Dorv. Hemst. κατὰ χώραν ἔχειν dicuntur, *quæ sunt in loco suo*, neque vagantur; deinde, quæ sedata sunt et quieta. V. Valck. ad Herodot. p. 340. Nam τὸ βλέμμα est nominat. et ἔχει absolute dictum est, pro ἔχει ἑαυτό, i. e. ἐστὶν, ut τὸ ἀληθὲς ἔχει ὧδε ap. Palæph. οὐδὲ respicit ad 353-55. Fisch. τὸ βλέμμ' αὐτοῦ (sic). Gl. Cod. Par. αὐτοὺς τοὺς ὀφθαλμούς.—κατὰ χώραν. Gl. κατὰ τάξιν. Schæf. αὐτῷ A. Pors. ἔχεις Rav. Lib. Burg. Dobr. αὐτό. Junt. ii. iii. αὐτοῦ. τὸ ante βλέμμ' deest Ven. ii. ἔχεις. Ald. ἔχει. Ita et Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind.

368. ἐπίδηλον legitur in omnibus libris, neque Schol. aliam invenerat lectionem in suo Cod. At quum ἐπίδηλον sit fere *manifestum*, et ad τὸ βλέμμα pertineat, videtur structura verborum laborare. Unde Lamb. Bos. Anim. p. 7. legendum censuit, ἐπιδηλοῦν τι πεπανουργηκότα, h. e. *sed vultus arguit eum, qui perperam*

quid facit. Quam ejus conjecturam Hemsterhusius vocat ingeniosam. At credo non esse necessariam. Scilicet δῆλον et ἐπίδηλον significasse videtur non modo *quod apertum est*, sed etiam *quod aliquid manifestum facit, declarat*. Ita Plat. Crit. 3. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνὶ, ὅτι legitur in edd. ante Steph. qui reposuit δηλοῖ auctore Cornario, sine causa, opinor, quum multa adjectiva in omnibus linguis, atque etiam Græca, et neutraliter ponantur et active. Legitur δῆλα sic ap. M. Antonin. ii. 15. ubi pro δῆλα Galen. conjecit δηλοῖ. V. nos ad Plat. Crit. iii. 6. p. 178. Jam quum *similitudo*, quæ intercedit alicui rei cum altera, aliquid manifestum faciat, δῆλον et ἐπίδηλον arbitror ita usurpata esse, ut essent i. q. ὅμοιον, et hujus vocabuli constructionem sequerentur. Etenim multorum verborum exquisitæ significationis sæpe unum tantum exemplum reperitur in iis libris qui hodie restant. Itaque τὸ βλ. ἐστ. ἐπίδ. τ. πεπ. est, Chrem. vultus similis est vultui hominis qui aliquid commisit. Nam πανουργεῖν significat 1. omnia aggredi s. imitari; 2. vel *solertem, callidum, esse*, vel, *versutum, vafrum, astutum esse*; 3. *aliquid committere*, ut h. l. (v. Index Palæph.) et maxime *furari*. V. 877. 1146. Fisch. Gl. Cod. Par. αὐτῷ πανουργίαν ἐργασαμένῳ. Schæf. πεπανουργηκότος Boiss. et Valck. hic etiam in Schol. Inv. in add. monet "Rav. habere πεπανουργευκότι, cum Schol. ἀντὶ τοῦ πεπανουργηκότι." Dobr.

369. V. Suid. v. Οὐκ οἶδ' ὃ κρώζεις. Kust. Lys. 506. τοῦτο μὲν — σαυτῇ κρώζεις. Berg. Proverbium a *cornicibus* sumtum hic in Schol. dicitur: etsi enim κρώζειν de *corvis* proprie diceretur, ut Nicand. Ther. 406. et Hes. in κρώζειν: idem tamen de *cornicibus* legitur Av. 25. et de grue ib. 713. Spanh. *Crocitare, cornicari*. Zenodot. ap. Valck. Lectt. Ammon. p. 228. Anon. ibid. p. 231. Gloss. vett. v. κρώζω, Casauboniana p. 60. Jo. Bapt. Pius Annotatt. poster. c. 20. t. i. p. 416. s. Thes. Grut. Fabric. ad Sext. Emp. p. 698. et Bibl. Gr. ii. 11. 4. H. l. usurpatur de Bleps. propterea, quia, quæ dicebat, vana erant. Fisch. Manus in Cod. Dorv. prima κρώζει, quod correctum, addita interpretatione tali, ἀκαίρως φθέγγῃ καὶ ὀχλεῖς ἡμᾶς ὡς κορώνη. Verum hunc aliter interpungit, atque in vulgatis edd. fieri solet, idem Cod. Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος. Ζητεῖς μεταλαβεῖν, supra quod verbum legitur τῆς κλοπῆς. Quod ideo notandum duxi, ut Schol. mens planius intelligeretur. Hemst. Gl. Cod. Par. γινώσκω, ὃ σὺ φωνεῖς, ἀκαίρως φθ. κ. τ. λ., ut in Cod. Dorv. Schæf. σὺ μὲν οὖν οἶδ' A. ὅτι μὲν Suid. Ms. Οὐκ οἶδ' et Οὐ λίνον om. Pors. Citat Suid. v. κρώζει. μὲν οὖν οἶδ' δ. "κρώζεις (perperam descriptum κράτεις) Elb." Beckius. σὲ μὲν Elmsl. Acharn. 255. p. 121. Dobr. ὡς est, *quasi, tanquam*. κεκλοφ. e templo Apollinis. Fisch. τι om. 4. Dobr.

370. ζητ. μετ. Gl. Cod. Par. χρῄζεις κοινωνῆσαι, μετασχεῖν. — μετ. Gl. τοῦτο διὰ μέσου εἴρηται. — τίνος. Gl. πράγματος. Schæf. ζητεῖν, *velle, cupere*, ut 296. μεταλαβεῖν, *partem furti auferre*. Omissum autem est voc. κλοπῆς, quod in partic. κεκλοφότος latet, ut Bleps. quærere posset τίνος. Fisch.

371. οὐ τοιοῦτον. Gl. Cod. Par. ὃ σὺ ὑπονοεῖς. Schæf. τὸ δ' ἐστὶν — ἔχον, *res se non sic habet, sed aliter*; non furto dives factus sum, sed spero, me alio modo divitem fore. Fisch. Omnes, quas vidi edd. τόδ' ἐστίν, minus recte. Est autem τό δ' ἐ. pro τοῦτο, ut sæpe. Berg. Rescripsit etiam Hemst. τό δ' ἐ. Brunck. et Inv. τὸ δ' ἐ. Dind. τόδ' Elb. Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. τό δ' Junt. ii. Id. τόδ' tres primæ, Pors. Dobr. Personas ante 371. et 372. om. 1. Id.

372. ἥρπακας. Gl. Cod. Par. κατεδυνάστευσας. — κακοδαιμονᾷς. Gl. μαίνῃ, ἄθλιος εἶ καὶ κακοδαίμων. Schæf. κέκλοφας quod fit clam, neque præsentibus aliis: ἥρπακας quod fit palam et videntibus aliis. Fisch. Ingerit igitur, quod priori est deterius. Non abludit hinc, quod vulgo dicitur in edaciores: Non edis, sed devoras. Girard. Plaut. Epid. i. 1. 10. 'Th. Minus jam furtificus sum atque antehac. Quid ita? Th. Rapio propalam.' Berg. κακοδαιμονᾷς. Hoc Æsch. disjunctim expressit Choëph. 564. δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Et paullo aliter in S. C. Th. 1009. δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ, ubi Schol. μαινόμενοι, ἀλόγως ὁρμῶντες κατ' ἀλλήλους. Nisi forte κακοδαιμονᾷν est verbum desiderii, ut, *cupis esse miser*, ἀγαθὸν ἔοικας οὐδὲν ἐπιθυμεῖν παθεῖν, in Vesp. 1131. Sic φονᾷν Soph. Philoct. 1205. θανάτου ἐπιθυμεῖν auct. Schol. V ad Nub. 183. Berg. Nempe Δαίμονες non solum, sed una etiam voce κακοδαίμονες sunt nominatim a Græcis, uti a Porphyr. de abstin. l. ii. p. 208. cujusque ea de re locus a Cyrillo Alex. adducitur adv. Julian. iv. p. 124. dicti *infesti dæmones s. mali genii*, sicut Ἀγαθοδαίμονες *boni ac propitii*. Hinc ut δαιμονᾷν, sicut

Æsch. S. C. Th. 1007. δαιμονῶντες, *furentes*, seu ut in Schol. λυσσώμενοι, μαινόμενοι· ita κακοδαιμονᾷν hic a Comico dicitur, qui veluti a dæmone correptus *intemperiis agitur*. A quo diversum κακοδαιμονεῖν pro *infelicem ac miserum esse*, et κακοδαίμων passim in his Comici fabulis et alibi, ut ea de re mox, pro *infelice* ac *misero*. Ut hic demum addam, quod Δαίμων ἕτερος, *Dæmon alter*, idem nempe qui priori sensu κακοδαίμων, s. *Malus Genius*, a Pind. dicatur Pyth. Od. iii. 62. et in Fragm. Callim. p. 255. ed. Ultraj. SPANH. κακοδαιμονᾷν conjungitur nonnunquam cum v. μαίνεσθαι ut 501. μανία et κακοδαιμονία. In N. T. δαιμόνιον ἔχειν Matth. xi. 18. ubi v. Albert. et Joh. vii. 20. ubi v. Bos. in Exercitatt. quod cum μαίνεσθαι jungitur Joh. x. 20. FISCH. Plut. vit. Pericl. τοῖς δαιμονῶσι περὶ τὰ θεῖα ἢ ταραττομένοις. MUNT.

373. Perperam in impressis οὐδεμὴν excusum. In membr. et in meo divisim scriptum οὐδὲ μὴν—. Tres sunt particulæ, quæ aggregari solent οὐδὲ μὴν — γε. BRUNCK. Οὐδεμήν. Sic, quod rarum, edd. Cod. Dorv. οὐδὲ μήν. HEMST. Retinuit Hemst. οὐδεμὴν, quod rarum esset. οὐδὲ μὴν præfert Fisch. et μὴν jungit cum ἀλλὰ, *at vero, sed enim*. Sæpe enim monet ἀλλὰ et μὴν interventu alius particulæ separari. DIND. οὐδεμὴν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II: Wech. Brub. Raph. Port. ID. οὐδεμὴν tres primæ. DOBR. ἀποστ. Gl. Cod. Par. τινὸς οὐδένα ἄνθρωπον. SCHÆF. ἀποστερεῖν ponitur de iis, qui *deposita* (Laërt. iv. 38.) et *mutuo accepta, commodata*, etiam *debita* non reddunt, cui opponitur ἀποδιδόναι τὰ δάνεια Laërt. iii. 83. (Cf. Grot. ad Matth. xix. 19. et Ind. Theophr. Char. v. Ἀποστερεῖν.) Atque sic h. l. accipi debet, quia distinguitur a κεκλοφέναι et ἡρπακέναι. Schol. Dorv. retulit ad sola deposita. FISCH.

374. οὐ δῆτ'. Gl. Cod. Par. οὐδαμῶς, ἐποίησα δηλ. — ὦ Ἡράκλεις. Gl. φεῦ. — φέρε. Gl. (et Dorv.) τί ἂν τις εἴποι ἕτερον; SCHÆF. Sola ed. Ph. Junt. Ἡράκλης, typorum, opinor, vitio. Cod. Dorv. —Ἡράκλεις φέρε ποῖ τίς γε οὖν τράπ. Nimirum versui succurrendum fuit inserto γε, postquam omissum erat ὦ· quamvis γε, sequente diphthongo, elisionis expers rarioribus exemplis defendi possit, repudianda tamen non videbatur lectio vulgata; in qua quid Kust. impulerit, ut pro οὖν exhiberet ἂν, haud equidem adsequor. HEMST. In Kust. ed. est, ποῖ τις ἂν τράποιτο, casune an illius ex sententia, nescio. Ante eum in impressis omnibus legebatur π. τ. οὖν τρ. Solœcam formulam Hemst. revocasse simulque ignorasse eum Græcæ linguæ ingenio adversari, profecto mirdr. A vulgatis nihil discrepant Codd. V. Dawes. p. 208. ad 438. ubi gemella erat menda. BRUNCK. Add. Valck. ad Eur. Hipp. 460. quem laudat etiam Burges. in App. ad Daw. p. 456. Nullo exemplo Fisch. docuit, optativum etiam simpliciter sequi particulam ποῖ, ideoque ποῖ οὖν, *quonam, quo quæso*, stare posse. Berg. ἂν recepit, et Inv. e Borg. quanquam in Rav. erat οὖν. DIND. ἔγωγε Ald. Ἡράκλης Junt. III. ποῖ τις οὖν Elb. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ID. Ἡράκλεις sine ὦ 1. 2. ποῖ τις οὖν. Sic A. 1. 2. PORS. ὦ om. 3. 4. 6. habet 5. Pro gl. 4. 6. οὖν Mss. plerique, 1. 2. 3. 4. Arund. 5. 6. Herman. ad Soph. Aj. 994. præfatus, ποῖ τις τράποιτο rem præteritam, ποῖ τις ἂν τράποιτο rem futuram significare, ita pergit; "Recte dixit Aristoph. Plut. 374. ποῖ τις οὖν τράποιτο, nec magis potuit adhibere ἂν, quam in simili causa, ut credi oportet, Antiph. apud Athen. i. p. 3. F. quem non debebat tentare Pors. Adv. p. 48. etsi περ in πάτερ mutanti malo quam Reisig. meo, ἔφ' in Conj. i. p. 91. scribenti accedere." Quasi vero quicquam intersit, utrum dicat Bleps. *Omnia tentavi, ut te loqui cogerem*, an, *Nil amplius tentabo*. Deinde nego adhuc satis probatum, in his formulis ἂν unquam omisisse tragicos, nisi forte, de quo ipso valde dubito, in melicis; multo minus comicos. In Antiph. velim doceri, cujus farinæ sit locutio πρὸς θεῶν περ, quam ne Reisig. quidem liver injuria damnatam insimularit. [Aliam versus Antiph. correctionem proposuit Reisig. commentat. de ἂν partic. p. 128. τοῦ γάρ τις ἄλλου, πρὸς θεῶν, φέρ', οὕνεκα | εὔξαιτο πλουτεῖν—; DIND.] Profecto is est Herman. in quem petulantius invehi nolim; sed interdum subirascor viro eximio suam ipsius auctoritatem minuenti, dum studio quodam aut odio impulsus, quodcumque libuit, sibi credi jubet. DOBR.

375. Elb. ἐθέλει sensu fere molliore. Est enim exclamatio: *o Hercules! quo quis se vertat! verum enim non vult fateri*. ἐθέλεις autem frigidius fere dictum videtur, quoniam tum ad ipsum Chremylum se vertit oratio. TREND. τἀληθῆ 1. ἐθέλει A. 1. 2. PORS. ἐθέλεις servant Arund. 5. 6. ἐθέλει Elb. quod per se non malum; sed finales alibi omittit iste Cod. v. 115. 328. 573. 865. 924. 997. 1137. Sed quum et alii dent ἐθέλει, non invitus reciperem. DOBR. φράσαι. Gl. Cod. Par. εἰπεῖν. SCHÆF.

376. κατηγορεῖς. Gl. Cod. Par. καὶ οὐ θέλω δηλ — πρὶν μαθεῖν. Gl. πρὸ τοῦ

γορήσαι.—μου. Gl. σύναπτε πρὸς τὸ κατηγορεῖς. Schaef. γάρ. Cod. Dorv. δέ· quod etsi minime rejiciendum, particulam tamen per omnes edd. receptam non mutaverim. Hemst. Grammaticis deberi eam mutatio videtur, qui putarunt γὰρ poni h. l. pro δέ. At ante κατηγ. γὰρ omissa est enuntiatio (quam vultu et gestu corporis Chremylus expressisse putandus est): non miror te ita statuere. κατηγορεῖς, accusas me, i. e. suspicaris me ditatum esse illicita ratione. τὸ πρᾶγμα μου, nempe, Plutum domi meae esse, neque sperare divitem fore, si visum ei restituero. Fisch. μου Pors. Dobr.

377. Τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ. Enotabo Cod. Dorv. explanationes versibus interjectas. Τοῦτ'. ὃ πεπανούργηκας. Σμικροῦ. ἀναλώματος. Διαπρᾶξαι. οἰκονομῆσαι. Πυθέσθαι. μαθεῖν, ἀκοῦσαι. Ἐπιβύσας. κλείσας. Κέρμασι. νομίσμασι. Hemst. ὦ 'τὰν etiam h. l. ... τοῦτ' nempe quod tu admisisti. ἀπὸ σμικροῦ scil. ἀναλώματος, parvo sumtu, ut Eqq. 535. ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, ubi v. Kust. et Duck. ad Thuc. p. 558. Fisch. Æsch. Choëph. 260. ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας (levi momento), Schol. ἀπὸ μικρᾶς αἰτίας. Noster Eqq. 784. ὡς ἀπὸ μικρῶν εὔνους—γεγένησαι. Berg. ὦ τᾶν. Gl. Cod. Par. ὦ φίλε.—σμικροῦ. Gl. ὀλίγου. Schaef. ὦ τᾶν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. ὦ 'τᾶν Port. Dind. μικροῦ sine σ 1. Pors.

378. ἐθέλω. Gl. Cod. Par. χρήζω. Cetera ut in Cod. Dorv. Schaef. διαπράττειν dicitur is, qui rem, negotium alienum transigit, διαπράττεσθαι, de singulis, suum negotium transigere: de pluribus, rem transigere inter se. Sensus: efficiam ut tibi ob id, quod admisisti, nulla creetur molestia: ἡ πόλις sunt cives, quod ex εἰδέναι (cognoscere) patet. Fisch. διαπρᾶξαι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. διαπρᾶξαι tres primae, Brunck. -ᾶξαι Inv. Dobr.

379. ἐπιβύσας. Gl. Cod. Par. κλείσας.—κέρμασιν. Gl. δωρήμασι, νομίσμασι, V. ὅπως καταστὰς εἰς κρίσιν, συγγνώμονας αὐτοὺς ἔχῃς διὰ τὴν δωροδοκίαν. Bent. "Pro καταστὰς leg. καταστῇς. ἔχῃς etiam Hemst. p. 112. a. in glossa Cod. Dorv. scribendum esse vidit." Schaef. Rhetores non tantum linguam, sed et silentium venale habebant: nota est ἀργυράγχη Demosth. [Quum Demosthenes in concione acriter Milesiorum legatis restitisset, eorumque causa in postulum diem esset rejecta, noctu eum adisse dicuntur legati, et pecunia data effecisse, ne contra eos diceret. Postridie Dem. in concionem venit, et se συνάγχην (anginam) pati, neque dicere posse, simulavit. Tum quidam exclamavit, Demosthenem non συνάγχην, sed ἀργυράγχην pati. Girard.] Noster Pac. 644. χρυσίῳ—ἔβυον τὸ στόμα. Theophyl. Simoc. Ep. xvii. τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ Λευκίππου ἐνέβυσεν. In Eqq. 435. quum Cleon dixisset, Isiciarium decem talenta habere male parta, iste τί δῆτα, inquit, βούλει τῶν ταλάντων ἓν λαβὼν σιωπᾶν; Berg. ἐπιβύειν ut simplex βύειν est occludere, obstruere, obturare. Cf. Hes. Βεβυσμένῃ, Βύων, et Ἐπιβυσάτωσαν. κέρματα, etiam κερμάτια, sunt nummuli argentei et aerei minuti et vilioris pretii, ut oboli, chalci, quos mensarii lucello inhiantes permutant numis aureis et argenteis majoribus, qui inde κερματισταὶ dicti sunt. Cf. Joh. ii. 14. s. v. Hemst. ad Polluc. p. 1070, 15. et ipse Pollux vii. 170. ix. 87. 89. Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 265. s. Deinde omnino pecunia, ae, ut h. l. v. Gloss. vett. Ex h. l. cognoscitur, oratores observasse cives, qui aliquo casu ditati essent, iisque ita molestos fuisse, ut eos accusarent, certe accusare minarentur. Fisch. Citant h. l. Etymol. v. Ἑκατόμβη, Suid. v. Ἐπιβύσας, et Eustath. ad Od. Δ. p. 1489, 5. Kust. κέρμασι Elb. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. κέρμασι. -σιν A. Pors. Imitatur Simocatta Ep. xvii. τοῦτο δὲ Σώστρατος ἐπιγνοὺς χρυσῷ τὴν νίκην ὠνήσατο, καὶ τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ Λευκίππου ἐνέβυσεν. Pors. in exempl. Perti: "Vide, si tanti est, Jac. Duport. Praelect. in Theophr. Charact. p. 327."—Respicit Schol. Demosth. c. Timocr. p. 450. n. 75. Paris. Dobr.

380. καὶ μήν. Gl. Cod. Par. εἰρωνικὸν τοῦτο.—φίλος. Gl. προσφιλῶς. Schaef. φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς. In binis istis versibus si juncturam orationis explores, ad unguem non respondebit. Cod. Dorv. praebet, Καὶ μὴν φίλος γάρ μοι δοκεῖς· quam certe lectionem, modo distinctione sola juvetur, vulgatae praeponendam censeo: Καὶ μὴν (φίλος γάρ) μοι δοκεῖς· nisi magis placet, Καὶ μὴν (φίλος γάρ μοι) δοκεῖς etc. δοκεῖς quidem planissime verum est; neque ita refingere dubitavi. Praeterea mox post ἀναλώσας particulam γε, quae quamvis infesta metro cunctas edd. invaserat, delevi; eoque libentius, quod auctoritatem Ms. Arund. firmaret Cod. Dorv. Ceterum λογίσασθαι scribas, an λογίσεσθαι, parum interesse puto. Nunc addam interpretationes Cod.

Dorv. In fronte hujus versus habet, εἰρωνικὸν τοῦτο· tum porro, Μνᾶς. λίτρας. Ἀναλώσας. ἐξοδιάσας. Λογίσασθαι. λογαριάσαι ἡμῖν. Hemst. Ex vulg. lect. in ἀναλώσας syllaba secunda corripienda erit, quæ tamen longa est 248. Eurip. Suppl. 776. Sin part. expletivam γε, quæ nihil saltem ad sensum facit, induxeris, erit longa, quod potius sequendum duco, præsertim quum Ms. Arund. illam part. non agnoscat. Kust. γε etiam delevit Fisch. sed parenthesin, quam Hemst. probata lectione Cod. Dorv. admittit, alienam esse censet ab animo Bleps. commoto, ipsam autem urbanitatem postulare, ut legatur ἂν δοκεῖς pro δοκοίης ἄν, at vero tu ita mihi amicus esse videare. δοκεῖς igitur recepit Fisch. Dind. Hic et sequens versus sic vulgo legebantur ante Hemst. καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς, νὴ τοὺς θεούς, | τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα. Bene ille pro δοκῇς e Cod. δοκεῖς reposuit, et in altero versu particulam γε expunxit. Sed ne sic quidem locus erat persanatus: nec satis intelligebat eruditus Bat. quid sibi vellet nominativus iste φίλος, quove nexu cum ceteris orationis partibus cohæreret. In membr. scriptum καὶ μὴν φίλως γ' ἄν μοι δοκεῖς. In C. etiam φίλως cum gl. προσφιλῶς. In B. φίλος superscripto ω. Meus in eo ab impressis differt quod δοκεῖς habet. Sensum versio expedit. Ordo est: καὶ μὴν δοκεῖς μοι, νὴ τοὺς θεούς, τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας, φίλως ἂν λογίσασθαι δώδεκα. Faceta, manifestaque ironia. Particula ἂν ad verbum infinitivum λογίσασθαι pertinet, non vero ad δοκεῖς. In hac constructione sæpe peccarunt librarii. Succurrit locus in Vesp. 1108. ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς | ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικώτατον; Quidnam tibi videris narraturus? Particula ἂν ad verbum λέξαι pertinet, cui significationem futuri tribuit. Ibi male codd. alter δοκῇς, ut hic in duobus scriptum est. Av. 1652. ἢ πῶς ἄν ποτε | ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς, | οὖσαν θυγατέρ', ὄντων ἀδελφῶν γνησίων; id est πῶς δοκεῖς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπίκληρον ἂν εἶναι; futuram esse, vel esse posse. In altero versu particulam γε nullus agnoscit cod. Si modo fuit in Ald. imperitiæ librarii debetur putantis hoc tibicine versum indigere. In ἀναλόω natura longa est secunda, quapropter in præteritis non augetur. V. Valck. ad Phœn. p. 222. Hipparch. ap. Stob. p. 220. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος, καὶ μεταβολαὶ | τύχης, ἀνάλωσ', ἡ τέχνη δὲ σώζεται. Sic in Regio Cod.: perperam Grot. edidit ἀνήλωσ'. Sic etiam, ut eos edidi, plane in Cod. —absente in altero γε. Adverbio φίλως superscripta Gl. εἰρωνικῶς τοῦτο. Participio ἀναλώσας, οἴκοθεν. Verbo λογίσασθαι, λογαριάσαι ἡμῖν. Brunck. Voc. φίλος s. φίλως respicere ad ὦ 'τὰν 377. sensit Girard. Dind. φίλος — δοκῇς. φίλος — δοκεῖς Ms. Bent. δοκεῖς Elb. δοκῇς Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. L. δοκεῖς. δοκεῖς a pr. m. A. vix statuas inter οῖ et εῖ in 2.

ω

-εῖς 1. φίλος 2. et gl. προσφιλῶς. Pors. φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς tres primæ. φίλως Rav. 6. φίλος Borg. δοκεῖς Rav. Borg. Elb. 6. V. Pors. ad Xen. p. 156, 8. δοκῇς

οις

φίλως γ' ἄν μοι δοκοῖς 5. ἂν et οῖς ex em. sed ejusdem ut videtur, et ος eodem tem-

ες

pore suprasc. textui. Gl. προσφιλὴς et φανείης. Dobr. φίλ' ἂς (sic) 1. φίλος 3. et m. pr. 2. φίλως corr. 2. et primo 4. ut puto. Gl. 3. προσφιλῶς. δοκεῖς 1. 2. 3. 4. sed Gl. 3. φανείης. Id.

381. Neogræca eadem quæ in Cod. Dorv. Schæf. Ante λογίσασθαι dele γε. Bent. Dele γε. γε om. A. 1. 2. Pors. ἀναλώσας γε tres primæ. γε om. Rav. Borg. Elb. 5. 6. Dobr. γε om. 1. 2. 3. 4. λογίσαις (sic) 1. Id. γε post ἀναλώσας servant Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. ἀναλίσκειν est erogare, i. q. ἐξοδιάζειν Sch. Cod. Dorv. uti ἀνάλωμα ab Hes. et in Gl. explicatur ἔξοδος, de quo voc. v. Hemst. ad h. l. et Proluss. de Vit. Lex. N. T. p. 179. s. 511. s. λογίζεσθαι est verbum arithmeticum, 1. computare, 2. imputare, expensum ferre, ut h. l. et Theophr. Char. 10. Infinit. pendet ab omissa part. ὥστε. Fisch.

382. Video quemdam, nempe istum Chrem. Dicit autem, se animo prævidere Chrem. sacrilegii reum, supplicem fore judicibus, ne condemnetur. Sic etiam in Acharn. Lamachus in splendente clypeo, tanquam in speculo, dicit se senem videre qui reus sit futurus desertæ militiæ, et intelligit illum, qui ibi aderat, pacis amantem Dicæopolin 1168. Sic in Ran. 554. indefinitum τὶς ad certam et definitam personam refertur: κακὸν ἥκει τινί, nempe Baccho, qui ibi aderat, et 613. ἥκει τῷ κακόν, nempe Xanthiæ, quem quasi digito ostendebat. Vid. ib. 635. et 671. Berg. Ita certus sum de judicio, quod tibi tuisque imminet, ut non dubitem affirmare, me illud jam videre. Mortuo Hercule Eurystheus liberos ejus est insectatus; illi igitur tandem supplices venerunt ad Athenienses. Chærephon

tragicus poeta eorum miseriam postea carmine descripsit; Pamphilus insignis pictor, in Stoa, porticu Athenn. expressit. Ait ergo Bleps. brevi fore ut Chrem. cum suis ob surreptas opes in jus trahantur, et ita miseri atque supplices appareant, ut quondam Heraclidæ. GIRARD. Reus non minus quam accusator sedebat in subselliis, quæ erant *ἐπὶ τοῦ βήματος, in tribunali.* Βῆμα enim est *tribunal*, locus editus in quo jus dicitur (et in quem ascenditur per gradus, unde nomen accepit, nam βῆμα propr. est *gressus, passus* et *gradus*) et sella, in qua sedet is, qui judicio præest. (Gloss. vett.) Priori sensu positum est h. l., posteriori legitur Matth. xxvii. 10. Futuro secundo med. a *καθέζομαι* (*καθεδοῦμαι*) Attici usi sunt pro *καθίζω*. V. Mœr. et Tho. M. v. *καθεδεῖται*, Phryn. p. 114. Piers. edidit *καθεδεῖ*, quod legitur Ran. 102. FISCH. *καθεδούμενον*. Gl. Cod. Par. *καθίζοντα*. SCHÆF.

383. *ἱκετηρίαν*. Gl. Cod. Par. *κλάδον ἱκετικὸν* (sic) *κρατοῦντα*. SCHÆF. *ἱκετηρίαν ἔχοντα*. Quod hic in Schol. dicitur, supplicum morem fuisse, ut ramos oleæ haberent lana (et quidem alba) revinctos, firmat Æsch. cum iis versibus, quos ex ejus Eumen. huc attulit Biset. tum aliis, qui in ejus Suppl. leguntur, ut 22. Σὺν τοῖς *ἱκετῶν ἐγχειριδίοις* Ἐριοστέπτοισι κλάδοισι, *cum hisce in supplicum manibus lana revinctis ramis*. Nempe prout ante Stanl. legendum viderant Aurat. et Scal. pro *ἱεροστέπτοισι*, ut ex adscriptis aliquot ad Æsch. qui Scal. olim fuerat, mihi vero ab Is. Voss. olim commodatum, notis observare licuit. Id vero, et ex *alba* quidem lana, adstruitur insuper alibi in eodem dramate Suppl. 338. λευκοστεφεῖς κλάδους, prout voc. λευκοστεφεῖς ad alium adhuc ejusdem fab. locum, ubi et simpliciter occurrit, nempe λευκοστεφεῖς *ἱκετηρίας*, explicant vett. Critici λευκοῖς *ἐρίοις ἐστεμμένας*. Id vero a Plutarcho in Thes. *similiter* dicitur p. 7. et cum eadem voce *ἱκετηρίας*, s. per syncopen poetis in his voce. *ἱκτὴρ, ἱκτήριος* etc. familiarem, *ἱκτηρίαν*. Quam vocem eodem sensu ex Æsch. tradit Harpocr. cui addi possunt Andoc. Or. i. p. 223. et 331. apud quem dicitur lege cautum Athenis, ut qui *ἱκετηρίαν* s. ejusmodi supplicem ramum in mysteriis Eleus. ad aram deponeret, morte [illegible] mulctaretur. Ap. Dinarch. Or. adv. Demosth. p. 14. *ἱκετηρίαν ἔχοντες* [illegible]. SPANH. Fuit ramus olivæ, lana alba revinctus, quem manu gestabant [illegible] ii, qui pacem peterent supplices, unde *oliva* vocatur *supplex* Stat. Theb. xii. 492. et ramus ille *ramus olivæ pacifera* Virg. Æn. viii. 116. ubi v. intpp. H. l. *ἱκετηρίαν ἔχων* dicitur reus, qui judices supplex orat, ut ipsum suis sententiis absolvant. Neque vero arbitror, reos prætendisse manibus ramos olivæ; immo Chrem. talem ramum tribui, quia Pamphilus videtur Heraclidas pinxisse ita ut ramos olivæ manibus tenerent. Rei ut commoverent misericordiam judicum, ducere secum in judicium solebant uxores, liberos, etiam alios necessarios et amicos. V. Vesp. 566. Plat. Ap. 23. FISCH. *παίδων* Elb. repugnante metro. DIND. *παίδων* 1. PORS.

384. *διολέσαντ'*. Gl. Cod. Par. *διαφορὰν ἕξοντα*. SCHÆF. *οὐδὲν* pro *κοὐ* Suid. *διολέσειν*. PORS.

385. Quum multa in Scholiis, neque unius generis, tradantur ad h. l. et alia quidem postremo loco, quæ ut in geographiæ juxta et chronologiæ leges peccantia, jure redarguit Palmer.; tum ea expositio, quam retulit Daceria, præferri debet, quæ ad *Pamphilum* pictorem respicit, qui Alcmenam et filios supplices Athenis in porticu depinxerat. SPANH. *Heraclidæ* post Herculis excessum extorres errabant, civitatibus, quas adirent, eos hospitio prohibentibus, metu Eurysthei, qui exstirpare hanc familiam volens, ne quis exoriretur inde ultor eorum quæ Hercules perpessus fuerat, quaquaversum mittebat legatos, pellentibus Heraclidas amicitiam offerens, recipientibus bellum denuncians: illi Athenas etiam confugerant, et supplicum habitu atque ritu ad aram Jovis forensis ibi sederunt. *Heraclidæ Pamphili* dicuntur esse opus vel pictoris vel tragici poetæ: si poeta hic intelligitur, fecit ille ejusdem nominis drama cum Euripide, cujus hodie extat tragœdia Heraclidæ; si autem pictor, videtur is in Pœcila, aut alibi hanc historiam pinxisse, ut Micon bellum Amazonicum, teste Aristoph. Lys. 682. Similiter Acharn. 990. respicit ad tabulam quandam pictam, ubi inerat Amor sive Cupido depictus. Et hoc quoque loco videtur picturam intelligere. BERG. In Pœcile pictura erat Pamphili, Heraclidas exhibens cum Alcmena opem ab Atheniensibus contra Eurystheum implorantes. V. Meurs. Athen. Att. i. 5. BRUNCK. *τοῦ Π.* A. PORS. *δ'* quod ante Ἡρακλ. habent edd. Bas. et Wech. om. 2. teste lib. Ask. Tacet Pors. *δ'* om. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum tribus primis edd. Pictorne an poeta fuerit Pamphilus dubitat Elmsl. Heracl. 11. DOBR. *τῶν δ'* Ἡρακλ. VEN. I. II. Wech. Raph. *τῶνδ'* Brub. DIND.

386. *οὐκ*. Gl. Cod. Par. *ὄψει ἐμὲ οὕτω*

ἔχοντα, δυστυχέστατε. — χρηστούς. Gl. ἀγαθούς. Schæf. ὦ κακόδαιμον. Ita passim de homine cum *infelice* ac *misero*, tum de eo etiam, qui adversam id genus fortunam merebatur, seu de *improbo* quandoque dicitur. Sic postremo sensu 425. duo Athenienses a Paupertate ob Plutum ab iis receptum vocantur ἀνθρωπαρίω κακοδαίμονε, *homunciones pessimi:* nempe prout κακοδαίμονες de *malis geniis*, sicut ἀγαθοδαίμονες de *bonis* ac *propitiis* sunt a Græcis dicti. Pro *infortunato* ac *misero* nihil crebrius usu voc. κακοδαίμονος ap. Comicum nost. et alibi apud Græcos; et quidem, quod δαίμων vulgo de τύχῃ s. *fortuna* diceretur; quandoque etiam de *infortunio*, ut Æsch. Pers. 158. Eurip. Or. 504. Unde etiam καὶ τρὶς κακοδαίμων dicitur in hac fabula 851. immo, quod ibidem additur, καὶ τετράκις etc. καὶ μυριάκις. Quæ vox τρισκακοδαίμων occurrit Ran. 19. et Conc. 1090. Immo quomodo κακοδαίμων non solum, sed βαρυδαίμων (*valde miser*) insuper in Conc. continuo dicitur, nempe 1094. prout postrema hæc vox ap. Eurip. itidem legitur Alc. 865. ἃ βαρυδαίμονα μήτηρ μ' ἔτεκεν. Unde βαρυδαιμονεῖν Nost. Eqq. 555. sicut κακοδαιμονεῖν Dinarch. adv. Demosth. p. 51., a quo diversum, ut ad 381. vidimus, κακοδαιμονᾷν, pro, *intemperiis agi*, seu a malo genio seu dæmone corripi. Ita δυσδαίμονα seu *valde infelicem* vocat Comicus Eq. 1247. ac similiter Eurip. Phœn. 819. Δυσδαίμονες dicti [ap. Æsch. Pers. 945. ed. Both.] priori sensu, pro κακοδαίμονες s. *mali genii*, qui nempe Persas, profligato a Græcis Xerxis exercitu, in tam graves calamitates conjecerant: δυσδαίμονες ἔθετ' ἄελπτον κακόν. Spanh. χρηστοὶ sunt propr. *homines frugi*, deinde *boni*, *probi*, *sancti*, ut h. l., qui opponuntur τοῖς πονηροῖς Æsch. Socr. i. 3. δεξιοὶ sunt omnino *apti*, *idonei ad aliquid:* h. l. dicuntur ratione consuetudinis aliorum, *commodi*, *humani*, qui nullas emittunt voces, quæ amicis molestæ sint. σώφρονες accipiendi videntur de hominibus non *suspicacibus*, iis, qui non facile suscipiunt suspicionem cujusvis facinoris de aliis. Nam Chrem. responso hoc declarat, se nihil admisisse, et significat, quamvis obscure, in Bleps. esse vitia contraria illis virtutibus, quæ indicantur vocabb. χρηστοί, δεξιοί, σώφρονες. πλουτῆσαι ποιήσω idem est quod πλουτιῶ, *ditabo*. Fisch. μόνον Elb. μόνους in litura 5. sed a m. pr. ut videtur. Dobr.

387. σώφρονας. Gl. Cod. Par. εὐτάκτους. — Schol. Σώφρων λέγεται κυρίως ὁ εὐλαβὴς ἀνοσ. λέγεται σώφρων καὶ ὁ σῶαν ἔχων τὴν φρόνησιν, ἐξ οὗ καὶ σωφροσύνη ἡ τῶν φρενῶν ἀκεραιότης. Schæf. τοὺς δεξιοὺς Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind.

387-8. Suid. ed. Med. ἀπαρτί. καὶ τοὺς σώφ. 1. 2. Pors. ἐγὼ Elb. δικαίους pro δεξιοὺς Rav. et Lib. Burg. καὶ τοὺς σώφ. 3. 6. Dobr.

388. ἀπαρτί. Gl. Cod. Par. ἀπηρτισμένως, τελείως. Schæf. 'Απαρτί. Cod. Dorv. accentu retracto ἀπάρτι, prælatum a Gataker. A. M. P. c. 17. p. 587. cujus interpretamentum accedit νῦν verum antecedente versu superscriptum est alieno loco, ἀπηρτισμένως καὶ τελείως, quæ nimirum pertinent ad explicandam voculam ἀπαρτὶ, quam omnes Edd. tuentur. Hemst. Quod hic in Schol. ἀπαρτὶ per ἀπηρτισμένως, seu *absolute*, *omnino*, redditur, id a Galeno similiter factum video ad Hippocr. de acuto victu c. 43. ubi ἀπαρτὶ legitur, et quod, ut Atticum, ac per voc. ἀπηρτισμένως explicat ibidem Doctor Pergamenus. Immo similiter Hesych., et quidem ut ab Æsch. usurpatum, ac eadem opera emendandus, tradit, 'Απαρτὶ (non 'Απαρτιᾷ), ἀπηρτισμένως. Αἰσχύλος 'Αθάμαντι. Spanh. ἀπάρτι tres Codd. In meo gl. ἀπὸ τοῦ νῦν, in C. νεωστί. In membr. ut vulgo ἀπαρτὶ, sensu diverso, quemque minus probo. Brunck. Grammatici plerique præcipiunt ἀπάρτι esse, *mox*, *paulo post*, *jam* (ut Matth. xxvi. 64. ubi Heins. legi volebat, ut Apoc. xiv. 13. ἀπαρτὶ, ut referretur ad verba ναὶ λέγει, contra omnem loquendi usum), ἀπαρτὶ, *omnino*, *prorsus*, *plane*. Jam etsi res ipsa admittit lectionem ἀπάρτι (quam etiam versio Bergl. expressit, *mox*), tamen, quia in plurimis libris est ἀπαρτὶ, idque confirmare videtur oratio Bleps. admirantis οὕτω πάνυ etc. arbitror ἀπαρτὶ servandum esse, hoc sensu, *ego ditissimos reddam*. Cf. Alb. ad Hes. t. i. p. 427. Fisch. Kust. ad sensum parum interesse putavit, utram lectionem sequamur. Addo tantum integrum locum Galeni t. v. p. 65. ed. Bas. "Τὸ ἀπαρτὶ (ita enim ibi scribendum est pro ἀπάρτι) παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως εἴρηται." Dind. ἀπαρτὶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. σὺ τί λ. 1. 2. Pors. ἀπαρτὶ tres primæ. ἀπάρτι Inv. ἀπηρτισμένως καὶ τέλειως, quæ manifesto sunt loco suo mota, et ad ἀπαρτὶ pertinebant. Lex. SG. Bekk. p. 418. 'Απαρτί: παρ' 'Ηροδότῳ σημαίνει τὸ ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς· 'Απὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἀπαρτὶ εἰς τὸν 'Αραβικὸν κόλπον. (ii. 158. p. 182, 37. ubi vide Wessel. add. Addit Gatak. v. 53.) παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς, τὸ

ἐκ τοῦ ἐναντίου. Φερεκράτης Κραπατάλλοις· A. τί δαί; τί σαυτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖς; φράσον μοι. | B. ἀπαρτὶ δήπου προσλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον. Ita lege, vel δῆτα — ἔμελλον. V. ibidem plura. Antiatt. ibid. p. 79, 30. Ἀπάρτι: ἀντὶ τοῦ ἄρτι ἀπὸ νῦν. Πλάτων Σοφισταῖς: — Ad Suid. v. ἀπαρτὶ Pors. "Ἡρόδοτος. ii. 158. ut restituendum ex Grammatico Sangerman. apud Ruhnk. Add. ad Herodot. p. 182, 37. ed. Wessel. In Suid. et Schol. ad Aristoph. Plut. 388. lege ex Herodoto στάδιοι α." Dobr. ἀπάρτι 1. et corr. 2. Gl. 2. ἀπὸ τοῦ νῦν. ἀπαρτὶ 2. m. pr. σὺ τί 4. Id.

389. Gl. Cod. Par. ὡς κοινοὺς πάντας ποιῆσαι. Schæf. Pessime Cod. Dorv. et violata metri lege, Οὕτω πάνυ κεκλοφὼς — verum sententia his inter versus additis apte explicata, ὡς κοινωνεῖν πάντας ποιῆσαι· nec minus opportune 386. Οὐκ ὄψει ἐμὲ οὕτως ἔχοντα. Corruptus idem Cod. 391. Οὐ δῆτα ἐπὶ etc. Hemst. Οἴμοι τῶν κακῶν Frischl. recte vertit simpliciter, ah! Est enim vox dolentis et quiritantis, v. Charit. 1. 8. verti etiam potest, ah! me miserum! Fisch.

390. ἀπολεῖς. Gl. Cod. Par. φθερεῖς. οἴμωξονται γάρ τινες, ὡς ἀληθῆ λέγεις. ἀπολεῖς, οὐκ ἐθέλων τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν.—σεαυτόν. Gl. μᾶλλον ἀπολεῖς. Schæf. ἀπολεῖς fut. recte vertitur præs. enecas; indicatur confirmatio. Verba ἀπολλῦναι, ἀποκναίειν, ἀνιαρεῖν, κόπτειν, κατακόπτειν, et similia, atque Latina occidere (Hor. A.P. 475.), enecare, (Ter. Eun. iii. 5. 6.) eleganter ponuntur de iis, qui alicui molesti sunt, qui aliquem obtundunt, ut h. l. de eo, qui alteri ita molestus est, ut ei exprobret sacrilegium et factum, quod tamen non admisit; sed poeta legit hoc verbum, ut accommodatum esset verbis σὺ μὲν οὖν σ. quibus inest magna elegantia propter antanaclasin, nam intell. ἀπολεῖς, ut ἀπολλῦναι ἑαυτὸν sit, sibi auctorem esse magnæ calamitatis. οὖν vim augendæ affirmationis habet. Fisch. Hic aliisque locis elegantius videntur, σὺ μὲν οὖν ἑαυτόν. Invitis Codd. hoc reponere nolui. (V. Reisig. i. 206.) Brunck. Βλ. ἀπολεῖς σὺ μὲν οὖν σαυτόν. sic A. Pors. σαυτὸν 3. 5. Dobr.

391. μόχθηρε. Gl. Cod. Par. κακέ. Schæf. Μοχθηρὸς propr. est, ut πόνηρος, laboriosus, qui corpus multis gravibusque laboribus fatigare cogitur, ut agricolæ; deinde miser, ærumnosus, denique improbus. Bergl. h. l. vertit o improbe! Frischl. o scelerum caput! Fortasse rectius vertetur o miser! ut Chrem. Blepsidemum putetur ita vocare, quod ipse habeat Plutum, quo Bleps. careat; quod ex verbis blandis, quibus Bl. deinceps utitur, colligi posse videtur. Fisch. ἐπεί. ἐπειδὴ 1. 2. ποῖον Dawes. Misc. Crit. p. 300. Vulgatum citat Valck. ad Eurip. Phœn. 1698. sed ibi legendum Ὁ ποῖος; ut Soph. Trach. 78. sive Eurip. Phœn. 735. τὰ ποῖα; Pors. τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ. ὁποῖον subnotat Pors. habent igitur A. 1. 2. ἐπειδὴ 4. Dobr.

392. ἔχω. Gl. Cod. Par. κέκτημαι. — ὁποῖον. Gl. Ἀττικόν. Schæf. ὁποῖον Codd. omnes [quatuor primum a Br. collati]. In C superscriptum, ἐρωτηματικὸν, ἀντὶ τοῦ ποῖον. Recte. Id quidem, nempe ὁποῖον, interrogantis esse, negat Dawes. [M. Crit. p. 294. ed. Burgess.] proindeque hic rescribendum esse censet ποῖον. Sed fallitur. ὅπως, ὁποῖος, οἷος, ὅστις ap. Comicum aliosque poetas Atticos centies occurrunt in interrogatione. Eurip. Phœn. 1718. ὁποῖος; ἀλλ' ᾗ etc. Bacch. 652. ἥκεις δ' ὁποίαν — λόγου; dixisset forte Tragicum scripsisse ὁ ποῖος, et ἥκεις δὲ ποίαν —. Sed nihil simile locum habere potest in hoc nostri versu Ach. 963. Ὁποῖος οὗτος Λάμαχος τὴν ἔγχελυν; [Hom. Od. A. 171. Ξ. 188. addit Fisch. qui et ipse ὁποῖον defendit. Dind.] Dawes. emendationem confirmat Cod. [quintus] in quo scriptum, σὺ Πλοῦτον; ποῖον; sed librarii est hallucinatio. Brunck. Tamen recte Inv. e Rav. recepit ποῖον. Vim artic. in αὐτὸν τὸν θεὸν recte animadvertit Dawes. l. l. illum ipsum deum. Dind. Pro ποῖον; est ὁποῖον in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Id. σὺ τὸν πλοῦτον; ποῖον; 4. hoc clare, et ab initio. ὁποῖον 1. 2. 3. Dobr. πλοῦτον; Ald. πλοῦτον, Pors. ὁποῖον tres primæ, Arund. 5. ποῖον Rav. 4. 6. V. Pors. ad Phœn. 892. Id. Edi debuit Brunck. quod Cod. habet, ποῖον. Quod enim contendit, scriptores Græcos canonem illum Dawes. centies neglexisse, temere dictum est. Ne sexies quidem id factum puto. Unum quidem exemplum legere memini in Rheso, sed quod facili mutatione ad rectam scribendi rationem revoces. Phœn. versus plane nihil, Bacch. perperam probat. Ach. 963. lege, Ὁποῖος οὗτος Λάμαχος. quemadmodum Comicus scripsit Nub. 1252. Τὰ ποῖα ταῦτα χρήμαθ'; Tantum enim abest, ut hic ὁ ποῖος locum non habeat, ut pæne necesse sit sic legi propter apodosin Ὁ δεινός. Pors.

393. καὶ in interrogationibus est fere index admirationis. V. Raphel. et Bos. ad Marc. x. 26. ἔνδον, intus, domi meæ, ut Chrem. ipse interpretatur, παρ' ἐμοί. V. ad Apol. Socr. i. 16. Terent. Eun. iv. 6. 9. Heaut. i. 1. 120. iii. 1. 21. domi apud

me. Nam παρὰ junctum dativo personæ, indicat fere locum, in quo is est, qui dativo exprimitur, ut 394. παρὰ σοί, *domi tuæ*. Sic Act. x. 6. παρὰ Σίμωνι, sed v. 32. ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος. Add. Xen. Mem. ii. 7. 4. coll. s. 2. Theophr. Char. viii. 3. Fisch. παρὰ σοὶ Ald. bis, et 394. Pors.; παρὰ σοὶ 393. (sic). Dind.

394. οὐκ ἐς κόρακας. Gl. Cod. Par. ἀπέλθῃς καὶ ἀπελεύσῃ.—νὴ τοὺς θεούς. Gl. ναί. Schæf. Proverbialis locutio, ab hoc Comico haud semel adhibita, et quidem cum citra aliud verbum, ut h. l., tum vel βάλλ' ἐς κόρακας 782. aut ἔῤῥ' ἐς κόρακας 603. et ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε Pac. 499. aut ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ Nub. 785. Eqq. 888. pro, *abi in malam rem*. Sic Eqq. 1312. πλείτω ἐς κόρακας. Spanh. Subauditur verbum aliquod. Alciphr. Ep. i. 17. οὐκ ἐς κόρακας φθαρήσεται; Soph. Œd. Tyr. 1156. οὐκ εἰς ὄλεθρον; *fugisne hinc in malam rem?* V. Ran. 614. Berg. Intell. ἀπελεύσῃ, ἐῤῥήσεις, οἰχήσῃ, [ὑπάγεις Münt. suppleri vult πορεύσῃ aut tale quid Girard. Dind.] V. Pac. 499. Vesp. 51. Dicitur etiam ἄπαγ' ἐς κόρακας Theophr. Ch. xxv. 31. Nam Attici his in formulis dicunt ἐς, non εἰς. V. Tho. Mag. v. ἐς κόρ. Ap. Terent. *abi in malam rem, abi, i hinc in malam rem*. Utuntur iis homines aliis irati; nam Bleps. putabat, falsum esse, quod a Chrem. jactaretur, et jactari ab eo, ut ipsi ægre faceret. Erat Athenis locus alte effossus, in quem dejici solebant homines scelerati, mortis damnati. Hic locus dictus est βάραθρον (431.) ὄρυγμα (Meurs. Lect. Att. i. 25.) etiam κόρακες, quia ibi magna erat corvorum frequentia. Attici solent locis imponere nomina rerum, quæ in iis sunt, ut ἵπποι, κρέας, ἰχθῦς, *forum equinum, carnarium, piscarium*, v. Pollux x. 19. νὴ τοὺς θεοὺς i. q. φημὶ 395. πάνυ 393. voce aientis, *recte*. Fisch. Οὐκ — παρὰ σοί. Affirmative, cum puncto hæc leguntur in Crat. Ven. I. II. Wech. Dind. Πλοῦτος. ὁ Π. 1. Pors. κόρακας, disting. Ald. Pors. Citat Prisc. Ald. xviii. p. 238. A. Omittit Putsch. Dobr.

395. πρὸς τῆς Ἑσ. Gl. Cod. Par. ἕνεκεν αὐτῆς τῆς Ἑστίας τῆς θεᾶς. Schæf. Jusjurandum Athenis *per Vestam* haud insolitum, cujus ara et cultus erat in Prytaneo; immo cui ante deos deasve alias libare soliti erant cum Athenienses, tum eorum exemplo (quod alibi vidimus et peculiari quidem de eadem Dea diatriba) alii etiam Græci. Immo quod a Cyro in Perside factum docet Xen. Cyrop. vii. 20. ac Romæ similiter Cicero de N. Deor. ii. 27. Spanh. Per Ἑστίαν intelligitur non Vesta, Saturni mater, cujus simulacrum erat Athenis in Prytaneo, v. Meurs. Ath. Att. i. 8.; sed Saturni filia, virgo, quæ credebatur esse præses ignis et ædium, et colebatur ad focum (v. Schol.), unde et *focus* et *domus* vocatur ἑστία. Obtestatur autem Bleps. Chremylum, et orat per Vestam, domus custodem, quia hic aiebat Plutum esse domi suæ. Fisch. Jusjurandum hoc per Vestam sanctius aliis fuit, quod numen illud inprimis magnum fuit (v. Paus. v. 14. 5.). Girard. Tanta veneratione Vestam prosequebantur, ut hominem sacra ei non facientem, ἀνέστιον haberent. Munt. φημὶ ἐγώ 1. 2. πρὸ τῆς A.

396. νὴ τὸν Ποσειδῶ. Sic Ach. 559. et ὦ Πόσειδον Equ. 144. citra additum aliud numen. Quomodo alioquin per Jovem Neptunumque ac Minervam Draconis lege jussi sunt olim jurare Athenienses; prout id in ineditis ad Hom. Il. Schol. olim Is. Voss. adnotasse memini, sed qua de re opportunius dicetur ad Nub. 1236. Spanh. Ποσειδῶ Attice pro Ποσειδῶνα ut 998. Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα. V. Herod. Philet. p. 439. et Kœn. ad Greg. p. 71. Jurat autem Chrem. per Neptunum, ut Deum maximum a Jove, per quem jurare verebatur, quia sciebat, Jovem orbasse Plutum oculis, ne ædes proborum intraret, et quia Plutus eum rogarat, ut omnia ageret Jove clam. Fisch. Ποσειδῶν vel -ῶν primo 4. Dobr. θαλάττιον. Gl. Cod. Par. παίζει αὐτὸν ἐνταῦθα. Schæf. τὸν θαλάττιον. Ita Cod. Dorv. quod causa non erat, cur spernerem: nusquam enim, ni fallor, θάλασσα vel θαλάσσιος apud Aristoph. Superscriptum παίζει ἐνταῦθα. Hemst. θαλάττιον Cod. meus. Tres Regii, ut vulgo, neglecto Atticismi idiomate, θαλάσσιον. Brunck. Hic non satis apparet, cur Bleps. scire cupiat, utrum Chrem. per Neptunum θαλάσσιον juraverit, an vero per Neptunum alio nomine vocatum, in Nub. 83. autem perspicuum est, cur Streps. nolit Philonidem filium jurare per Neptunum ἵππιον nam dicit, οὗτος γάρ ὁ θεὸς αἴτιός μοι τῶν κακῶν. Nisi forte propterea id rogavit, quia, si constet eum per θαλάσσιον jurasse, concludi possit, Plutum sive Opes illas fuisse mari advectas. Neptunus autem θαλάσσιος in Lys. 403. dicitur ἁλικὸς, Thesm. 329. πόντιος. Aliud etiam habet Neptunus cognomen Ἀσφάλειος Ach. 682. Berg. His addit Fisch. ὁ Κυνάδης, ὁ Ἑλάτης (v. Meurs. Ath. Att. ii. 13.) ut Girard. Γαιοῦχον. Cæterum Chrem. ridentem respondere, εἰ δ' ἐστιν κ. τ. λ. monet Fisch. Nam scivisse eum, Neptunum variis quidem cognominibus gaudere, sed

esse tamen unum eumdemque deum. Dind. θαλάσσιον Ald. (et post. λέγεις punctum.) θαλάσσιον etiam Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Id. θαλάσσιον. ττ 1. 2. Pors. θαλάσσιον tres primæ, 1. 2. 5. Per ττ 3. Inv. Dobr.

397. τὸν ἕτερον. Sic *uterque Neptunus* ap. Catull. Epigr. 32. [31. 3.] ubi Is. Voss. *utrumque Nept.* explicat de *mari interno* et *externo* s. *mari mediterraneo* et *Oceano*, haud repugnat tamen, si quis malit intelligere Neptunum, quatenus mari, aut quatenus *lacubus* præest: quomodo Nymphæ aliæ *limneades* s. *palustres* sunt dictæ, aliæ *marinæ*, ipse vero Ἐπιλίμνιος Ποσειδῶν. Quæ postrema certa sententia potior est habenda, immo quam adstruunt ipsa Catulli verba, ubi insularum, tam in *liquentibus stagnis*, quam in *mari vasto* meminit, quas *fert*, s. sustentat, protegit, *uterque Neptunus*. Apud Aristidem quidem Palinod. in Smyrn. p. 47. t. i. invocatur Ποσειδῶν, ὃς ἀμφότερα εἴληχας, κινεῖν τε καὶ σώζειν, nempe prout priori sensu κινητὴρ γᾶς Pind. Isthm. vi. 32. et alibi Σεισίχθων est dictus, posteriori autem Γαιάοχος. Priori forte sententiæ de utroque Neptuno, ceu maris interni vel externi rectore, favere utcunque posset, quod ap. Eurip. Hipp. 744. legitur: ἵν' ὁ Ποντομέδων πορφυρέας λίμνης Ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει, *ubi Ponti rector purpurei stagni viam nautis non concessit amplius*; ut nempe e mari interno s. mediterraneo Oceanum ingrediantur, et in eo navigent. Spanh. ἕτερον λέγω 1. 2. Pors. λέγω pro gl. 5. ἕ. λέγω in text. 6. Dobr. τὸν ἕτ. λέγω 4. λέγω pro gl. 2. 3. Id. ἕταιρος et ἕτερον. sine sensu, Elb. Dind.

398. τοὺς φίλους. Gl. Cod. Par. τὸν Πλοῦτον δηλ. Schæf. εἶτα habet hoc quoque loco vim augendæ interrogationis, ita ut simul significet admirationem cum indignatione quadam conjunctam. Οὐ διαπέμπεις, *non mittis*, scil. Plutum. Attici delectantur usu verborum a præp. διὰ compositorum pro simplicibus. πρὸς ἡμᾶς, *in nostras domos*. Fisch. Citat Grammaticus Hermanni p. 386. Dobr.

399. τούτῳ. Gl. Cod. Par. τῷ διαπέμπειν. Schæf. οὐκ ἐ. πω [pro οὔπω]. In Equ. 838. paullo aliter, οὐκ, ὦ 'γαθοὶ ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ. ἐν τούτῳ. Soph. Antig. 39. εἰ τάδ' ἐν τούτοις. Berg. Sensus, res nondum eo rediit, ut eum mittere possim. Fisch.

400. οὐ τῷ μεταδοῦναι. Gl. Cod. Par. ἐκείνῃ τὰ πράγματα δηλ. Ad τῷ μεταδοῦναι repete ex antecedentibus præpositionem ἐν: quæ orationis constructio notanda.—δεῖ. Gl. ἐνδέχεται.—τί. Gl. ἐνδέχεται. Schæf. *Res nondum eo rediit, ut nobis quoque Plutum tradas?* Fisch. In hac, ita explicata, structura, desiderat Hotib. Lect. Arist. p. 15. Aristoph. facilitatem, et ambiguitatem quandam inesse existimat. Itaque scribi mavult, οὐ τῳ μεταδ. scil. φῄς, verbis non ad Chrem. orationem, sed ad præcedentia τί φῄς; relatis. Amicus quidam ejus conjecit, οὔπω μεταδοῦναι, ut similiter φῄς subintelligatur; quod tamen minus necessarium atque etiam durius videtur. Verum τῳ (τινι), postquam præcesserat πρὸς ἡμᾶς τοὺς φίλους, æque displicet, et dicendi celeritas facile excusare potuit, quod ἐν ante τῷ μετ., quod bene respondet pronomini τούτῳ, omissum est. Videtur autem ea loquendi ratio familiaris sermonis consuetudini egregie respondere. Dind. οὐ τῷ tres primæ, Brunck. Inv. Mss. certe 5. οὔ τῳ Pors. Bent. Hotib. pessime, si quid video. Cf. 389. δεῖν π. Elb. (ita enotatur.) πρῶτα. dist. Ald. πρῶτον 5. et τί ex em. alius. Dobr. αὐτὸ pro οὐ τῷ primo 1. sed em. a m. pr. ut videtur. Id. μὰ Δία. Hic rursus per se negat μά. V. ad Thesm. 748. Ran. 951. Brunck. Intell. οὐ. πρῶτα est i. q. πρῶτον, *prius, ante*. Fisch. δεῖν Elb. et omittit part. γάρ. Dind.

X

401. νώ. Sic Cod. Par. In marg. τὸ χ κεῖται, ὅτι τὸ νὼ ἀντὶ τοῦ αὐτόν, ἢ ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς ποιῆσαι αὐτὸν βλέψαι εἴρηται. Schæf. Mœr. et Hes. h. v. Ad seq. βλέψαι repetendum, δεῖ ποιῆσαι νῴ. Fisch. Brunck. et Inv. sine iota subscr. ediderunt νώ, alii νῴ. Dind. νῴ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Id. Post νῴ plenam distinctionem habet Ald. nullam Pors. Post βλέψαι interrogat Pors. non Ald. Citat Suid. v. νώ. Dobr. ποῆσαι Lib. Burg. Id.

402. Ante πρότερον dele τό. vel lege ὡς τὸ πρότερον. Bent. Ὥσπερ τοπρότερον. Versum, ut justo pedum numero decurrat, syllaba multavit. Bent. ὡς τὸ πρότερον. Posses etiam, ὥσπερ πρότερον· sed malui summi viri judicium sequi. In Cod. Dorv. ἑνί γε τῷ τρόπῳ· μιᾷ τινι μηχανῇ. Hemst. ὥσπερ πρότερον. Sic bene tres Reg. Vulgo redundante syllaba, ὥσπερ τοπρότερον. Bentleii emendationem receperat Hemst. ὡς τὸ πρότερον. Emendate in A. B. scriptum ἑνί γε τῳ—non, ut vulgo, τῷ. Idem est ac Thesm. 430. μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ. Brunck. Thesm. 430. attulit quoque Berg. qui reddit *aliquo modo*, quum Girard. explicet, *uno ac per*·

simili modo, Münt. *pari ratione*, Fisch. autem rectius, *quocumque id fiat modo*. Dind. τοπρότερον et τῷ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Id. Lege vel ὥσπερ πρότερον vel ὡς τοπρότερον. τοπρότερον 1. 2. πρότερον A. τῷ ante τρόπῳ om. 1. et ed. Wech. In lib. Ask. τῳ additur e 2. Pors. ὥσπερ τοπρότερον tres primæ. Arund. 6. το om. Lib. Burg. Inv. ἐνί γε τῷ tres primæ. ἐνί γε τῳ Inv. ἐνί γέ τῷ (sic) Pors. Dobr. ὥσπερ πρ. 1. 3. ὥσπερ τοπ. 2. 4. Gl. 2. τοκαταρχάς. ἐνί γε τρόπω 4. Id. ὥσπερ τὸ πρότερον (sic). Gl. ἔπρεπε δηλ. Voluit ἔβλεπε. Schweigh. Emend. et Obs. in Suid. p. 28.: "De illa literarum λ et ρ librariis solenni confusione monuit Gisb. Kœn. ad Greg. Cor. Episc. libellum περὶ Διαλέκτων pag. 124. et Reisk. ad Polyb. t. iv. Animadversionum in Græcos auctores p. 722. Eodem modo in Appiani Cod. πλὴν et πρὶν, et in Polyb. παρῆν et πάλιν permutata a librariis vidimus." Schæf.

403. γὰρ h. l. habet vim augendæ interrogationis, ita ut indicet admirationem magnam: *verene cæcus est?* Fisch. νὴ τὸν οὐρανόν. In Cod. Dorv. διὰ τὸ λαμπῶδες τοῦ οὐρανοῦ τοῦτον ὄμνυσι πρὸς τὸ τυφλός. Hemst.

404. ἐτός. Gl. Cod. Par. μάτην, οὐκ ἀλόγως. Schæf. V. Etym. v. Ἐτὸς, qui locum hunc ibi citat. Kust. Ἐτὸς hic pro ἐτῶς ut in Schol. dicitur, et quomodo ap. Hes. similiter ἐτὸς, μάτην, ac inde idem mox ἐτώσια, μάταια: nempe ap. Apoll. Rhod. i. 895. ἐτώσια γηράσκοντας, ubi similiter ἐτώσια pro ἐτωσίως dicitur. Male vero hic in Schol. οὐκ ἐτὸς per οὐκ ἀληθῶς inter alia redditur, et ita cum voc. ἐτεῶς confunditur; ἐτεὸς enim Græcis i. q. ἀληθὴς, et ἐτεῶς, *vere;* aliud vero ἐτὸς, quam ἐτῶς, *frustra, temere*. Spanh. Mihi ita videtur de hoc vocab. Proprie puto esse adjectivum, quod significat *verum*, sed deinde per ἀντίφρασιν, *vanum*. Jam adjectiva sæpe ponuntur pro adverbiis (Suid. adeo ἐτῶς legit, v. Ἐτῶς add. Alb. ad Hes. t. ii. p. 811.): et quia homines vani omnia, quæ dicunt et faciunt, dicunt et faciunt temere, patet cur grammatici interpretentur ματαίως, ἀλόγως. H. l. οὐκ ἐτὸς—ἦλθεν, est, *non vanus, temerarius*, h. e. temere, sine causa, nunquam venit domum meam, scil. quia cæcus fuit, eamque invenire non potuit. Altera interpretatio, quam Schol. attulit, ut ἐτὸς esset ἀληθῶς, paulo durior videtur: *non ratione adductus, nunquam venit in ædes meas;* h. e. non propterea, quod nollet me, ut indignum, divitem reddere. Fisch. ὡς ἔμ'. in Cod. Dorv. εἰς ἐμέ. Hemst. ὡς ἔμ'. εἰς ἐμὲ 1. ὡς 2. gl. εἰς. οὐδεπώποτε. οὐδέποτε Suid. Ms. ἐτῶς. Pors. εἰς scripturus erat 3. sed ὡς fecit. Dobr.

406. οὐκοῦν. Gl. Cod. Par. τὸ λοιπόν. —εἰσαγαγεῖν. Gl. εἰσκαλέσασθαι χρή.— ἐχρῆν. Πολλάκις οἱ Ἀττικοὶ λαμβάνουσι τὸν παρατατικὸν ἀντὶ ἐνεστῶτος, ὡς τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ ἐστὶν, καὶ τὸ ἐχρῆν ἀντὶ τοῦ χρή. Schæf. Οὐκοῦν cum puncto in fine versus Ald Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. Wech. Brub. Raph. nulla interpunctio in Ven. ii. οὐκ οὖν cum interr. Port. Dind. οὐκοῦν—τινα. tres primæ. οὔκουν—τινά; edd. Brunck. Inv. Pors. Dobr. εἰσάγειν sed gl. εἰσάξαι. 3. Id. ἰατρὸς h. l. est *medicus, qui manu medetur, medicus ocularius*. Nam medicina tum diducta erat in partes tres: διαιτητικὴν, quæ *victu*, φαρμακευτικὴν quæ *medicamentis*, χειρουργικὴν, quæ *manu* medetur, v. Cels. præf. lib. i. ἐχρῆν, *oportet*, sed poeta posuit imperfectum, quia Bleps. verebatur, ut Chrem. *arcesseret* medicum. Add. 966. et nos ad Plat. Apol. i. 5. Qui medicum arcessit, is eum introducit in domum et cubiculum, in quo est ægrotus. Fisch.

407. τίς δῆτ'. Gl. Cod. Par. οὐδείς. ἐν τῇ πόλει. Gl. ἐντελὴς δηλ. Schæf. τίς δῆτ' etc. *quis, quæso, medicus ocularius est Athenis*, nempe qui in arte sua excellat. Chrem. addit statim causam. Fisch. τίς δῆτ'. τί δῆτ' Suid. Ms. ἰατρός. Pors.

794. δέξει δῆτα (sic) τὰ καταχύσματα. Gl. Cod. Par. λήψῃ τὰ ἐπάνω σου μέλλοντα κατακεῖσθαι. Schæf. Τὰ καταχύσματα· ἤγουν τὰ πλακοῦντια· τὴν ἑστίαν vero parum apte reddidit τὴν οἰκίαν. Cod. Dorv. Hemst. δέξει δῆτα. Perperam vulgo, δέξῃ ταῦτα. Tres Regii, δέξῃ δῆτα. Atticam terminationem reposui e perpetuo Comici usu. Brunck. εἶτα, ut ἔπειτα, (828.) in interrogationibus fere indignationem quamdam admirationemve vehementem indicat: tu vero (45. 79.). οὐχὶ δέξῃ, non sines in te effundi? Pro ταῦτα Ammon. legit δῆ, invito metro. Fisch. δέξῃ ταῦτα τὰ Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. δέξῃ ταυτὶ τὰ Junt. i. Dind. ταῦτα· δῆτα η A. 1. B. non 2. Pors. δέξει ταῦτα ταῦτα 6. et Dorv. proculdubio. δέξει δῆτα Rav. Borg. Lib. Burg. Ammon. v. καταχύματα, ubi nunc legitur δῆ, levi errore. Sed hunc exscribens Mag. ταῦτα habet. Dobr. ταῦτα 1. 3. 4. et primo 2. nunc δῆτα a correctore, ut equidem puto, Suprasc. ταῦτα, pro gl. ut videtur; sed omnia non expedio. καὶ, δῆτα L. Id.

795. ἑστίαν· δέξομαι δηλ—νόμος· τοῦ ἔθος. παρὰ τῇ ἑστίᾳ κατέχεον. Cod. Par. Schæf. ἔνδον, in atrio; ἑστία est focus, non domus ipsa, de Schol. Dorv. accepit vocabulum (improbante Hemst.) ἔπειτα, (796.) tum, sic. Sed potest etiam propria partic. potestas retineri. Nam affert Plutus duas causas, cur nolit bellaria ante ædes in caput suum effundi ab uxore Chr. 1. quod moris sit, id in atrio ad focum fieri; 2. quod sic

etiam ineptiæ vitentur. Sed ut πρῶτον ponitur, non sequente ἔπειτα, ita ἔπειτα, non præcedente πρῶτον. Fisch. παρὰ τὴν ἑστίαν ὃ. ν. Quod etiam præter Schol. ad h. l. ab anonymo Hermogenis Schol., loco paullo ante indicato, tangitur: καταχύσματα etc. ἃ τοῖς νεωνήτοις ἀνδραπόδοις ἐπέχεον αἱ δέσποιναι πρὸς τῇ ἑστίᾳ καθεζομένοις. Spanh. ἑστίαν Ald. ἑστίαν Pors. Dobr.

796-7. φόρτον· τὴν μέμψιν, τὴν κατάκρισιν. Gl. Cod. Par. Schæf. Citat Suid. v. Φόρτος, qui φόρτον hic interpretatur χλεύην, at Schol. rectius φορτικὸν γέλωτα. Φορτικὸν autem ap. Atticos significat *ineptum, frigidum, affectatum*, et omne id, quod spectatoribus vel lectoribus tædium creat. Sensus igitur hujus loci est: nam et minus inepti videbimur, si non ex re tam frivola captemus risum vel applausum plebis, cordatioribus et modestioribus molestum, quod alii Comici facere solent. Notandum enim est, hæc ad personam ipsius Arist. referenda esse, ut Schol. etiam monet. Kust. Suid. exponit τὴν χλεύην *irrisionem*. Gl. ψόγον, χλεύην, μέμψιν. [Cod. Dorv. τὴν μέμψιν καὶ τὴν κατηγορίαν. Aliter accepit ac Schol. neuter satis recte. Hemst. De premente multitudine accipi etiam posse putant Girard. et Münt. Dind.] Significat *molestas, odiosas ineptias*, ut Pac. 748. Hinc φορτικὴ κωμῳδία Vesp. 66. Brunck. φόρτος, *onus*, maxime navium, dicitur *quidquid oculis, auribus, animo molestum est*, et, quia inepta molesta sunt, etiam de *ineptiis*, quum quis dicit vel facit quod alienum sit a loco, tempore, persona, vel sua vel alterius. καὶ τ. φ. ἐκφ. ἂν est, *nec inepti fuerimus*, nihil fecerimus, quod sit a poëtæ persona alienum. Unde additur οὐ γὰρ πρ. Nam ut διδάσκειν et *docere* dicitur poëta, quum fabulam edit spectandam, v. Cic. Brut. 18. Tusc. iv. 29. Cat. Maj. 14.: ita a Græcis διδάσκαλος vocatur scriptor fabulæ, ut dithyrambi, comœdiæ, tragœdiæ, quum eam spectandam edit. V. Harpocr. h. v. Ab hoc διδασκάλῳ distinguendus est ὁ τοῦ χοροῦ διδάσκαλος, h. e. is, qui tenet disciplinam chori eamque alios docet. V. Ern. ad Xen. Mem. iii. 4. 4. Hinc intell. Hesych. v. Διδάσκαλος. Ceterum etiam Latini comœdiarum et tragœdiarum scriptores videntur dixisse *doctores*. Certe in Ælii Donati Fragm. de Com. et Trag. ap. Westerhov. Prolegg. in Ter. p. 57. t. i. leguntur hæc: 'Nec deerant præmia, quibus ad scribendum *doctorum* provocarentur *ingenia*, sed et actoribus munera offerebantur, etc.' Fisch. Dicit quidem et hic et in Vesp. 58. se nihil projicere spectatoribus; tamen id facit Pac. 1033. τοῖσι θεαταῖσι ῥίπτε τῶν κριθῶν. Sed solens est Comicus in istis levior, et multa, quæ in aliis Comicis, suis æmulis, reprehendit, ipse alibi committit, ut ostendam ad Parabasin in Nubb. et ad Parabasin in Pace et alibi. Berg. In 5. primo 796. ante 794. sed nunc ibi del. et suo loco repos. ab alio, ut potius videtur. φόρτος forsan hinc habet Eustath. Od. Γ. p. 1460, 49=130, 26. Dobr.

797-8. Πρεπῶδές ἐστι· Ἤγουν δίκαιον ὑπάρχει ἐμοὶ δηλαδή. Hæc ita scribuntur ordine continuo, nullaque distinctione separata in Cod. Dorv. obscurum tamen non est, ἐμοὶ δηλαδὴ referri oportere ad τῷ διδασκάλῳ in margine clarius adnotatum: Τοῦτο τῷ μὲν δοκεῖν ἀπὸ τοῦ Πλούτου ἐστί. τῇ δ' ἀληθείᾳ παρὰ τοῦ ποιητοῦ. Porro Ἰσχάδια· σῦκα· quæ interpretatio recurrit 801. 812. Pro θεωμένοις mendose dedit librarius δεομένοις sed indicium veræ lectionis servat explicatio, τοῖς θεαταῖς. Hemst. ἐστι· τοῦ πλουσίου.—τῷ διδασκάλῳ· ἐμοὶ τῷ Ἀριστοφάνει.—τοῖς θεωμένοις· τοῖς ἀκροαταῖς, τοῖς θεαταῖς. Gl. Cod. Par. Schæf. Schol. in 3. solo, οὐ γὰρ πρεπῶδές: ἔμφασι (sic) ἐνταῦθα τοῦ προσώπου τοῦ κωμικοῦ. ὁ δὲ λόγος αὐτῷ πρὸς τοὺς ἀντιτέχνους οἱ διὰ τῶν αὐτῶν ὀβελῶν (sic) ἐπειρῶντο τὸν δῆμον πρὸς ἑαυτοὺς ὑπάγειν· φησὶ γὰρ οὐκ ἔστι πρέπον προτιθέναι ἐν τοῖς ἡμῶν ὀβελισμοὺς τινὰς καὶ διαγραφὰς καὶ ἀφανισμοὺς αὐτῶν ἢ ἑτέρων ποιημάτων (malim ποιητῶν) ὥστε ἐκ τούτων ζητεῖν εὐδοκιμεῖν. Sensus ultimorum videtur esse, *Non decet poetam in æmulos suos Aristarchum agere*. In Schol. ed. malim, φαίνεται μέντοι τὸ τοιοῦτον διὰ τῶν χορηγῶν γενέσθαι, ἀλλ' οὐ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων. Dobr. τρωγάλια. Sic Pac. 774. τῶν τρωγαλίων, quomodo ab antiquis dicta τραγήματα s. *bellaria*, notant ibidem Schol. Immo eadem ita a Laconibus dicta, auctor est Hesych. v. Τρωγάλια, apud quem alibi, ut hoc præterea notem, κόλλυβα, τρωγάλια. [Cujusmodi verborum Laconicorum magnam copiam congessit et illustravit Valck. ad Theocr. Adon. p. 271. ss. Fisch. Cf. quos de voc. τρωγάλια laudavit Tittmann. ad Zon. ii. p. 1751. Dind.] Idem vero de antiquo voc. hujus τρωγαλίων usu, pro τραγήμασι s. *bellariis*, atque *secundis mensis*, tradidisse libro de temulentia Aristot. tradit Athen. xiv. 641. τρωγάλιον in singulari pro *bellariis* adhibet etiam Clem. Alex. Strom. vi. p. 695. καὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἐφάπτεται φιλοσοφίας, οἷα τρωγάλιόν τι ἐπὶ τῷ δείπνῳ παροψώμενος. Τρωγάλια vero, quod viderunt alii, eadem quæ τρωκτὰ dicuntur

ab Hippocr. quod cruda aut sicca devoratur. Spanh. ἰσχάδια sunt caricæ, ficus aridæ. Nam etiam hoc deminutivum vim primitivi habet (ut 710.), nam 801. 812. dicuntur ἰσχάδες. V. Etym. M. Ἰσχάς. Sæpe autem vocabulis formarum postponuntur vocabula generum, ita ut καὶ τρ. sit i. q. καὶ τἄλλα τρ. (vid. ad 660.). τοῖς θεωμένοις, h. e. τοῖς θεαταῖς. Nam etiam Græci, ut Hebræi, participiis utuntur loco substantivorum. Sic Xen. Mem. iii. 5. 19. οἱ ἐφεστῶτες sunt, qui § 18. dicti sunt οἱ ἐπιστάται. Fisch. θεομένοις Junt. III. Dind. θεωμένοις (vel θεω—) Lib. Burg. Dobr.

799. προβάλλοντ' (sic)· προθέντα.—ἐπαναγκάζειν ἤτοι ἄκοντα παρακινεῖν. Gl. Cod. Par. Schæf. Προβαλόντ'. Non infra lectionem vulgatam posuerim, quod præfert Cod. Dorv. Προβάλλοντ' ἐπὶ τούτοις etc. versiculi numerus utrobique commode procedit: adduntur scholia: Προβάλλοντ'· προτείνοντα. Ἐπὶ τούτοις· τοῖς θεαταῖς. Γελᾶν· ὥστε γελᾶν· intellexit igitur ἐπὶ τούτοις, ob spectatores projectas nugas avide diripientes; quod non probo: neque ratio apparet, cur ante γελᾶν voluerit ὥστε suppleri. Hemst. Utroque modo, sive (ut vulg.) legas προβαλόντ' ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκ. γ. sive cum Dorv. προβάλλοντ' ἐ. τούτοις ἐπ. γ. versum immodulatum existere monuit Hotib. p. 21. Itaque probavit lectionem Cod. Rav. ab Inv. receptam προβαλόντ', ἐπὶ τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν γ. hæc itaque ridere cogere. Ter. Eun. ii. 3. 25. 'Itaque ergo amatur.' Ad q. l. vetus interpres: Itaque, inquit, nemo illas amat. εἰρωνεία est. Hæc Hotib. Cæterum προβαλόντ' non pro προβαλόντι, sed προβαλόντα accipio, qui accus. cohæreat cum ἀναγκάζειν. Dind. Si poeta uxorem Chremyli jussisset bellaria effundere in caput Pluti ante ædes, atque adeo in scena, ipse ea visus esset projici jussisse, ut a spectatoribus corriperentur (800. s.). Nam sæpe facere aliquid dicitur, qui illud facere alterum jubet. ἐπὶ τούτοις (ἰσχαδίοις καὶ τραγήμασι) ἀναγκάζειν s. ἐπαναγκάζειν γελᾶν, risus dare spectatoribus ob bellaria. Nam spectatorum ii, qui bellaria projecta diriperent, ea re risum excitaturi erant cæteris. Notantur autem illi Comici istorum temporum, qui, quum non possent spectatoribus probare ipsas fabulas, servos inducerent bellaria spargentes spectatoribus, ut iis vel hac re excitaretur risus. Fisch. τούτοισι Elb. (cætera haud dubie ut olim vulg.) ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. τούτοισιν. -οις 2. non 1. Pors. τούτοισιν ἐπαναγκάζειν edd. Mss. (τούτοις Arund. 6.) τούτοις ἐπαναγγάζειν 5. Dobr. Ita 1.

β α
προβάλλοντ' ἐπαναγκάζειν γελᾶν ἐπὶ τ. Etiam 2. προβάλλοντ'. Tum τούτοις 1. 2. 3. 4. Id. τούτοις, εἶτ' ἀναγκ. Lib. Burg. Id. Exemplum non invenitur in Comici fabulis incorruptum, ubi terminatio ιν, dativo pluralis secundæ aut primæ declinationis affixa, in iambicis versibus vocali excepta ictu acuatur. Nam hoc versu e Codd. Dorv. et Rav. revocandum ἐπὶ τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν—nec mihi oppones Pac. 249. τοῖσι Μεγαρεῦσιν. aut Lys. 11. ἀνδράσι. aut Avv. 1465. οἷ σίσε ποιήσω—. Reisig.

800. Ms. Arund. [pro olim vulg. δὲ Ξένικος] una voce Δεξίνικος, quod verum puto. Kust. Placet, quod ex Ms. profers, ὡς Δεξίνικος: tamen scabrities quædam aures adhuc offendit, ὡς ἀνίσταθ', ὡς ἁρπασόμενος. Ego sic tentaveram: Εὖ πάνυ λέγεις. Ὁ δὲ Ξένοικος οὑτοσί. Ut Ξένοικος sit viri nomen. Vel sic, quod fortasse omnium verissimum est, Εὖ πάνυ λέγεις· ὄχλος δὲ ξενικὸς οὑτοσί—: Peregrini scil. spectatores, urbanitatis Atticæ ignari, serio rem agi credentes, surrexerant ad rapiendas caricas. Nimirum plerisque festis Athenn. aderant exteri, et præcipue Dionysiis vernis, ad ludos spectandos; quod tum aliunde constat, tum etiam ex Schol. Arist. Acharn. 503. s. ubi Comicus Οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγὼν, ait, Κοὔπω ξένοι πάρεισιν. Quo etiam facit illud Comici Eqq. v. ult. ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν, οὓς ἐλωβᾶθ', οἱ ξένοι. Bent. Hunc locum quin macula quædam contaminarit, minime dubitandum reor. A lectione Cod. Arund. non multum abit Dorv., quamquam ibi labis aliquid culpa librarii videatur adhæsisse: sic enim scriptum præfert: ὡς (ὅτι) δὲ ξίνικος τοῦ. Notatur supra ξ articulus ὁ, ut sit ὁ ξίνικος, quod a corrupta lectione profectum, quia non animadvertebat jungi debere Δεξίνικος. Schol. quid fuerit sequutus, compertum haberemus, si veteris comœdiæ loca, in quibus hic homo irridebatur, adhuc extarent: crediderim tamen, eum quoque Δεξίνικος legisse; nam proprium viri nomen Ξένικος mihi nondum innotuit. [Girard. intellexit peregrinum quemdam et mulieri ignotum virum, qui manibus porrectis partem bellariorum rapturus fuisset. At tum ξένος ponendum erat. Dind.] Etiamsi quod Bent. affert, ingeniosissime cogitatum esse, nullus diffitear; tamen viri summi dubitatio me movit, ut diligentius investigarem, an quid aliud, et fortasse magis adpositum, inveniri posset. Primum quidem mihi sedet, certi hominis, quem Comicus laudat, requiri nomen,

ideoque lubens a scriptis libris Δεξίνικον accipio. Deinde non video, quomodo consistat aut connecti possit ὡς ἀνίσταται, quod vix Græcum est: sententia postulat, Dexinicum istum spe vana deceptum frustra surrexisse, ut spargendas ex consuetudine reliquorum poetarum caricas diriperet. Tentabam igitur, εὖ πάνυ λέγεις· ἄλλως Δεξίνικος οὑτοσὶ 'Ανίσταθ', ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχ. Anapæstus quartæ sedi convenit: ἄλλως autem, i. e. μάτην, quod frequens Arist. 1100. Eq. 11. Pac. 1113. Av. 4. V. Schol. et Duck. ad Thucyd. p. 260, 28. Hemst. ὡς Δεξίνικος οὑτοσί. Sic perspicue membr. et C. optime. In B. δεξήνικος: in meo δεξύνοικος; ducta in utroque superne linea, qua indicatur nomen esse proprium. Vulgo ὡς δὲ Ξένικος οὑτοσὶ, labante versu: nam in Ξένικος, etiamsi nomen esset proprium, media corripi deberet. Gl. in C. ad ὡς, ὅτι: ad viri nomen, διαβάλλει τοῦτον ὡς ἅρπαγα. Optima est et plana sententia, nec quidquam conjecturis opus erat, inter quas duæ sunt, quas metri lex prorsus respuit. Ista Bent. εὖ πάνυ λέγεις· ὄχλος δὲ ξενικὸς οὑτοσί. Clerico, non Bent. dignus senarius, quem dactylus in quarta sede deturpat. Altera Hemst. pejori adhuc malo laborat, quæ creticum habet in quarta sede: εὖ πάνυ λέγεις· ἄλλως Δεξίνικος οὑτοσί. Nomen Δεξίνικος, ex δέχομαι et νίκη compositum, penultimam necessario producit. Atque ista excogitata fuere, ne ὡς bis in duobus continuis versibus conspiceretur, licet diverso sensu: prius enim significat *nam*; alterum *tanquam*. Hoc si vitium esset, nescio quot versus apud Comicum mutandi venirent, qui tamen memini correctione indigere visi sunt, nec revera indigent. ὡς Δεξίνικος οὑτοσί. Sic liquido in hoc etiam cod. scriptum, superducta nomini lineola, proprium esse indicante, cum eadem gl. quam ex alio Cod. protulimus. Brunck. Claudicat metrum [lect. olim vulg.]. Forte εὖ μὲν πάνυ, vel simile quiddam. Pro ὡς δὲ malim ὅς γε, nam id etiam ita frequenter accipitur, ὡς δὲ non memini me ea significatione legere. Duck. ὡς. ὁ 2. et pro v. l. ut puto, 1. ὡς δεξίνικος Sch. marg. B. γρ. ὁ B. inter l. δὲ ξένικος. δὲ ξείνικος A. 1. B. οὑτοσί. οὑτωσὶ 1. Pors. ὡς δὲ ξένικος tres primæ. δεξίνικος Rav. Borg. Arund. ὁ δὲ ξένικος 5. sine ὡς, et in marg. γρ'. ως Sʾ ὅτι: rubrica, ab eo qui gl. Ista valent, γράφεται ὡς, καὶ ὅτι, i. e. "Alii legunt ὡς, quod hic significat ὅτι." Schol. quod ipsum gl. esse videtur, præfixum ὡς δὲ ξένικος. ὡς δὲ ξύνοικος 6. Fluctuat Bent. inter ὡς Δεξίνικος, ὁ δὲ Ξένοικος, et, quod vix credas, ὄχλος δὲ ξενικός.

Post 800. ΧΟΡΟΥ tantum tres primæ. V. Schol. ad 771. *λείπει ᾠδὴ ΧΟΡΟΥ* Pors. Dobr. ὡς δὲ ξύνοικος 1. 2. 3. sed in litura a correctore 2. et primo ξένοικος 3. ὁ δὲ ξύνοικος 4. sed ύ in litura. Id. ὡς δὲ ξενικὸς Ald. Junt. i. ii. iii. ὡς δὲ ξένικος Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Ξύνοικος (pro Ξεν.) Elb. Dind.

801. τὰς ἰσχάδας. τῶν ἰσχάδων Suid. Ms. in v. Pors. Speciosa lectio, v. Acharn. 805. Dobr. Post 801. additur ΧΟΡΟΥ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. In ed. Brunck. additur Χορός. (λείπει ἡ τοῦ χοροῦ ᾠδή.) Nam interea, dum Carion intus est, chorus spectatores detinuit, ut Girard. observat. Id. Post 801. χοροῦ habet 2. Dobr.

802-3. Ὡς ἡδὺ πράττειν λίαν γλυκὺ εὐτυχεῖν. Μηδέν· πρᾶγμα. Ἐξενηνοχόθ' οἴκοθεν· δαπανήσαντα, ἐκβαλόντα ἐκ τῆς οἰκίας. Cod. Dorv. Πρᾶγμα, quod ad explicandum μηδὲν parum confert, per errorem huc delatum arbitror ex superioris versus interpretatione, λίαν γλυκὺ πρᾶγμα εὐτυχεῖν. Comicus idem suadet 806. et Schol. ἡδύ τι ἐστὶ πρᾶγμα etc. Hemst. ἐξενεγκόντ'. Gl. Cod. Par. ἐξαγαγόντα. Schæf. Chr. cum Pluto et uxore et Car. intravit ædes [interea dum chorus canebat]: sed quum instituisset sacrificare diis, quod dives evasisset; Car. qui rebus heri prosperis immutatus fumum lignorum ferre non posset, prodiit foras, et exposuit spectatoribus (hos enim appellat ἄνδρες) Chr. divitias. Fisch. ὡς ἡδύ. Plaut. Capt. iii. 2. [1.] 'Quid est suavius, quam bene rem gerere?' Narrat servus, quantis bonis cumulaverit Plutus Chr. domum. Est autem hic catastrophe dramatis et rerum mutatio. Nam boni deinceps ditescunt, mali ad paupertatem rediguntur, vidente jam Pluto. Berg. πράττειν εὐδαιμόνως est i. q. εὖ πράττειν 783. h. e. πλουτεῖν. Nam divites putantur felices esse. καὶ ταῦτα, *præsertim*, vel etiam, *et quidem, idque*. μηδ. ἐξεν. [Male hoc (ἐξενεγκόντα) pro ἐξενεγκόντι, quod ab ἡδύ ἐστι regatur, accepit Munt. Accusativus ab εὐδ. πράττειν pendet. Dind.] οἴκοθεν, *sine ulla impensa*. Nam qui impensam facit, is effert pecuniam e domo. Unde etiam ἐξοδιάζειν dicitur, qui aliquid *expendit*, erogat, sed εἰσοδιάζειν qui aliquid accipit, redigit. V. Proluss. de Vit. Lex. N. T. p. 179. s. 511. s. Uti poeta videtur Car. jussisse his verbis, quia Plutus 792. s. dixerat, μηδὲν ἐκφέρειν — εἰσφέρειν. Fisch. Illud repetit, quod Plutus dixerat paullo ante, se domum ingrediente nihil exportandum esse, sed importandum. Berg. ἔστ'. ἔστιν 1. Pors.

804. ἀγαθῶν σωρός. Achilles Tatius vi. [c. 4.] ἥκω σοι φέρων ἀγαθῶν σωρόν

Synes. Ep. 94. ἀγαθῶν ἑσμὸν dixit. Berg. σωρός· πλῆθος. Gl. Cod. Par. Schæf.

805. ἐπεισπέπαικεν· σφοδρῶς ἐπεισῆλθε καὶ εἰσπήδησεν. Schæf. ἐπεισπέπαικεν. Locum hunc citat Suid. v. Ἐπεισπέπαικεν et Tho. Mag. v. Παίω. Significat autem ἐπεισπαίειν in locum aliquem irrumpere, vel violenter et non rogatum, vel vocatum aliquo intrare. Sic Athen. i. 7. p. 7. ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκην, *ut qui invocatus ad convivia accederet, Myconiorum in morem.* Puto hanc vocem olim etiam lectam fuisse Eurip. Hec. 1040. ubi hodie legitur ἐπεισπέσωμεν. Nihil certi tamen affirmo, quoniam et vulgata lectio tam per sensum quam metrum illic stare potest. Uti autem ἐπεισπαίειν significat in locum aliquem *irrumpere*; sic διεκπαίειν vel διεκπαίσασθαι per locum aliquem *erumpere*, vel vi sibi viam per locum aliquem facere: cujus vocis nullum in Lexicis vulgatis exemplum afferri video. Dion. Halic. Arch. xi. 17. de Virginio: διεκπαισάμενος δὲ τὰς πύλας (*e portis per vim*, vel *cum impetu, egressus*) ἀνέβη τὸν ἵππον. Iamblichus de vit. Pyth. n. 249. de Archippo et Lyside, ex incendio fuga elapsis: οὗτοι γὰρ τελεώτατοι ὄντες καὶ εὐρωστότατοι διεξεπαίσαντο ἔξω πως. Lucian. in Toxar. p. 74. ed. Amst. [c. 61.] itidem de aliquo loquens, qui ex incendio, quo undique septus erat, evaserat, voc. διεκπαίσας utitur. Apud Polluc. v. 28. δι' οὗ τὴν κεφαλὴν διωθεῖ τὰ θηρία ὡς διεκπαισόμενα. Hodie quidem ap. Poll. legitur διεκπεσόμενα; sed quin illuc scribendum sit διεκπαισόμενα, nullus dubito. Nam a διεκπίπτειν non recte formatur διεκπεσόμενα, sed διεκπεσούμενα: quod proinde edd. quædam præferunt, sed refragantibus Mss. quippe quæ constanter retinent διεκπεσόμενα, ut veteris veræque, quam diximus, lectionis vestigium. Ap. Hesych. et Suid. quoque in serie sua pro διεκπέσαντες legendum esse διεκπαίσαντες, [Add. Tittmann. ad Zon. Lex. t. i. p. 544. s. Toup. Emendd. in Suid. et Hes. iv. p. 227. Dind.] monuimus jam ad Iamblich. V. Pyth. d. l. Kust. Solemni errore Cod. Dorv. Ἐπισπέπεκεν (ἐπεισῆλθεν)· *αι* tamen syllabæ penultimæ manus eadem imposuit. Quod in Apostolio sic scribitur proverbium: Μυκωνίων δίκην ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια, emendatius habet Suid. v. Ἐπεισπέπαικεν. Idem hos binos Comici versus sine nævo protulit, memoriter et ordine turbato Thom. Mag. v. Παίω. Quamvis in Lucian. Symp. p. 850. x. cunctis edd. libri scripti consentiant, ἐπεισέπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, eaque lectio possit defendi, Berg. nihilominus et laudo et sequor, qui, nixus hoc ipso Arist. loco, ἐπεισέπαισεν reddendum statuit ad Alciphr. iii. p. 408. Pondus addit ejus sententiæ, quod modo commemoravi dictum, in illos usurpatum, qui more Myconiorum in convivia invocati irrumpebant. V. Athen. i. p. 7. F. De hoc genere dicam plenius in Adnotatt.: nunc solum labeculam, at quæ viros eruditos hactenus effugit, Hesych. demam: quum enim recte dederit Εἰσπεπαικότες, εἰσπεπηδηκότες, inde non difficulter efficitur, istis Προεισπεπταικότες, προεισελθόντες, ut sana sint, literam esse detrahendam. Hemst. ἐπεισπεπ. *vi se intulit*. Xenarch. ap. Athen. ii. [p. 63. F. Cas. p. 245. t. i. Schweigh.] ἀλάστωρ τ' εἰσπέπαικ' εἰς Πελοπιδῶν ἄστυτος οἶκον, *pestisque nervis languorem afferens ingruit in Pelopidarum domum.* Schol. εἰσεπήδησεν, *insiliit, invasit, irrupit*, ut est in Gl. Schol. addit, κυρίως ἐπὶ στρατείας πολεμίων (*de irruptione hostili*): etiam de illis, qui invocati se ingerunt in convivia, exstat proverbium, Μυκωνίων δίκην εἰσπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια. [De eo vid. Apostol. xiii. 33. et Suid. v. Μυκώνιος γείτων et ibi Kust., et Phav. Fisch.] Dicit ergo Plutum cum suis bonis, tamquam cum hostili exercitu, ipsis ingruisse (Virg. Æn. xii. 628. 'Ingruit Æneas Italis et prælia miscet.'). Hoc vere est, κοπιᾶν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, ut est Avv. 735. *laborare et premi multitudine bonorum.* Ita Chr. paulo ante dicebat, quum multi benevolo animo fricuissent ipsi leviter genua, eos sibi tibias compugisse et contudisse. οὐδ. ἠδικ. duplex est sensus: primo iste; quamvis non læserimus ipsum, nec alium quemquam, tamen tali modo in nos irruit et nos oppressit: deinde et iste; quamvis nemini injuste bona sua abstulerimus, tamen supra modum facti sumus divites: quum alii plerique multa bona possideant, ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι (503.), sive οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι (755.). Lucian. hunc locum imitatus est in Tim. ubi iste dicit, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας (quum nemini fecerim injuriam). Sed ibi alia de causa inique secum agi dicit Timon, si Plutus ipsi obtrudatur invito, nempe quia potiorem ducebat paupertatem divitiis. Berg. Magna urbanitas inest his verbis. Nam exprobratur Athenn. injustitiæ studium, quo pararint divitias. Sed ne offenderentur spectatores, usus est poeta ejusmodi verbis, quæ possent etiam aliter intelligi. Scilicet ut διεκπαίειν dicuntur ii, qui vi sibi viam per locum aliquem faciunt (*ferro iter aperiunt*, Sall.

Cat. 56.), ita *εἰσπαίειν* est, *irrumpere, irruere*, in locum aliquem, vi sibi aditum aperire (act. pro med.), et *ἐπεισπαίειν, irrumpere præter opinionem aliorum*, ut h. l. et in prov. *Μυκωνίων δίκην κ. τ. λ. σωρὸς* videtur fuisse militare verbum de *globo armatorum*; ita ut sensus sit: *globus bonorum*, tamquam fortium militum, *irruit nobis nec opinantibus in ædes, quum tamen nos nec ipsum nec alium læserimus:* [Est potius universe: quum nullam injuriam, nullum improbe factum commiserimus. Dind.] quæ sententia nihili magnopere habet, quo spectatores offendat, etsi *οὐδ. ἠδικ.* (h. e. *χρηστοῖς*) ita, ut nihil rapuerint, neminem fraudarint, etc. per se satis acerbe dictum videri poterat. Hæc igitur acerbitas mitiganda erat verborum dulcedine. Fisch. *οὐδὲν* 1. 2. 3. 4. Gl. 3. *ἄνθρωπον*, quasi fuisset *οὐδένʼ*. Dobr.

806. *οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμα δή.* 'Versus *ἀδιανόητος*,' inquit Schol. 'aut refer ad superiora illa, *καὶ τ. μηδ. ἐξεν. οἴκοθεν*.' Flo. hic pessime verba luxarunt; nam voluit, opinor, Schol. h. l. versiculum illum sine sensu esse, commodius autem collocari posse post actus hujus vers. secundum. Meo quidem judicio ejiciendus est potius: nam in utrovis loco importunam parenthesin facit, et currentem sententiam sufflaminat. Bent. *Οὕτω* etc. Iambus, inquit Schol. *ἀδιανόητος*· non quidem plane sensu carens; quid enim est hoc versu ad intelligendum expeditius? sed qui cum serie totius orationis in concordiam redigi nequeat. Parum forte grammatici auctoritate moveremur, nisi magni Bent. judicium accederet, ejiciendum esse censentis. Neque inficiamur, in quamcunque partem scripturam vulgarem vertas, hæc vera videri. Quid si tamen ita leni mutatione conformari possit, ut locum commode tueatur? nihil erit, opinor, quod quantumvis rigido exactori displiceat, dummodo refingas, *Ὄντως τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι, Est enimvero divitem esse sine controversia res jucundissima.* Præ gaudio iterum inculcat Car. quod jam initio dicere inceperat 802. et, ne se quicquam absurdi dixisse quis putet, mox enumerare adgreditur, quanta ex possessione divitiarum ad rem familiarem commoda redundent. *Ὄντως* autem Aristoph. satis usitatum 286. 289. 960. quam sæpe vero culpa librariorum abierit in *οὕτω* vel *οὕτως*, pluribus exemplis ostendi posset: nunc tantum moneo, in Divi Pauli ad Philipp. ep. iii. 17. pro *οὕτω περιπατοῦντας*, teste Beza, Claromontanum et alium Cod. exhibere *ὄντως*· quam variationem nescio quo pacto Millius omisit. Porro caput hujus versiculi insignivit Cod. Dorv. prænotato *Γνώμη*· tum *Τὸ πλουτεῖν*· *ἤγουν ὁ πλοῦτος*. *Ἡδὺ*· *εὐφραντόν*. Hemst. *οὕτως* ironice; tam suave est, ut fere pereamus. Berg. *οὕτω* relationem habet ad sequentia, *ἡ μὲν σιπύη*. Explicat enim in quo consistat *τὸ ἡδὺ* divitiarum. Concipi debet quasi scriptum esset, *ὥστε ἡ μ. σιπύη*. Reisk. *οὕτω* tam subito et sine ullius injuria. Munt. Ut Berg. interpretationi adversatur reliqua servi oratio, etiam ordo et natura verborum (nam *οὕτω* conjungi cum *ἡδὺ* non potest, cum non *οὕ. ἡ. πρ.* sed *οὕ ἡ. π. τι*, h. e. *ἥδιστον*, dictum sit); ita nec Bent. et Hemst. sententiæ probari possunt. Immo iste versiculus, qui a nullo cod. abest, commodissimum parit sensum, dummodo meminerimus *οὕτω* pertinere ad vv. *οὐδ. ἠδ.* et *τι* positivis additum esse i. q. *μάλα, πάνυ*. Gratuitæ, inquit, divitiæ suaves sunt et jucundæ, quales nobis contigerunt, sine ulla cujuspiam injuria. Bene partæ opes et divitiæ sunt suavissimæ et jucundissimæ. Jam instituit enumerare singulas partes opum heri, ita tamen ut oratio servi persona digna reperiatur. Fisch. Versum hunc tamquam parallelum primo Car. versui librarius olim margini adscripserat, unde ab alio in textum fuit illatus. Merito eum expunxit Bent. Alibi observavi solitos olim fuisse librarios in Codd. margine versus, qui sententias continerent scribere, præfixo lemmate *γνώμη*, horumque versuum complures maxime in scenicorum scriptis in textum postea intrusos fuisse, quod hic accidisse, jamdudum mihi fuit persuasum. Ecce vero manifestum interpolationis indicium ostendit cod. C. In eo versus in lineas non sunt distincti, sed, tamquam si soluta esset oratio, continuata scriptura est, cujus specimen hic subjicio: *ἐπεισπέπαικεν οὐδὲν ἠδικη | κόσιν· Γνωʼ οὕτω τὸ πλουτεῖν, ἡδύ ἐστι | πρᾶγμά που. ἡ μὲν γὰρ σιπύη.* Vides librarium non solum marginalem versum, sed etiam illius lemma in contextus seriem intulisse. In meo et in B. idem lemma versui præfixum est. Ceterum in eo versu tres Reg. habent *πρᾶγμά που*. Brunck. qui versum delevit, recte, opinor, quia vel aliunde petita, vel ex ingenio interpretis cujusdam profecta, gnome hic valde friget numerisque commodis destituitur, mature tamen textis illata videtur e margine. Dind. *οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν* (quod male in ed. Lips. excidit) *ἡδὺ πρᾶγμά τι* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Id. *τι. του* A. 1. 2. B. Pors. *οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι* tres pri-

na, et Arund. 6. ut puto, certe πρᾶγμά τι ambo. πρᾶγμά που 5. Borg. Par. 2827. πρᾶγμα δὴ Rav. et Lib. Burg. ἐστιν om. ed. Inv. Versum damnat Bent., obsecutis Brunck. et Pors. Quod hic proponit, ὄντως, forsan ita verum est, ut exstiterit aliquando Schol. ad 802. ὄντως ἡδὺ πρᾶγμά ἐστι τὸ πλουτεῖν, unde fluxerit noster senarius. Sed non premenda est Boiss. mei sententia. "Quam adfert rationem Brunck. e scriptura codicis C. est absona, nihilque facit ad rem." Nempe ex eo quod in C. versui præfixum est Γ νω" i. e. γνωμικόν. Quo sane nil potuit dici futilius. "Equidem versum cum reliquis optime cohærere reor. Difficultas est in οὕτω, quod non ceperunt eximii editores. ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν | ἐπεισπέπαικεν ΟΥΔΕΝ ΗΔΙΚΗΚΟΣΙΝ | ΟΥΤΩ τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι. Nihil planius. οὕτω, nempe, *cum nihil feceris injusti*, divitiis pollere res est jucunda: sed illis qui sibi consciunt mali aliquid, τὸ πλουτεῖν ἀνιαρὸν ἐστι πρᾶγμά τι." Hactenus vir egregius, in literis ad me scriptis. Boiss. suam sententiam protulerat, Mss. du Roi x. p. 296. [Cf. indic. in Comment. vol. vi. p. 571. Dind.] Dobr. τι 1. 2. 4. που 3. et ἐστιν primo —ω om. præf. γν 1. 4. Id. σιπύη. Gl. Cod. Par. ἡ κοινῶς ἄρκλα. V. Ducang. Glossar. c. 118.—λευκῶν· καθαρῶν. Schæf. Σιπύη· Ἡ ἀρτοθήκη. Ἀλφίτων· σεμιδαλίων. Cod. Dorv. Ut σιπύην illustrarent, hunc locum Aristoph. adtulerunt H. Steph. Ind. Thes. L. Gr. Jungerm. ad Poll. x. 131. Jo. Meurs. Lect. Att. iv. 8. Hemst. Σιπύη. Eqq. 1294. ἀπὸ σιπύης, ubi Schol. ἀρτοθήκης. Harpocr. tradit esse σιτηρὸν ἀγγεῖον, *vas ad frumentum recondendum*, eamque vocem sæpe exstare ap. vett. Comicos, Eupolin et Aristoph. in Telmessensibus. Spanh. σιπύη est *farinarium*, arca farinaria, vas, in quo farina reconditur et asservatur, id quod attributum satis docet. λευκὰ ἄλφιτα est *flos farinæ*, farina siliginea, simila. σιπύην Suid. et Etym. M. interpretantur per ἀρτοθήκην, quasi σιτοθήκην, quod farinam tegat et claudat. V. Harpocr. v. Σιπύα, Hes. in Σιπύη (ubi recte viri docti pro σιδηροῦν correxerunt σιτηρόν). Cæterum in epigr. quod Suid. attulit, *divites* dicuntur ἐυσίπυοι, *pauperes* ἀσίπυοι. Fisch. μεστή 'στιν Elb. Dind. ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι. ἡ μ. γὰρ σ. 2. non 1. B. μεστή τις Suid. Ms. σιπύη. Pors. μὲν γὰρ C. et forsan alii, certe 5. Hac respicit Alciphr. iii. 14. Dobr. ἡ γὰρ σ. — λ. καὶ ἀλ. 2. Id.

807. Ἀμφορῆς. Ἀμφορεῖς. τὰ μαγαρικὰ Cod. Dorv. In ejusmodi pluralibus genuinam veteris Atticismi formam, quo sunt antiquiores libri, eo fidelius observant; vix tamen ita constanter, ut ab ea nunquam deflectant, quod ex Thucydidis Cod. est manifestum. Habemus Aristoph. fabulas, alteram inscriptam Ἱππεῖς, alteram Ἀχαρνῆς, de quo monuit etiam H. Steph. in Lib. de Dial. p. 13. 30. non aliam, opinor, ob causam, nisi quod rariore usu trita vox Ἀχαρνῆς facilius, ne violaretur, absterruit librarios, quam, qui omnium in calamis atque ore quotidie versabantur, Ἱππεῖς· in ipsa tamen comœdia ἱππῆς plus una vice reperies. Verum, qui propius ætatem nostram manu descripti sunt libri, priscam illam terminationis Atticæ consuetudinem prorsus floccifaciunt. Sic noster ille Cod. quod editur in Nub. 1205. ἀμφορῆς νενασμένοι, non secus ac Vat. clare præfert, ἀμφορεῖς (τὰ μαγαρικὰ) νενησμένοι· (πεπληρωμένοι) cum quibus Suid. in Ἀμφορεῖς et Νενημένην, ut monitum a Kust. conspirat: sed eo de loco quæ poterant observari, nunc proferre tempus non est. At μαγαρικὰ, quæ præbet Interpres Dorv., melius, si rationem, non usum loquendi spectes, μεγαρικὰ scribuntur in Gl. Mss. ad Plut. Aristoph. et ad Nub. ἀμφορεῖς νενησμένοι, μεγαρικὰ σεσωρευμένα, apud Car. Ducang. in Gl. M. et I. Gr. oritur enim istud vocabulum a Megarensibus, quorum opera fictilia fuerunt in pretio: hinc τὰ Μεγαρέων κεράμια memorantur a Synes. p. 77. c. et Μεγαρικὰ πιθάκνια ab Eubulo apud Athen. i. p. 28. d. recte Suid. Ἀμφορεὺς, ἀγγεῖον, μέτρον, κεράμιον Μεγαρικόν· quæ eum in modum Latine redduntur, ut Interpretem facile appareat verborum ordinem voluisse mutari: tu, nisi decipi velis, ducem errantem ne fueris secutus. Mercatores vero, ut hominum illud genus esse solet plerumque literarum ac politæ dictionis expers, prave primam in hac voce syllabam efferebant per α. En testem locupletem Steph. in Μέγαρα, qui morem illum pronunciandi corruptum reprehendit: οὕτω δὲ καὶ τοὺς Μεγαρικοὺς κεράμους διὰ τοῦ ε χρὴ λέγειν, οὐ διὰ τοῦ α, ὡς οἱ ἔμποροι τὴν ἄρχουσαν παραφθείροντες. Idem accidisse novimus in μέγαρον et μάγαρον, quod tamen grammaticorum notam effugit: quin Æl. Dionys. μάγαρον tantummodo scribi præcepit, non μέγαρον, si designandum veniat penetrale illud, in quo mystica sacra reconduntur: Eustath. ad Od. A. p. 1387. v. 18. Apud Hesych. invenio, Μαγαρίσκος, πιναkίσκος· quod dubito, an ab eadem origine

pendeat: id quidem non dubito, paullo corruptius alio loco legi, *Μαργαρίσκον, πινακίσκον*. Nisi forma vocis utrobique constaret, reponi maluissem *Μαγαρικός*. *πίνακες* autem et *πινακίσκοι* non lignei tantum, sed et fictiles. Hemst. Ἀμφορεὺς s. ἀμφιφορεὺς fuit mensura liquidorum, vas dolium, fictile utrinque ansatum, quod caperet apud Atticos sextarios LXXII. vel ex aliorum sententia XXXVI. Sed prior ratio confirmatur plurium grammaticorum et scriptt. vett. auctoritate. Mœr. [p. 45.] et Thom. Mag. [p. 44.] præcipiunt esse vocab. Atticum pro quo alii scriptores usurparint voc. *μετρητής*· quo in numero sunt LXX. 2. Parr. 4. 5. et Joh. ii. 6. ubi *μετρητὴς* respondet Hebr. *bath*, quod auctore Josepho Arch. viii. 2. cepit sextarios 72.: et *μετρητὴς* totidem, auctore Schol. Nicandri, cujus verba laudat Eisenschmid. p. 80. Ad ἀμφ'. subintell. *μεστοί εἰσιν*. Fisch. ἀμφορῆς bene Ald. edidit. Perperam in iv. codd. scriptum ἀμφορεῖς. Brunck. ἀμφορεῖς et mox ἀνθοσίμου Elb. — ῆς Inv. Dind. ἀμφορῆς. -εῖς 1. 2. B. Pors. ρεῖς 1. 2. 3. 4. Gl. 2. τὰ μεγαρικά. Dobr. ἀμφορεῖς (sic). Gl. Cod. Par. *τὰ μαγαρικά.—ἀνθοσμίου· εὐώδους, μοσχάτου*. Μόσχατος adde Gl. Ducang. Schæf. *οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου*. Sic Pherecr. ap. Athen. vi. p. 269. *πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου*, *plenos calices atro et odorato vino:* et infra Ran. 1182. *Διόνυσε, πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν*. Ad quem Comici locum respexit Erot. Lex. Hippocr. *οἶνος ἀνθοσμίας· εὐώδης καὶ ἡδὺς, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις*. Sed pro hac postrema fabula dicendum fuerat Ἐκκλησιαζούσαις, ubi legitur 1116. *Ἐκλεγομένας, ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ* (juxta Tan. Fabrum: *vinum illud eligens quod maxime odoratum est*), aut ἐν Πλούτῳ, respectu ad h. l. in quo *οἴνου ἀνθ.* fit mentio, non vero in Θεσμοφορ. Præstantissimum scilicet habebatur apud vett. *vinum* id genus *fragrans*, seu *οἶνος ἀνθοσμίας* inde dictus. Unde etiam Aristid. p. 447. t. i. Orat. in Æsculapii puteum, præ cujus aqua quævis alia sordeat, ut si quis, quod addit, post vinum fragrans vappam bibat, *οἷα εἴ τις μετὰ ἀνθοσμίαν τῶν ἐξεστηκότων τινὰ πίνοι*. Hinc Greg. Naz. Or. 38. p. 614. *μὴ τιμήσωμεν τοὺς οἴνους τοὺς ἀνθοσμίας*. Quale Byblium in Phœnicia præ aliis laudatur ab Achille Tatio ii. p. 67. (Salmas.), quodque ut Lesbio magis fragrans, sed gustu inferius ap. Athen. i. p. 29. tradit Aristocr. ubi præterea de fragrantibus id genus vinis consuli possunt Hermippi Comici versus. Quomodo ap. Theophr. vinum ad imbibendos odores accommodatissimum haud uno loco *ἀνθοσμίας* dicitur, ut de Causs. Pl. vi. 28. et de Odorib. p. 443., in quo postremo loco tradit, quomodo fiant *vina* illa *fragrantia* s. *ἀνθοσμίαι*, nempe vel unguenta vinis illis infundendo vel injiciendo aromata. *Μέλαν* autem s. *nigrum*, quale hic dicitur, *vinum* hoc fragrans, quod attinet, illud ab Hom. laudari dicique subinde *αἴθοπα* tradit Athen. i. p. 26. additque tale *vinum nigrum* apud Chios primum exstitisse. Atticam vero vocem esse *ἀνθοσμίαν* docet Eumœr. Ms. in dictionibus Atticis: *Ἀνθοσμίαν, Ἀττικῶς· ἔμπνουν, Ἑλληνικῶς*. Unde emendandus continuo in hoc voc. Hesych. *ἀνθοσμίας, οἶνος ἔμπνους* (non, ut ibi legitur, *εὔπνους*) *ἢ ἄνθος ἔχων*. Ἐμπνεῖ nempe verbum apud eumdem Hes., *ἐρᾷ μου, ποθεῖ μου*, et ap. Plutarch., ut hoc præterea notem, in Agide et Cleom. p. 805. traditur, *ἐμπνεῖσθαι* a Laconibus de iis dici, qui puerorum se (honeste quidem ac pudice, ut aliunde, seu et Laconum ap. Xen. et alibi Plutarch. ea in re moribus ac institutis liquet) amatores profitebantur. Unde *οἶνος ἔμπνους* s. *ἀνθοσμίας* idem qui *amabilis s. suavem odorem spirans*, pro nativa illarum vocum significatione debet intelligi. Spanh. Ἀνθοσμίου· Εὐώδους Cod. Dorv. Eandem vocem ad explicandam *ἀνθοσμίαν* adhibuit Schol. ad Ran. 1181. et ex eo Suid. apte quidem, ut ostendit Hippocr. utramque conjungens *περὶ Ἀφόρ.* p. 680. *ὁ δὲ οἶνος ἔστω ἀνθοσμίας ὡς εὐωδέστατος*. Atticis tanquam proprium adscribit Mœr. *Ἀνθοσμίαν, Ἀττικῶς· εὔπνουν, Ἑλληνικῶς·* sic enim recte, quod in Ms. legebatur *ἔμπνουν*, edi jussit Hudson. Præpostera via Vir Illustr. Ez. Spanh. non tantum pravam lectionem retinuit, sed et Hesych. in quo nihil erat vitii, ex ea continuo conatus fuit emendare: ne dicam, quæ de verbo *ἐμπνεῖν* huc adferuntur, prorsus aliena videri. In Polluce vero ii. 77. revocandum esse, quod culpa descriptorum periit, vocabulum *εὔπνους* hoc modo, *καὶ οἶνος ἀνθοσμίας, εὔπνους, εὐώδης*, facile mihi largietur, qui ad ea, quæ præcedunt, attenderit. Nunquam, si bene memini, Dioscor. habet *ἀνθοσμίαν* at sæpius *οἶνον εὐώδη, εὔπνουν, εὔοδμον*, vel *εὔοσμον* quod ultimum a Tho. Mag. quasi deterioris notæ, rejicitur: *Ἀνθοσμίας οἶνος, οὐκ εὔοσμος* Brod. Miscell. v. 26. *emenda*, inquit, *ὁ εὔοσμος, τουτέστιν. εὐώδης*· gratiam facimus eruditissimo viro ejus emendationis, quæ cum Tho. instituto minime consentit. Hemst. *Οἶνος μέλας* est *vinum nigrum, rubellum, rubens* (sanguis uvarum, ut

Gen. xlix. 11. dicitur), Hor. Epod. iv. 20. 'uva certans purpuræ,' Ovid. A. A. ii. 316. 'merum purpureum,' Hom. hoc vinum et ipse vocat οἶνον μέλανα Od. E. 265. sed Od. I. 163. οἶνον ἐρυθρόν. Jam vinum hoc est generosum et austerum, quod quum delicata Athenn. palata fastidirent et respuerent, condire illud et mitigare solebant succis variorum florum: quod vinum ab Atticis dictum est ἀνθοσμίας οἶνος, a reliquis Græcis οἶνος εὔπνους, εὔοσμος, ἡδύς. V. Foes. Lex. Hipp. v. Ἀνθίνῳ οἴνῳ, Albert. ad Hes. i. p. 381. A Virg. Georg. iv. 279. dicitur 'odoratus Bacchus.' De variis vini condiendi modis v. Geopon. vii. 13. Varia vinorum genera persequitur Athen. i. 19. ss. qui etiam c. 24. p. 31. s. exponit de modis parandi vini ἀνθοσμίου. Fisch.

808-9. χρυσίου. τοσοῦτον Gl. Cod. Par. Schæf. Cod. Dorv. σκευάρια· σενδούκια. V. not. ad 711. πλήρη· γεγεμισμένα. Hemst. ἀργύριον et χρυσίον sunt nummi argentei et aurei. Ita enim singulari horum verborum utuntur veteres de argento et auro signato. v. 131. 519. σκευάρια h. e. σκεύη (nam deminut. habet vim primitivi, ut 813. s.) relata ad domum omnino utensilia, supellex: sed h. l. prædicatum docet, intelligi arcas, loculos, scrinia. Fisch. Urget deminutivum Girard. et ad curtam supellectilem, quæ antea Car. fuerit, refert. Dind. πλήρηστιν Ald. Junt. i. Crat. Ven. ii. Wech. Id.

810-11. Totum locum de insigni rerum mutatione accipit Girard. "oleum tam nobis abundat, quam olim aqua, et unguenta, quantumvis pretiosa, non pluris apud nos sunt, quam antehac oleum." Hyperbolice dicta esse censet Munt. Dind. φρέαρ fere est puteus, locus defossus, in quo colligatur aqua fontana, et e quo, situlæ ope, hauriri possit, unde ὕδωρ φρεατιαῖον est aqua puteana, et φρέαρ atque πηγή, ut verba idem significantia, juncta exstant Joh. iv. 6. 11. Differt φρέαρ a λάκκῳ, qui est locus in terra excavatus, quo aqua pluvialis excipiatur, Herod. iv. 195. unde ὕδωρ λακκαῖον, aqua cisternina, v. Apollodor. Gelous Athen. iii. 24. p. 125. cujus in versiculis distinguitur ὁ τοῦ λάκκου κάδος et ὁ τοῦ φρέατος κάδος, sed h. l. attributum docet, intelligi lacum olearium, quo oleum excipitur; qui etsi λάκκος potius dicendus erat, tamen etiam Luc. xiv. 5. φρέαρ legitur de λάκκῳ, v. Ex. xxi. 33. φρέαρ et λάκκος sunt loca in terra excavata. Sic cisterna vini est lacus vini, Ulpian. D. 47. tit. 2. l. 21. § 5. Nam etsi poeta videri possit servum jussisse jocari, qui, ut ostentaret heri divitias, diceret cisternam adeo plenam esse oleo: tamen hæc ratio omnium minime est probabilis, tum quia naturæ rerum repugnat, tum quia Carion nec alibi vocabula rerum permutavit. Divites homines tum oleo utebantur maxime in balneis et gymnasiis. Quia unguenta componuntur etiam ex variis oleis (v. Eschenbach. de unctt. gentilium c. 1.), et divites unguentis maxime utebantur in conviviis, idcirco oleo Carion adjungit unguenta. αἱ λήκυθοι sunt Lat. ampullæ, vasa variæ materiæ, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate (figura lecythi est ap. Eschenb. p. 483, 3.). Erant aliæ λήκυθοι ἐλαιηραί, (Poll. x. 62.) ampullæ oleariæ, quibus utebantur maxime in balneis et palæstris (Hom. Od. Z. 79. Theophr. Char. xvi. 1.), aliæ λήκυθοι μυρηραί, (Poll. vi. 105.) ampullæ unguentariæ, quibus utebantur in conviviis. V. Hes. Ita h. l. Ὑπερῷος arbitror cum L. Bos. ad Act. i. 13. esse proprie adjectivum, ductum ab ὑπερὸς, et significare superum, supernum. Sed τὸ ὑπερῷον (intell. οἴκημα) dicitur ut ἀνώγαιον 1. superior ædium contignatio, 2. conclave, cella, in superiore ædium parte, quævis: quæ conclavia a Latinis vocantur cœnacula. V. Vitringa Synag. i. 1. 6. p. 148. s. H. l. e prædicato ἰσχάδων γέμει recte existimatur, τὸ ὑπερῷον esse promtuarium, cellam penariam, in qua bellaria, ideoque caricæ, repositæ fuerint (768.). Gl. τὸ στέγος. V. Hes. v. στέγος. Fisch. λήκυθοι. τὰ βάγια, τὰ ἐλαιοδόχα ἀγγεῖα. Gl. Cod. Par. De v. βάγιον cf. Ducang. Gl. c. 1304. et Append. c. 164. Schæf. Τὸ φρέαρ· τὸ πηγάδιον. Adi Car. Ducang. Gloss. M. et I. Gr. in Πηγάδη. Αἱ λήκυθοι· τὰ ἐλαιοδόχα ἀγγεῖα. Τὸ ὑπερῷον· τὸ τέγος. Hesych. Τέγεα, vel, Τέγη, οἱ ὑπερῷοι οἶκοι· et, Τέγος . . . ὑπερῷον. Ἰσχάδων· συκῶν Cod. Dorv. qui præterea γέμουσιν habet. Hemst. ὑπερῷον· τέγος. — ἰσχάδων· σύκων. Gl. Cod. Par. Schæf. ὑπερῷον Ald. ὑπερῶον Pors. Dobr.

812. ὀξίς· ἄγγος ὄξους δεκτικόν.—λοπάδιον· ὁ λεγόμενος κουρελός. Gl. Cod. Par. Schæf. Ὀξὶς etc. Locus hic adducitur ab Athen. vi. 3. p. 229. Suida v. Ὀξὶς, et Tho. M. v. Λοπάδιον. Kust. Ὀξὶς etc. Præter eos, quos Kust. indicavit, hic Comici locus est prolatus a Schol. Lucian. ad libellum de modo historiæ conscribendæ p. 703. Λοπάσι· Λοπὰς, τὸ βρῶμα· καὶ ἡ περικειμένη ἔξωθεν τοῦ κρομύου λεπὶς, ὥς τινες φασί. Σὺ δὲ μέμνησο Ἀριστοφάνους λέγοντος, Ὀξὶς δὲ πᾶσα, καὶ λοπάδιον, καὶ χύτρα Χαλκῆ γέγονεν - - - ita legendum. Prior explicatio a Polluce vi.

51. vel alio grammatico, qui idem notaverat, est ducta: alteram error peperit, natus ex confusis, quæ multum significatione distant, duabus vocibus λοπὰς et λοπὸς, quod liquidum erit adpositis Hom. verbis Od. T. 133. Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο· neutro genere sunt, qui legerint, Οἷόν τε vel Οἷον δὲ κρομύοιο λόπος etc. Ὁ λοπὸς igitur, in qua voce vid. Suid. sive τὸ λόπος est exterior allii tunica. Γέγονεν, ut hic Schol. habet itidem Suid. in Ὀξίς. Nunc promere juvat C. Dorv. interpretationes: Ὀξίς. τὸ τοῦ ὄξους ἀγγεῖον. Λοπάδιον· ὁ κουρελός· nulla alia, quam Gl. ad Aristoph. Plut. Mss. auctoritate vocabulum hocce munivit Car. Ducang. Χύτρα· τζυκάλιον· de quo dictum est ad 682. Πινακίσκους· τὰ σκουτέλια· variis indutum formis exhibet Ducang. in Gl. M. et I. Gr. cujus et alterum Gl. est consulendum. A *scuto scutulam* et *scutellam*, item *scutulum* et *scutellum* derivari, tam mihi planum videtur, atque in aperto positum, ut mirari satis nequeam, qui Salmas. supra omnes eruditos artis etymologicæ scientissimus, primæ syllabæ quantitate, eaque, saltem apud recentiores, minime constante, fuerit inductus, ut ad *scutram*, σχύθραν, confugeret; a qua si maxime *scutellum* et *scutella* possint oriri, *scutula* certe vel *scutulum* vix, aut omnino non poterunt: hæc tamen ad Vopisc. Carin. p. 861. tradenti summo viro multi fuerunt, qui statim sine ulla dubitatione subscriberent, interque eos Doctiss. De Casa Nova Orig. Ling. Franc. in v. Ecuelle, quæ non minus atque alia nostro Belgarum ore tritissima vox a *scutellis* fluxit. Hemst. ὀξὶς quod etiam ὀξύβαφον dicitur *acetabulum*, vas in quo acetum et asservatur et in mensa apponitur, quod cepit auctore Plin. H. N. xxi. 34. quartam partem heminæ s. dimidii sextarii, v. præter Schol., Etym. M., Hes. Mœr. [p. 281.] Acetum ipsum Attici fere μέλι dixerunt. Nam, quæ est observatio Helladii Chrestom. p. 22. Meurs. τὸ μὴ λέγειν δύσφημα, πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. Λοπάδιον idem est quod primit. λοπὰς, *patina*, *patella*, *sartago*, vas in quo friguntur, assantur, obsonia, patens et amplum superne, sed in angustum desinens. Schol. vet. Hes. Pollux vi. 88. λοπὰς et χύτρα (de quo ad 688.) conjunguntur etiam Theophr. x. 2. qui locus et Pollux x. 122. docent, Athenienses fere usos esse acetabulis, patinis, et ollis *fictilibus*, sed ex iis, quæ Carion dicit, intelligitur, divites habuisse ea ex ære. χαλκῆ γέγονεν h. e. ἐστι, De forma χαλκοῦς, χαλκῆ, v. Mœr. et Phryn. p. 88. Theophr. locus docet, non omnino audiendum esse Tho. Mag. qui λοπάδιον, inquit, οὐχὶ λοπάς. πᾶσα, *omnes*. Nam sing. collective positus est. Fisch. Acetabula dicit esse facta ærea. Atqui melius erat, alias res in æs conferri, quibus ex ære factis uti possumus; nam acetabula statim æruginem s. rubiginem æream contrahunt, si sint ex ære facta et infundatur acetum. Paullo post etiam dicit τὸν ἴπνον esse factum eburneum; per quam vocem sive *furnum* intelligat sive *laternam* (nam utrumque illa significat), non nimiam felicitatem prædicat; nam et furnus utilior est cæmentitius aut ferreus, et laterna cornea pellucidior. Etiam puteum *oleo* impletum esse dicit; aqua ergo aliunde quærenda erit. Videtur alludere ad fabulam Midæ, cui omnia in aurum convertebantur, etiam quæ minime voluisset, cibus et potus. Berg. Mea quidem sententia, non adeo difficile intellectu est, cur ærea hæc dicantur. Eleganter poeta inducit servum, præ gaudio vix sui compotem, qui divitiarum enarrans copiam vel omnia in majus extollit, vel aureorum montium improviso adspectu adeo delirat, ut confuse loquatur, et res minus inter se convenientes conjungat atque cuncta commisceat. Munt. Ænea dicit, vel quia pulchra et splendida innuit, vel quia metallum hoc rubiginis expers est et a firmitate commendatur. Illud notum, veteres æneis poculis esse usos. Girard.

813. χαλκῆ 2. 3. 4. (Mox ἀργυροῦς 3. 4. et m. pr. 2. οὖς 1. et corr. 2.) σιδηροῦς 3. Dobr. Τοὺς ἰχθυηρούς· τοὺς ἰχθύας δεχομένους· in Telmissensibus etiam πινακίσκον ἰχθυηρὸν usurpavit Aristoph. ut novimus ex Poll. x. 82. ubi Jungerm. et Kuhn. hic locus non fugit. Hemst. πινακίσκοι idem est quod πίνακες. Dicuntur autem ita 1. *tabulæ*, 2. *vasa*, non admodum profunda, sed *plana* cum margine mediocri, quadrata vel oblonga, in quibus apponuntur *carnes* (Etym. M. v. Πίναξ), pisces, aliave obsonia, ut Odyss. A. 14 Matth. xiv. 8. Marc. vi. 25. 28. etiam *disci*, *orbes*, ut 997. V. Tho. M. [p. 71 Schol. Dorv. τὰ σκουτέλια, *scutellæ*. G vett. πινάκιον, catinus, scutella. Cati ita legitur Hor. Sat. ii. 4. 77. πινακίσ ἰχθυηροὶ sunt *scutræ*, *scutellæ piscariæ*, quibus pisces vel elixantur vel apponuntur, quarum hæ ἄπυροι, illæ ἔμπυροι πινακίσκοι dicuntur. V. Pollux 82. Nam adjectiva in ηρος desinent non modo multitudinem indicant, ut ἀστηρὸς, sed etiam aptabilitatem, ut σιτηρὸς, οἰνηρὸς, μελιτηρὸς, et alia. H.

intelligi *catinos*, in quibus pisces apponuntur, e verbis ἀργ. πάρεσθ' ὁρᾶν patet. Fisch. τοὺς σαπροὺς. Sic habent omnes, quas vidi, edd. At videndum tamen, annon Aristoph. potius scripserit τοὺς σαθροὺς? Nam σαπρὸς potissimum dici solet de rebus putredine corruptis et ideo malum odorem vel saporem habentibus; ut σαπρὸν κρέας, σαπροὶ ἰχθύες, etc. At σαθρὸν proprie dicitur de vestimentis, vasis et similibus, quæ vetustate vel usu ita attrita et confecta sunt, ut facile rumpi vel frangi vel lacerari possint, ut σαθρὰ ὑποδήματα Lucian. Necyom. p. 337: et Catapl. p. 427. σαθρὸν βαλάντιον ap. eund. in Dial. Crat. et Diog. fin. σαθρὸν τεῖχος ap. eund. de Calumn. p. 422. ἀγγεῖα σαθρὰ Schol. Arist. Ran. 78. ut alia exempla passim obvia omittam. Quoniam tamen σαπρὸν eodem sensu, quo σαθρὸν et alibi usurpatum reperio (ut Arrian. in Epict. ii. 4. σαπρὸν σκευάριον, itemque apud nostrum σαπρὸς φορμὸς, σαπρὸν σχοινίον etc.) nihil hic mutandum censeo, sed sic potius statuo, omnia σαθρὰ etiam dici posse σαπρὰ, at non vice versa. Kust. σαπροὶ vocantur, vel quia erant *impuri, immundi, fœdi*, vel quia usu ita *attriti* erant, ut timendum esset, ne frangerentur vel dilaberentur. Nam σαπρὸν propr. est *putre*, 2. *vetustate vel usu corruptum*, 3. *quidquid est ejusmodi, ut non præstet usum, ad quem comparatum est* (v. ad 542.). πάρεσθ' ὁρᾶν, *licet videre*. Fisch. τοὺς σαπροὺς. Cod. σαθρούς. Has voces sæpissime commutari notum est. Brunck.

815. ἰχθυηρούς· τοὺς ἐπιτηδείους εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων. Gl. Cod. Par. Schæf. ἰχθυηρούς. η om. 1. non 2. Pors. ἰχθυροὺς sic 2. Dobr. ἀργυροῦς Crat. Ven. i. ii. Brub. Raph. Dind. ἰπνός. Hanc lectionem non solum agnoscit Schol. Græcus, sed etiam Suid. v. Ἴπνια et Athen. vi. 3. p. 229. At Pollux x. 155. ad locum hunc respiciens pro ἰπνὸν legit ἶπον vel εἶπον, i. e *muscipulam*. Ait enim: Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ, εἶπον (ante male legebatur εἰπὼν) τὴν μυάγραν καλεῖ. Hanc lectionem vulgatæ præfert Bent. ad Fragm. Call. 233. quippe censens, sententiam loci hujus plus satis Comici et plus ridiculi in se habituram. At vulgatam tuetur Lamb. Bos. Obs. Misc. c. 8. p. 46. s. existimans nimirum, lectionem Pollucis, alteram, ex Pluto secundo sumtam esse, vulgatam vero ex Pluto priore ad nos devenisse. [Præterea plus ridiculi in lect. ἰπνὸς inesse monet, sive hoc vocab. de camino, olim ex vilibus lapidibus atra fuligine obductis facto, nunc ex pretioso ebore, sive de laterna, intelligatur. Dind.]

Sed (si meam sententiam hic mihi interponere liceat) non existimo, ad nodum hunc solvendum necesse esse, ut ad Plutum priorem et posteriorem confugiamus; sed potius arbitror διττογραφίαν illam ab ipsis librariis, qui voces scriptura et sono affines, ut constat, sæpissime confundere solent, profectam esse. Quare licet utraque lectio satis antiqua sit, et idonea nitatur auctoritate, movet me tamen auctoritas Bentleii, ut lectionem Pollucis εἶπος vel ἶπος præferendam censeam, præsertim quum nuper admodum vir ille doctissimus ad me scripserit, ipsum prioris sententiæ necdum pœnitere. Kust. Correxi jam olim ad Callim. ὁ δ' ἶπος ἡμῖν — cujus sententiæ me necdum pœnitet. Nam ut taceam ea, quæ ibi jam dicta sunt, hic tantum addam, perire omnino usum τοῦ ἰπνοῦ, si sit ἐλεφάντινος, quum ebur ignem ferre nequeat, sed cum teterrimo nidore comburatur. At ἶπος eburneus res est ridiculæ quidem elegantiæ, ad usum tamen non ineptæ. Quare ut hæc lectio urbanitatem Atticam sapit, ita altera illa est γέλωτος φορτικοῦ. Bent. Legendum ἶπος vel εἶπος ex Polluce lib. x. c. 34. μυάγραν Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι, ἐν δὲ τῷ Πλούτῳ εἰπὼν (lege ex Mss. Voss. εἶπον) τὴν μυάγραν καλεῖ — καὶ Καλλίμαχος δὲ ἔφη, Εἶπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι. ὡς καὶ τὸν ἀνδίκτην ὄντα εἶδος μυάγρας. sic legendum. Id. In Schol. ad Vesp. 139. dicitur ἰπνὸς proprie *caminus*, item *culina*, μαγειρεῖον, ἢ καπνοδόχη, item φανὸς τό τε ἐν τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ. Quæ postrema verba respiciunt ad alium hujus Comici locum Pac. 845. ἰπνοὺς ἔχοντες, ἐν δὲ τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ, juxta Flor. *ignem nocte laternis ferunt*. Quæ vox ἰπνὸς ap. Hes. quum similiter κάμινον, φανὸν, μαγειρεῖον, (non ut ibi μάγειρον) tum alia adhuc significare traditur. Spanh. Jungerm. ad Poll. x. 34. 156. ἰπὸς, Bent. ἶπος. Utrumque denotat μυάγραν. Bent. sententiam probat Kust. ad Suid. v. Ἰπνὸς, rejicit postremus editor Pollucis. Ait enim ἰπνὸς, *furnus*, convenientius esse rei ipsi, et quod in Arist. Pluto, e quo laudat Poll. εἶπὸς, ea vox nunc non legatur, non debere quemquam morari, quod forte in Pluto primo esse potuerit. Tamen non satis intelligo, quid sit *furnus* vel *caminus eburneus*, aut quomodo iis rebus ebur conveniat; id enim ad loca, in quibus est ignis aut fumus, admoveri, nulla ratio est; *lucerna* tamen s. *laterna eburnea* posset intelligi. Duck. Ὁ δ' ἰπνός· Τὰ φανάρια. Ἐξαίφνης· ἐξαίφνης. Cod. Dorv. Ad ἰπνὸν explicandum laternæ significationem elegit, quæ sane, si stabit vulgatæ lectionis fi-

des, omnium est commodissima. *Φανάριον* autem et *φανάρη* in communi Græcorum lingua, quod ex Corona Pretiosa notatum a Meurs. et Ducang. *φανὸς, laterna, λαμπτήρ*. Equidem aliam istius vocis potestatem non agnosco, quippe qui falli statuam laboriosissimæ doctrinæ virum, quum præterea *speculum* interpretatur, neque minus, quum *furnum, caminum*: Oppiani certe Schol. ad 'Αλ. v. 430. Ἰπνοῦ χαλκείοιο θοὸν σέλας, ut oportebat, *λαμπτῆρος*, sive, *laternæ vibrantem splendorem* accepit non aliter, ac Dorv. in Comico nostro: eodemque modo *Laterna* in Onomast. veteri redditur, *ἰπνὸς, φανός* v. Schol. ad Pac. 841. Accentus his omnibus in locis perverse positus, si modo recte docuit seu Cyrill. sive Philoponus tono differre *ἰπνὸν, furnum*, et *ἶπνον, laternam*. Verum *ἰπνὸς* eburneus negotium grammaticis exhibuit, incertis, quem vocis ejus significatum materiæ tam parum idoneæ potissimum adcommodarent: inde adeo factum, ut quicquid *ἰπνὸς* denotat, huc fuerit ex diversis interpretibus collatum; ne scilicet lectori non foret integra seligendi potestas. Præter Schol. nititur hæc lectio auctoritate Athen. et Suid. qui *ἰπνὸν* pariter ac scripti editique libri defendunt. Sed ecce tibi Poll. x. 155. qui disertis verbis monet, Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἶπον τὴν μυάγραν καλεῖ. Nulla quidem est in tota fabula sedes, quam *ἶπος* vel *εἶπος* opportune capiat, nisi *ἰπνὸν* hinc alio migrare jusseris. Jungerm. qua erat ingenii solertia, non fefellit emendatio speciosissima: quanquam hærens, 'Locus,' inquit, 'Comici quis sit, mehercule tamen nescio: et offerebat se quidem ille, 'Ο δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος, putabamque forte legendum, Ο δ' ἰπός· sed alteram lectionem et Schol. retinet.' At majore fiducia et sine ulla jam dubitatione R. Bent. ad Callimach. Fr. ccxxxiii. exulantem per aliquot sæcula vocem in sedem pristinam reduxit. 'Legendum inquam,' sic ait, ''Ο δ' ἶπος cum auctoritate Pollucis, tum ipsius sententiæ causa, quæ hoc pacto plus salis Comici, et plus ridiculi in se habet.' Neque Criticorum principem, quando multis post annis suas emendationes in priores binas Aristoph. comœdias vulgari fuit passus, pœnituit ejus sententiæ; cui Kust. judex inprimis idoneus, non solum ad Suid. in Ἴπνια subscripsit, sed et in notis ad hunc Comici locum: nam quæ contra disputaverat Clariss. L. Bos in Obs. Crit. p. 46. 47. haud ita multum diversa ab iis, quæ jam ante juvenis admodum ad Poll. ipse scripseram, nimis erant debilia, quam ut receptam lectionem tutari possent. Fateor equidem mihi sæpius illam emendationem retractanti magis magisque cœpisse adblandiri, atque adeo nunc minimum dictu, quin plane verissimam existimem. Primum enim eburnea muscipula ridicula quidem, ut monuit Bent. elegantia, sed ad usum non inepta. Deinde necessaria supellex culinaria, in qua certe muscipulæ locus non est negandus, quippe ad defendendum a muribus penum comparatur: post ὀξίδα, λοπάδιον, χύτραν χαλκῆν, τρυβλίους ἀργυροῦς perbelle succedit et facete ἶπὸς ἐλεφάντινος. Non abnuo difficultates hasce, quæ scripturam editam premunt, ex parte aliqua levari, si *ἰπνὸν* intelligas *laternam*; verum eo pacto ambigui, quod plurimis in locis decet, hic absurdum fuerit, vitio nequaquam medebere. Porro quid proclivius, quam *ἶπον* errore descriptoris abire in *ἰπνόν*; præsertim quum *ἰπνὸς* ab instrumento culinario neutiquam alienus facile minus adtentum frustrari potuerit. Nonne in Pind. 'Ολ. Δ. 11. pro εἶπον ἠνεμόεσσαν, quæ Ætna dicitur Typhoeum subjectum opprimens, *ἰπνὸν* aliis in libris legi testantur? Quid? non Æsch. eodem mendo laborat Prom. V. v. 365. in editis enim quod fertur Typhon Ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο, quis corrigendum esse dubitet Ἰπούμενος; ut Crat. apud Poll. vii. 41. et Aristoph. Equ. v. 920. Ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς, vel, ταῖς εἰσφοραῖς· dubitare certe non debuit H. Steph. Thes. t. i. p. 1726. E. postquam semel in suspicionem veræ lectionis inciderat; cujus etsi perquam tenue, ac valde obscuratum, non tamen est nullum in Schol. secundo vestigium. Ἰπνοῦσθαι sane, quod Steph. *in furno, seu camino ardere*, vel, *conjici in furnum, seu caminum*, exponit, *torreri* Stanl. verbum est, si fallor, Græcis auribus ignotum: non itidem *ἰπνεύειν*, quod a Lexicographis prætermissum apud Hes. exstat in Ἐπνεύμευετο, et tantundem valet, atque ὀπτᾶν φρύγειν, quemadmodum Ἐκκοδομεῖν, sic enim scribendum est, idem interpretatur. Ἰπούμενος autem in Æsch. etiamsi tale sit, ut extra controversiam positum videatur, quam tamen illa macula fuerit vetusta, Schol. noster patefacit ad Vesp. 139. retinens *ἰπνούμενος*. Jam hæc cuncta si quis colligat et consideret, vix erit, ut non æquissimum arbitretur, in ἴπνου locum jure optimo restitui *ἶπος*, vel εἶπος utrolibet enim modo scripseris, nihil omnino refert; nam accentum quo quis loco poni malit, nunc quidem non curo. Ἰπὸς Hes. habet, quæ vox perinde debebat extare in Ἰπνούμενος, nisi verba fo-

sunt mutilata: ibidem invenies Εἶπος, et multo corruptius Εἰλὸς, cujus erroris, si vocabulorum ordinem inspicias, fieri non potest, quin Hes. ipse culpam sustineat. Interim esse quiddam, forte non magni momenti, quod me paululum adhuc moretur ac retineat, non dissimulo: etenim videndum est, num Aristoph. ipse, quum in priore Pluto ἰπνὸς dedisset, postmodum in secundo ἶπος emendaverit: neque deest exemplum, quod conjecturæ nostræ faveat, in hac ipsa comœdia simillimum. Ex primo Pluto 115. in nostris edd. hunc in modum repræsentatur: Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας· notat Schol. quia ὀφθαλμία insolentius pro cæcitate usurpata displicuerit, ideo ἐν τῷ δευτέρῳ μεταπεποιῆσθαι, Τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις. Scilicet serviendum erat eruditis Athenn. auribus, et sæpe fabulæ, quæ prima commissione non steterant, accuratiore lima perpolitæ in scenam dabantur: quæ ratio multo melius a nobis intelligeretur, si cujuscumque Comœdiæ duplex editio ad nostram ætatem pervenisset. Pro ἡμῖν Athen. habet γέγονεν. Hemst. ἰπνός. Gl. Cod. Par. τὸ φουρνεύτιον, ἢ τὸ μαγειρεῖον. Φουρνεύτιον adde Gl. Ducang. nostris autem Lex. quæ locum dederunt nomini φοῦρνος, compositum φουρνοπλάστης, quo utitur Tim. Lex. Plat. p. 149. Schaef. Utraque lectio ἶπος et ἰπνὸς ab Aristoph. est. Illud erat in priore fabulæ ed. hoc in posteriore. Qui primo Pluto usus est Jul. Pollux, ut 513. πυρροχοποιεῖν legebat ζυγοποιεῖν, quod in nullo Cod. nunc comparet, ita hoc in versu ille habebat, non ἰπνός. V. eum p. 1360. et interpretes. Ἶπος seu ἰπὸς, utrocumque modo notatur accentu, primam producit, quapropter sæpe occurrit εἶπος, e librariorum more, qui pro ι longo solebant ει scribere: significat autem instrumentum omne, quo *stipatur*, *comprimitur*, *coarctatur*, *opprimitur*. Hinc ἶπος vocatur fullonum instrumentum, quo premuntur, stipantur vestes. Poll. p. 1317. καὶ ἰπὸς, τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· κέαται δ' ἐν ἰπῷ. Hic autem muscipulam significat. Poll. priore loco, καὶ μυάγρα. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαιταλεῦσι κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὼν τὴν μυάγραν καλεῖ. Idem p. 718. καὶ ἶπος δὲ τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον. ἔστι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη. Auctor Etym. M. p. 473. ἶπος σημαίνει τὴν παγίδα τῶν μυῶν, καὶ τὸ πραισσόριον. παρὰ τὸ ἴπτω τὸ βλάπτω, γίνεται ἶπος. καὶ γὰρ τοῦτο εἶδος φθαρτικόν ἐστι τῶν μυῶν. καὶ παρὰ τὸ ἶπος γίνεται ἰπῶ ῥῆμα, σημαῖνον τὸ θλίβω. καὶ Ἀριστοφάνης, ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς, (leg. εἰσφοραῖς ex Eqq. 924.) ὡς κόπτω κόπος, οὕτω ἴπτω ἶπος. Perperam vulgo initio hujus notæ legitur καὶ τὸ πραιτώριον. Infimæ Græcitatis vox est πραισσόριον. V. Car. Du Fresne Gl. p. 1218. Vett. gl. ἶπος, *prensurium*. Corrigendum forte *pressorium*. Quod autem supra dixi, in posteriore Pluti ed. ἰπνὸς repositum fuisse, id hoc solo nititur argumento, quod hanc lectionem exhibent Codd. qui nunc exstant omnes, agnoscuntque eam etiam grammatici aliquot veteres. Sed facile fieri potuit, ut ante horum ætatem menda irrepserit. ἰπνὸς pro ἰπὸς, ut et apud Æsch. in Prometheo ἰπνούμενος pro ἰπούμενος, quod observavi ad Lys. 291. Sane apud Athen. p. 229. r. ubi profertur hic versus istoque modo legitur: ὁδ' ἰπνὸς γέγονεν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος. In veteri Athen. Cod. scriptum reperi ὁ δεῖπνος, quod mendosum quidem est, sed antiquæ scripturæ indicium dare possit, ὁ δ' εἰπός. Nam si ἰπνὸς prior librarius legisset, nulla erat causa cur εἰπνὸς scriberet. Utut hæc sunt, vere, meo judicio, veterem lectionem ἶπος revocandam censuit Bent. cujus argumentis, si quæ opponi possint, non sane illa sunt quæ obmovet Dawes. ἰπνὸν ille tuetur, *laternam*que significare contendit, ut exponunt Schol. et Suid. φανός. Laternis utebantur veteres e cornu vel e vesica factis. Notus est ille Plauti versus in Amphitr. 'Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu conclusum geris?' Sed ebur translucidum non est, proindeque eburnea laterna res est plane inepta et absurda. Quod autem ait Bent. *commento perquam incommode accidere*, genus scilicet nominis ἶπος femininum, id nullius est momenti. Nam substantiva sunt multa quæ utroque genere efferuntur; neque, si apud Pind. ἶπος femininum occurrit, inde conficitur femininum etiam Atticis fuisse. Sane Polluci masculinum est, cujus hæc sunt verba p. 1317. καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ τὸν ἰπὸν περιστρέφον. Non itaque Bentleii *rationes profligavit Dawes*. ἰπνὸν si concederem poetam scripsisse, probarem potius Toup. interpretationem ad Suid. ii. 36. *latrinam*, sive *sellam familiarem*, *une chaise percée d'ivoire*, intelligentis. Poll. p. 527. τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἶπνον Ἀριστοφάνης καλεῖ. Eo sensu posita erat hæc vox in Cocalo, cujus ultimum fragm. vide. Quominus autem eam sic a poeta hoc loco adhibitam fuisse credam, obstat prioris syllabæ modulus, quam ille semper corripit. V. Pac. 538. Av. 436. Vesp. 139. Nec objiciendus est ejusd. fabulæ 837. quem protuli supra in nota ad 98. Manifestum est enim legi

debere: ὁ κυὼν παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνὸν, ἐξαρπάσας — et in superiore, qui in Pace est 892. poetam scripsisse, διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἄρ᾽· ἐνταῦθα γὰρ —. Hæc recte emendata esse tam absurdum esset negare, quam si quis contenderet in nomine δίκη primam rite produci, quia sic vulgo legitur in Vesp. 400. οὐ ξυλλήψεσθ᾽, ὁπόσοις δίκαι τήτες μέλλουσιν ἔσεσθαι; Eo ineptiarum redigi se patiantur, qui in veterum scriptis apicem mutari nolunt absque Cod. auctoritate: nam sic etiam in duobus ad quos fabulam illam contuli scriptum est. At me piget mendam eam prætermisisse; novitiosque tirones moneo, quod, etiam me indicente, paulo peritiores videbunt, legendum esse, οὐ ξυλλήψεσθ᾽, ὁπόσοισι δίκαι τήτες μέλλουσιν ἔσεσθαι. Dawes. autem, ne sibi e manibus laterna sua eriperetur, lectionem prorsus immutare coactus fuit, novamque ex ea quam codices exhibent, et misere depravata illa, quæ apud Athen. fertur, concinnare, cujus parum suaves sunt numeri: ὁ δ᾽ ἰπνὸς γέγον᾽ ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος. Quanto satius erat optima in lectione acquiescere, quam commendabant sententiæ et metri venustas, tuebaturque doctissimi grammatici fides! Sed virum ingeniosum abripiebat livor et Bent. laudum obtrectatio. Brunck. ὁ δ᾽ ἰπνός. ἰπνὸς γέγον᾽ ἡμῖν Dawes. Misc. Crit. p. 199. De sensu τοῦ ἰπνὸς v. Toup. in Suid. ii. p. 36. (t. i. p. 269. ed. Ox.) γέγονεν Athen. vi. 4. p. 229. Supra ἐλεφάντινος, ἐγένετο gl. 1.
λ
γέγονε δὴ 2. γέγον᾽ pro ἡμῖν Suid. Ms. (v. Ἴπνια scilicet.) Pors. ὁ δ᾽ ἰπνὸς ἡμῖν ἐξ. ἐλ. edd. tres primæ, et Codd. tantum non omnes. Arund. 5. 6. ὁ δεῖπνος γέγονεν ἐξ. ἐλ. Athen. codd. vi. p. 229. v. i. e. ὁ δὲ ἰπνὸς vel ἴπνος ut recte monet Schweigh. ὁ δ᾽ ἰπνὸς γέγον᾽ ἡμῖν ἐξ. ἐλ. Rav. et Lib. Burg. Conjecisse olim se ὁ δ᾽ ἰπνός γε γέγονεν ἐξ. ἐλ. sed viso Rav. in Dawes. emendatione acquievisse narravit Pors. Quod ad vocis sensum attinet, ipse persuasum habeo intelligi culinam; in qua scilicet lignea omnia in ebur fuerint versa. Dicitur ἰπνὸς ἐλεφάντινος, ut λύρα, σκιαδίσκη ἐλεφαντίνη, στέφανος χρυσοῦς, et similia. Hic etiam valet aliquid rerum ordo, de quo dixi ad 1115. et in add. Dobr. ἰπνὸς ἡμῖν 1. 2. 3. 4. Sed gl. 3. γέγονεν supra ἐλεφ. Id. Fischer. existimat, poetam scripsisse ἰπνὸς in priore, ἴπνὸς in posteriore Pluto. Nam quum intellexisset, primam scripturam improbari multis, vel ut ineptias divitum magis rideret, in altera recensione dedisse ἰπνὸς ἐλ., ineptias enim ejus, qui divitias ita ostentat, ut muscipulas adeo fieri jubeat eburneas, magis exstare. Dind. His collectis efficitur 1. jam olim duplicem fuisse scripturam, ἰπνὸς et ἴπνος, sive ex duplici editione Pluti, sive ex mutatione antiqua ortam; 2. probabiliter præferendum esse ἴπνος, tum significationis certioris, tum rei, tum metri causa. Id. γέγον᾽ deest edd. vett. omnibus. Id. Ut et ἴπνος et ἰπνὸς commemorantur a grammaticis, ita et ἶπνος et ἰπνὸς exstitisse puto, illud producta penultima, correpta alterum. Pluto igitur priore scriptum statuo, quod vulgatur, mutato accentu, ὁ δ᾽ ἶπνος ἡμῖν, ἐξαπίνης ἐλεφάντινος· posteriore, ὁ δ᾽ ἴπνος ἐξαπίνης γέγον᾽ ἐλεφάντινος. Reisig. quem v. Conj. i. p. 103-5.

816. σταθῆρσι· νομίσμασι.—ἀρτιάζομεν· τὰ ἄρτια παίζομεν. Gl. Cod. Par. Schæf. Στατῆρσι. Versum adduxit Poll. ix. 58. 101. utroque loco Mss. ἠρτιάζομεν, priore tantum edd. priscæ: explicare licet, par inpar ludere solemus. Receptæ lectioni consentit Suid. in Στατήρ, et versu truncato in Ἄρτια. Usi sunt Aristoph. et Schol. verbis, qui de Ludis Veterum scripserunt. Jul. Cæs. Buleng. c. vi. et Jo. Meurs. in Ἀρτιάζειν. Στατῆρσι· νομίσμασιν. Ἀρτιάζομεν· τὰ ἄρτια καὶ τὰ περιττὰ παίζομεν, ἃ φασὶν ἰδιωτικῶς μονζύγα ita Cod. Dorv. nisi me literæ fallunt in postrema voce, quæ tamen ex Schol. sine dubio refingenda est: Ducang. quod nos juvet, nihil adnotavit. V. Suid. in Ἠρτιτά. Hemst. ἀρτιάζομεν. De ludo hoc dici, in quo Par et Impar luditur, notatur hic in Schol. et e Platone præterea, Aristot. Polluce, viderunt jam alii, nominatim Meurs. lib. de Græcorum Ludis. Ad quem lusum etiam numos ab Augusti filia et singulis convivis datos docet in ejus vita Sueton. c. 71. Id genus vero ludi, ζυγὰ et ἄζυγα a Græcis etiam dictum hic in Schol. additur; quod ad eumdem Suet. locum monuit Casaub. Spanh. 'Ludere par impar' Horat. Sat. ii. 3. 248. Suet. Aug. 71. 'micare' Cic. Off. iii. 19. Nam ludentes sumtis in manum talis, fabis, nucibus (1657.), amygdalis, etiam numis, interrogantes collusorem jubebant divinare, ἄρτια ἢ περιττά, paria an imparia, haberent? Στατῆρες erant numi vel argentei, qui valebant drachmas Atticas quatuor, Alexandrinas duas (et respondebant siclo Hebræorum v. Matth. xvii. 27.); vel aurei, qui valebant drachmas Atticas argenteas xx. V. Eisenschmid. de mens. et pond. p. 142. Fisch. ἀρτιάζομεν. Gl. τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον μονὰ ἢ ζυγά. Schol. τὰ ἄρτια καὶ τὰ περιττὰ παίζομεν, τὰ κοινῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς ἰδιώταις,

ρκὰ, ξυγά. Brunck. Suid. ἄρτια. Pors. Citant Poll. ix. 58. 101. Suid. v. στατήρ. Citat Schol. Ruhnk. Plat. ad Lysid. p. 167. r. Læmar. ἠρτιάζομεν Pollux Aldi priore loco. Dobr.

817. ἀποψώμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι. Lapides olim ad nates tergendas adhibitos fuisse, patet etiam ex proverbio illo: Τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι, | Ἂν ὦσι τραχεῖς· ἂν δὲ λεῖοι, τέσσαρες. V. Stromat. Proverbiorum metricorum Adag. 896. Kust. Similis eam in rem Machonis Comici locus ap. Athen. xiii. p. 578. Εἰ δὲ λίθον εἶχες, ὑπολαβοῦσ' ἡ Μανία, Ἔδωκ' ἄν, ἵν' ἔχῃς, φησ', ἀποψᾶσθαι τάλαν, quod si lapidem haberes, respondit continuo Mania, darem tibi, o misera, abstergendis natibus; et paullo post, p. 584. εἰ δὲ λίθον, ἔφη, εἶχες, ἀποψήσασθαι ἄν σοι ἔδωκα. Apud Hes. et adposite ad dictam v. ἀποψᾶσθαι significationem: Ἀπόψηγμα (ut ibi omnino legendum, non Ἀπόψυγμα) ἄφοδευμα, κόπρος. Quid enim ibi sit ἀφόδευμα, intelligit continuo, qui ἀφόρδια γαστρὸς (nempe inserta littera ρ ob metrum, pro ἄφοδα, quod viderunt item alii), ventris secessum apud Nicandr. duobus locis legit, Ther. 692. Alex. 140. juxta Schol. τὰ σκύβαλα. Adde ἀφόδευσιν in epistola quæ Barnabæ tribuitur p. 26. in Variis Sacris Steph. le Moyne. Spanh. Delicatissimum fastidium: nam allio jam abstergent culum, quod antea esitare solebant, non lapidibus. Solitos autem fuisse tunc lapidibus tergere podicem patet ex Comico nostro Pac. 1229. ubi Schol. adducit proverbium istud [a Kust. laudatum], cujus meminerunt alii etiam. Berg. Ἀποψώμεσθα· Τοὺς πρωκτοὺς σπογγίζομεν. Σκοροδίοις· φύλλα ων. Ἑκάστοτε· καθ' ἡμέραν. Cod. Dorv. Metro nocet omissio litteræ σ in ἀποψώμεσθα· sic tamen et Suid. in Ἀποψώμενον· melius idem in Σκοροδίοις, ubi τῶν σκορόδων φύλλοις unde non difficile est Dorv. Interpretem supplere, φύλλα σκορόδων vel σκόρδων. Hemst. ἀποψώμεσθα. Gl. Cod. Par. ἀποσπογγίζομεν τὸν πρωκτόν. Ran. 490. Gl. Brunck. ἀπεψησάμην pariter interpretatur ἀπεσπογγισάμην. Cf. not. ad Greg. Cor. p. 1049. Schæf. Suid. vv. ἀπεψησάμην, ἀποψώμενον, ἀποψώμεσθα. -όμεθα 2. -ώμεθα 1. Pors. Comparat Pors. Pac. 1227-9. et Schol. Machonem Athen. xiii. p. 578. r. V. Phryn. Bekk. p. 26. v. ἀποψᾶσθαι. Dobr. -ωμεθα 1. 3. Id. ἀποψώμεθα Elb. Dobr.

818. σκοροδίοις. Gl. Cod. Par. φύλλοις σκορόδων. Schæf. σκορόδια sunt alliorum folia, et ἑκάστοτε in lingua Atticorum valuit i. q. πάντοτε. Phryn. p. 88. ὑπὸ τρυφῆς, præ luxu. Utebantur enim divites ad eam rem fere pannis, linteis. Fisch. ὑπὸ τῆς τρ. Junt. 1. Citat Suid. v. σκοροδίοις. Dobr. ὑπὸ τῆς τρ. 4. Id.

819-20. Eustath. Od. Λ. p. 1676, 39=423, 29. Dobr. ἦν ἔνδον μένειν 2. non 1. Pors. ἐ. ὁ κ. ἔξω 6. οὐχ' Ald. Respicit Eustath. Od. M. p. 1719, 1=484, 12. ἦν ἔν. μ. ἔδ. γάρ μου τὰ β. 5. Dobr.

819-22. Ὑν χοῖρον. Ἐξέπεμψεν· ἐξέβαλεν. Οἷός τε· δυνατός. Μένειν· καρτερεῖν. Τὰ βλέφαρα· τοὺς ὀφθαλμούς. Cod. Dorv. Hemst. ἐξέπεμψεν. Gl. Cod. Par. ἔξω ἔπεμψεν.—ἔδακνε· ἔθλιβε. ὁ καπνός. Schæf. ἐξέπεμψεν, exire, egredi jussit. τὰ βλέφαρα. Nam fumus, qui, quoniam elicit lacrymas, eleganter a Virg. Æn. xii. 588. amarus vocatur, lædit maxime et offendit palpebras. Fisch. οὐχ' οἷος τε ἦν, non poteram intus manere. Sed perpende servuli insolentiam: dominus fumum fert, quem servus ferre se non posse ait. Hæc quum jactaret Car. et jam redire domum pararet, supervenit, qui, antea dives, liberalitate factus erat miser, postea vero quam Plutus visum recepit, in divitem rursus evasit. Quoniam autem id sibi contigisse scit a Pluto, cum puero ad Chr. pergit, non immemorem beneficii neque ingratum se Pluto probaturus. Puerum ergo suum vir Justus in seqq. alloquitur. Girard. ἐστεφανωμένος Elb. Dobr.

820. βουθυτεῖ. Gl. Cod. Par. βοῦν θύει, μεγάλην θυσίαν ποιεῖ. Schol. Βουθυτεῖν κυρίως τὸ βοῦν θύειν. ἐκάλουν δὲ τὴν ἐντελῆ θυσίαν ἑκατόμβην, διὰ τὸ ἐκ βοῶν ἑκατὸν γίνεσθαι. ἦν δὲ καὶ ἄλλη ἐντελὴς θυσία τριττὺς λεγομένη, ἡ ἐκ χοίρου καὶ κριοῦ καὶ τράγου, ἣν καὶ ἐνταῦθα λέγει. Schæf. Ὁ δεσπότης· ὁ ἡμέτερος. Βουθυτεῖ· μεγάλην θυσίαν ποιεῖ. Cod. Dorv. Hemst. βουθυτεῖ. non bovem tamen, sed quod sequitur, ὗν, τράγον, κρίον, suem, hircum, arietem, quod sacrum τριττὺς (ut in Schol.) ab Athenn. vocabatur. Βουθυτεῖν hic in genere, immolare, sicut βουκόλοι subinde pastores ovium, ut præter Hes. notant Scholia ad Eurip. Androm. 280. et ap. Soph. Aj. 232. καὶ βοτῆρας ἱππονόμους, qui pecudes et equos pascunt, ac ubi in Schol. ἱπποβουκόλοι dicuntur. Adde ap. Æsch. Eumen. 196. ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι. Sic de pascentibus in cœlo stellis Callim. in Del. 176. κατ' ἀέρα βουκολέονται. Spanh. Multa verba, duas notionis partes habentia, adjunctis aliis amittunt partem ejus alteram, v. ad 666. et Proluss. de Vit. Lex. N. T. p. 21. s. Sic statuere malim, quam part. βου cum Schol. vet. et Dorv. referre ad magnificentiam sacrificii, quod Chr. immolarit non unum,

sed tria animalia (quæ τριττὺς et ἐντελὴς θυσία dicta est). Cæterum Chr. (ὁ δεσπότης) ἔνδον (in domo) Apollini, qui auctor fuerat, ut Plutum sequeretur, Æscul. qui Pluto visum restituerat, et Pluto, qui divitiis eum cumulaverat, et ἐστεφανωμένος, (coronam fortassis lauream gestans) sacrificavit, quia omnes sacrificantes erant coronati. V. Paschal. de Coron. iv. 12. s. Fisch. βουθυτεῖ, *immolat*. Abusive hic dicitur. Munt. Non *aureas*, sed ex arborum ramis factas coronas gestabant sacrificantes. Dind. βουθητεῖ vitiose Ven. i. ii. Id. Suid. βουθυτεῖ. Pors. μὲν om. 1. 4. Dobr.

823. Constituitur hic act. iv. sc. 2. Per totam hanc scenam, ubi nunc Chr. nomen præfixum est, olim Car. nomen legebatur. Dind. ἕπου. Gl. Cod. Par. ἀκολούθει. Schæf. Non de servulo, sed de puero Justi placet accipi. Si de servo diceretur, potius dixisset ἕπου μοι, quam μετ' ἐμοῦ. Nam pater vult, ut, quum sibi et filio communia sint bona a Pluto accepta, una se gratos ei exhibeant. Quod si cui magis lubet, ut de servulo dicatur, non magnopere refragabor. Utrumlibet fuerit, inducitur muta persona, et ideo adjicitur, ut intelligatur, quo Justus, domo sua egressus, ire tendat. Girard. παιδάριον est *servus*, ut παῖς (843.). Nam etiam hoc deminut. habet vim primitivi, et poeta hominem illo uti jussit, quod animus ejus plenus esset gaudio et lætitia, quia subito et præter opinionem dives erat factus. παῖς est *servus*, quamvis senex, quia antiquissimis temporibus servi erant pueri proprie dicti. Constructio v. ἕπεσθαι cum μετὰ rejicitur et ξενικὴ σύνθεσις vocatur a Phryn. Ecl. p. 154. nempe si ἀκολουθεῖν s. ἕπεσθαι μετά τινος ponitur pro τινί, ut sit, *sequi aliquem*, non *sequi pone, a tergo*. Nam etsi non negem reperiri locos in libris vett. Atticorum ubi ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαι, μετά τινος idem valeat quod τινί (nam nec diligentissimi scriptores liberi sunt ab omnibus vitiis, nec Atticorum lingua caret omnino peregrinis verborum constructionibus; v. Kypk. Obss. Sacr. et Abresch. ad Luc. Ev. ix. 49. et Markland. ad Lys. p. 437.); tamen magna cautione opus est. Nam certissimum est plerosque locos non repugnare præcepto Phryn., quum μετὰ, genit. sequente, non modo ad *tempus* referatur, ut sit *post*, (v. Raphel. ad Marc. x. 30.) sed etiam ad *personas*, ut sit *pone, a tergo*, ut h. l. (coll. 844. i. q. κατόπιν 757. et 1210.) et ap. Lysiam 2. p. 17. ὥστε τὰ ἔθνη τὰ μετ' αὐτοῦ (Xerxe) ἀκολουθήσαντα. [Isocr. Paneg. c. 40. μεθ' οὗ συνηκολούθησαν. Dind.] Sed æque certum est, in N. T. ἀκολουθεῖν μετά τινος id. esse quod ἀκ. τινι, quia Hebræi verbo הלך jungunt part. אחר v. 1 Regg. xix. 20. Esai. xlv. 14. πρὸς τὸν θεὸν, *in domum in qua est Plutus*. Nam πρὸς accus. personæ junctum sæpe indicat locum, in quo est is, cujus nomen additur, ut Joseph. Arch. vi. 3. extr. ἄπιτε πρὸς αὐτοὺς ἕκαστοι. Cic. xvi. ep. 4. 'ad se transferret,' h. e. domum suam. Fisch.

824. Lex. SG. Bekk. p. 368. 'Ἀκολουθεῖν μετ' αὐτοῦ: οὕτω συντάσσουσιν οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἀκολουθεῖν αὐτῷ. καὶ γὰρ Λυσίας οὕτω κέχρηται, καὶ Πλάτων. ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ, "ἕπου" φησὶ "μετ' ἐμοῦ παιδάριον." καὶ Μένανδρος, "νίκη μεθ' ἡμῶν εὐμενὴς ἕποιτ' ἀεί." καὶ ἐν τῇ Παρακαταθήκῃ "συνακολούθει μεθ' ἡμῶν" φησίν: — ἀκολουθεῖν μετὰ e Plat. Menex. fin. citat Schol. addunt viri docti Thucyd. vii. 57. p. 483, 66. Lysiam c. Eratosth. p. 121, 13. HSt. Funeb. p. 193, 17. c. Autocrat. apud Phryn. Pauwii p. 154. quo respiciunt Lex. SG. modo citatus, et Antiatticista p. 82, 21. Cebet. Tab. p. 55. Gron.=350. Schw. Isocrat. De Pace p. 168. c. HSt. Plataic. pp. 300. c. 301. d. Demosth. c. Androt. p. 604, 86=608, 14. (vel c. Timocr. p. 472, 287 =750, 24.) c. Neær. p. 742, 170=1382, 8. ἕπεσθαι μετὰ afferunt e Plat. Menex. init. p. 235. b. HSt. Xen. Hell. v. 2, 19= 325, 7. HSt. Sed quod ex eodem citat HSt. Thes. i. p. 1220. f. μετὰ τοῦ ἐλαυνομένου ἕπεσθαι, alienum est, quum in Cyrop. ii. 4, 7=p. 34, 17. ἔσεσθαι ex aliis libris ipse bis ediderit. V. Priscian. citatum ad 504. ἀκολουθεῖν μετὰ Antiph. Athen. iii. p. 98. f. xiii. p. 565. f. Dobr.

825. ἔα. Gl. Cod. Par. ἐπίῤῥημα ἐκπληκτικόν. Schæf. Καρ. ἔα. Schol. ad proxime sequentem versum notat: ᾧ (τῷ καιρῷ) διαλέγεται ἢ ὁ Χρεμύλος, ἢ ὁ οἰκέτης. Manifestum est, quæ per hanc scenam Car. eloquitur, in aliis exemplaribus Chr. sacrificio jam facto prodeuntis, personæ fuisse adtributa: clarius idem docuit ad 802. simul admonens absurdum videri atque indecorum, ut cum servulo vir probus ac justus commutare sermonem inducatur. Ex veteribus libris, quorum collationes Kust. fuerunt ad manum, nihil excerptum invenio: at Cod. Dorv. semoto Car. Chremyli personam huic scenæ solam inseruit: quam ego rationem temere repudiandam non putem; nam joci, qui hic occurrunt Car. in Edd. adscripti, nihil habent sane vernilis dicacitatis aut nequitiæ, talesque sunt, ut Chr. senem facetum, et nunc ex recenti divitiarum gaudio libenter argutantem, minime dedeceant.

Hæc autem personarum variatio ab utroque Pluto fluxerit, an ab actoribus, quos nonnunquam præter poëtarum mentem quaedam innovasse scimus, non facile definivero. Addam Cod. Dorv. interpretationes: Ἕπου ἀκολούθει. Παιδάριον ὦ. Τὸν θεὸν τὸν Πλοῦτον. Ἴωμεν· πορευθῶμεν. Ἔα ἐκπληκτικόν. Ὁ προσιών· ὁ ἐρχόμενος. Ἄθλιος δυστυχής. Εὐτυχής πλούσιος. Δῆλον· φανερόν. Χρηστῶν· ἀγαθῶν. Præterea quod habet, Ἵνα· ὅνα, Ἔοικας· φαίνεσαι, utraque forma serioris est Græcismi. Hemst. Personam hic et deinceps in toto hoc colloquio Chr. pono, ubi vulgo persona est Car. idque ex trium Codd. auctoritate. Solus B. famulo tribuit, quæ manifesto heri esse, nemo non sentit, certissimisque argumentis ostendit Hemst., qui pravam priorum edd. personarum distinctionem retinere non debuerat. Etiam in quinto Cod. interlocutores hujus scenæ notati sunt Justus et Chr. Minus bonum est, quod versui 860. (861. nost. ed.) Chr., 863. (864.) Car. præfixa sit (in eo Cod.) persona. V. 864. (865.) adscripta persona: ἕτερος συκοφάντης, ut etiam est in B. et in meo. Melius ceteri Codd. unicum Sycophantam agnoscunt. Brunck. Ἔα est vox vel *querentis*, dolentis (v. Luc. iv. 34. Marc. i. 24. et ibi Kypk. in Obss. Sacr.), vel vehementer *mirantis* et stupentis, *vah! hem!* ut h. l. Fisch. Esse pr. imperativum ab ἐῶ, *sine*, atque inde abiisse in adverbium hominis se continentis et ad aliquid considerandum se comparantis, monet Gir. Significare nunc *hem*, nunc *ah*, observat Münt., et ex Plat. Protag. laudat: ὁ δὲ τὴν θύραν ἀνοίξας, ἔα, ἔφη· σοφισταί τινες. Dind. ἴωμεν. ἴκωμεν B. 1. ut fuisse videtur in 2. Pors. In tribus primis edd. non loquitur Chr. ante 858. Καρ. 824-54. semper tres primæ. Χρ.(824-49. certe Arund. 6.) edd. Brunck. Inv. et 824-6. Pors., cujus apographum desinit in δῆλον ὅτι. Χρ. 824-40. Καρ. 842-50. habet 5. et hic ἴωμεν ab initio. Schol.: ᾧ (Justo) διαλέγεται ἢ ὁ Χρεμύλος ἢ ὁ οἰκέτης. Sch. ad 802. ἐξάγει εὐθὺς (post 823.) αὐτὸν (Chr.) συντυχεῖν, ὥς φασί τινες, τῷ δικαίῳ. ἄτοπον γὰρ εἶναί φασι καὶ ἀπρεπὲς, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δίκαιον ὁμιλεῖν μετὰ δούλου. ὡς δ' ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὕρηται, τῇ γραΐ, quæ Hemst. valde torserunt, neque ego prorsus expedio; sed suspicor sensum esse, "In antiquis exemplaribus non comparet Chr. persona ante 965. Sed juniores aliqui, indecorum rati, si Justus cum servo familiariter colloqueretur, herum introducunt statim 824." Schol. ad 885. τοῦτο δὲ ὁ ἕτερος πρεσβύτης λέγει. Adesse igitur putabat Chr. V. Hemst. pp. 270. 292. 335. Dobr. Chr. 1. 4. usque ad 861. quater 2. scil. 825-33. tum Car. 834. 839. Chr. 841. 843. 846. Car. 848-50. Chr. 855. Semper Car. 3. Id. Gl. Cod. Par. εἰμί. Schæf. Hic et in seqq., ubi Chr. nomen præfixum, legitur Car. nomen in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind.

826. δῆλον, ὅτι. Ut supra male duas voces δῆλον ὅτιὴ in unam conjunxerant (48.), hic contrario modo peccarunt, ex una duas perperam facientes. Longe melius in meo Cod. scriptum δηλονότι. *Nimirum, ut videris, e bonorum numero es.* Brunck. ὡς ἔοικας est, *credo, opinor*, quum ἔοικα in lingua Atticorum idem valuerit quod φαίνομαι. οἱ χρηστοὶ sunt *boni, probi;* et hic locus docet, genitivum partitionis non semper pendere a præp. ἐκ, sed etiam a pron. τις (ut 345.). Fisch. εἶναι pro εἶ primo 4. Dobr.

827. δέῃ. Lege δέει. Bent. Τοῦ δέῃ. Sic omnes, quas videre contigit, Edd. terminationem Att. servavit Cod. Dorv. Τοῦ δέει· τίνος χρῄζεις; eandemque præfert et scripturam, et explicationem 1185. ubi exemplaria typis descripta consentiunt: neque aliter H. Steph. in hoc versu Thes. t. ii. p. 1152. b. quapropter restituendum duxi. Hemst. μάλιστ'. Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ ναί.—τοῦ δέει· τίνος χρείαν ἔχεις. —πρός· εἰς. Gl. Cod. Par. Schæf. ἔπειτα τοῦ δέει; *quid vero tibi vis? quam ob rem huc venisti?* Nam ἔπειτα habet in interrogationibus vim augendæ orationis. Hes. δέῃ· χρῄζεις. Leg. δέει, ut Cod. Ven. v. nos ad Plat. Euthyphr. xix. 4. Verba πρὸς τὸν θεὸν ἥκω arbitror ita intelligi debere, *veni ut adirem Plutum*, ut ei gratias agerem et munera afferrem. ἥκω est i. q. ἦλθον (284.), et πρὸς, ut ἐπὶ, non raro jungitur accusativo nominis rei, etiam personæ, sic, ut consilium indicet, quo quis aliquid facit, ut Actt. iii. 10. ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος coll. v. 2. Add. nost. 840. s. 844. 848. Fisch. τοῦ δέει. Vulgo δέῃ. Atticam formam habent A. C. Brunck. μάλιστα Elb. — τοῦ, δέῃ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. Wech. Brub. Raph. τοῦ δέῃ. Ven. ii. Port. Dind.

828. ἥκω· ἦλθον. Gl. Cod. Par. Schæf. μοι 'στίν. Sic meus: in C. μοι ἐστίν. Duo alii, ut vulgo, μοὐστίν. Brunck. Μοὐστίν. Cod. Dorv. μοι ἐστὶν, et, Αἴτιος· πρόξενος. Poterat per θλίψιν solam scribi μοι 'στίν· nunc Edd. omnes habent per κρᾶσιν et συναίρεσιν, μοὐστὶν, ut Eccl. 998. et 1021. Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοὔστι —. Ἐμοὐνκοδύνει

pro ἐμοὶ ὑποδύνει adnotatum est a Tryphone περὶ παθῶν. Hemst. μου. [μου 'στὶν scribit Duck.] potest jungi cum ἀγαθῶν, ut sit ἀγαθῶν μου. Sed malim ex perpetuo usu hujus phraseos legere μοι. Duck. μοὐστὶν Ald. Junt. i. Crat. Ven. ii. μου 'στὶν Junt. ii. iii. Ven. i. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. tantum legitur ἐστίν. Dind.

ου

οι

μοὐστίν. μοι A. 1. μ B. Pors. μοὐστὶν tres primæ, μοι 'στιν edd. Brunck. Inv. Dobr. γὰρ om. 1. μοι 'στὶν 4. μοὐστὶν 1. 2. 3. (οι ἐ supr. 2. sed pro gl.) Id.

829. ἱκανὴν οὐσίαν. Gl. Cod. Par. ἀρκετὸν βίον. Schæf. Ἱκανήν. Cod. Dorv. ἀρκτὴν, pro ἀρκετήν. Οὐσίαν περιουσίαν. Ἐπήρκουν ἐβοήθουν. Τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν, quæ frequentissima loquendi formula, dixit Lucian. in Nigr. § 26. πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπικουρῆσαι in Tim. p. 109. ubi plura notavi. Νομίζων ὑπολαμβάνων. Χρήσιμον ὠφέλιμον. Hemst. οὐσία est in vita communi *patrimonium*, *facultates* (χρήματα 833.). Legitur eodem sensu Luc. xv. 13. v. Hes. et ad 754. ubi οὐσία συχνή, quæ h. l. οὐσία ἱκανή (patrimonium lautum). Nam ἱκανὸν, ut Lat. *idoneum*, dicitur quidquid suo nomine dignum est. V. Duck. ad Flor. i. 12. et Drus. ad 1. Maccab. xiii. 11. Sic 1094. ἱκανὸν χρόνον est *diu*. Et in libris N. T. ἱκανὸς et πολὺς leguntur ut synonyma. V. Marc. x. 46. coll. Matth. xx. 29. Luc. viii. 32. coll. Matth. viii. 30. Fisch.

830. ἐπήρκουν ἐβοήθουν. — δεομένοις χρῄζουσι, πενομένοις. Gl. Cod. Par. Schæf. V. Eurip. Hec. 970. τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα, etc. Alludit uterque ad proverbium, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Berg. ἐπαρκεῖν est *opitulari*, *adjuvare*; *sufficere* (Gl. vett. h. e. subministrare) pecuniam, quod 836. εὐεργετεῖν. V. 1 Tim. v. 10. 16. Hes. v. Ἐπαρκεῖ, et ἐπήρκεσεν. οἱ δεόμενοι τῶν φίλων sunt *amici egeni*, ut 836. Gl. vett. Δέομαι, *egeo*, *indigeo*. Sententiam, quæ continetur verbis εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον, Terent. Andr. i. 1. 33. s. ita expressit: 'id arbitror Apprime in vita esse utile.' Nam qui dives aliorum inopiam sublevat, is sperare potest, sibi inopi adjutores non defuturos esse. Fisch. λαβὼν ad præcedentem versum relatum est in Elb. Dind.

831. πρός. εἰς A. 1. B. non 2. Pors. νομ. εἶ. 5. Dobr.

832. ἀπέλιπε. Lege ἐπέλιπεν. Bent. ἦπου ὄντως.—ταχέως συντόμως.—ἐπέλιπε (sic)· ἀφῆκε. Gl. Cod. Par. Schæf. ἀπέλιπε habent quidem omnes Edd. [antiquiores]. At Græcismi ratio requirit ἐπέλιπε. Kust. Ἀπέλιπεν. Ut claudicantem versum fulcirem, adjeci ν illud ἐφελκυστικὸν, quo cunctæ Edd. carent; non Cod. Dorv. Ἀπέλιπεν· ἀφῆκε. Ἦπου ὄντως quomodo Schol. Hom. ad Il. Γ. 43. ὄντως δή· interrogative Frisch. intellexit, sed minus opportune hoc quidem in loco. Kust. offendit ἀπέλιπε· nam Græcismi rationem requirere ἐπέλιπε· nollem dictum: prælusit tamen huic suspicioni H. Steph. Thes. t. ii. p. 665. A. 'Legitur vero apud Aristoph. et cum accus. junctum tanquam activum pro Deficio et quasi destituo: in Pluto, Ἦπου etc. te cito defecerunt nummi. Qua tamen constructione ἐπέλιπε constat frequentius usurpari, quam ἀπέλιπε.' Revocare debuerat eum, etsi non sit adjunctus accusativus, Isocr. locus ad Demonic. p. 5. E. τὰ μὲν γὰρ (χρήματα) ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ (ἀποθέματα) πάντα τὸν χρόνον παραμένει. Hemst. Palæph. fab. 26. dixit ἀπέλιπεν αὐτὸν ὁ βίος, ubi v. et Zosim. iv. 29. 1. est τὰς πόλεις ἀπολελοίπει τὰ χρήματα. Sic h. l. ἀπέλ. τ. χρ. *defecit te res*, *pecunia*. χρήματα sunt Atticis τὰ ἀργύρια. V. nos Prolus. Palæph. ii. 8. p. 24. s. Fisch. ἐπέλιπεν τὰ χρήματα. Sic optime membr. ut et Kust. legendum esse viderat. In C. ἀπέλιπεν. Duo alii, ut vulgo, ἀπέλιπε. Brunck. ἀπέλιπε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. ἀπέλιπε. -ον 1. non 2. ἐπέλιπον A. B. Pors. ἀπέλιπε vel -εν tres primæ, Arund. 6. Gl. ἀφῆκεν 6. ἐπέλιπεν (vel -πε) Rav. Borg. quomodo conjecerat Kust. et ante eum H. Steph. Thes. t. ii. p. 665. In ἀπέλιπον vel ἐπέλιπον syntaxin laborare censet Pors. ad Hec. 1141. Per se optimum ἀπέλιπεν. ἀπολείπειν est deserere, ut 104. 447. 495. 1148. ἐπιλείπειν deficere, quod poscit sensus. Dobr. σε om. 4. Id.

833. post ἄθλιος (ἄβιος 3. Dobr.) dele interrogationem. Bent. Versus hic prorsus abest a Cod. Dorv. Errorem quæ causa pepererit, facile patet. Hemst. Κομιδῆ μὲν οὖν est vox affirmantis, ut 834. 838., qualis est μάλιστα 827. et alibi, πάνυ μὲν οὖν —. Per se valet *oppido*, *admodum*, *valde*, πάνυ, σφόδρα. — Hesych., ita ut intelligi possit ταχέως 833. et ἄθλιος 834. et κατεγέλων 838. nam est a nominat. κομιδή, cura: cujus notioni inest notio magnitudinis—: sed multorum nominum ablativi ponuntur, more Hebrr., pro adverbiis, ut σπουδῇ, δρόμῳ Thuc. viii. 94. κόσμῳ *modeste* Herod. viii. 67. et alii. Hes. ἄγαν, πάνυ. σφόδρα, παντελῶς. Fisch. κ. μ. ο. οὐκοῦν. Om. versum παλαιὸν ἀντιγρ. Lib. Burg. (In Rav. versum sequentem de-

esse dicit Inv.) Dobr.

834-6. τέως. Gl. Cod. Par. πρώην ἢ πρὸ ὀλίγου.—ἕξειν λήψεσθαι.—βεβαίους ἀληθεῖς.—δεηθείην χρείαν σχοίην τινός. Gl. Cod. Par. Schæf. Κομιδῇ· λίαν. Ὤιμην· ὑπελάμβανον. Τέως· πρώην. Ἕξειν· κτήσασθαι. Ὄντως· ἀληθῶς. Δεηθείην· εἰς χρείαν ἔλθοιμι. Ἐξετρέποντο· ἐξένευον, μετεβάλλοντο. Ἐδόκουν· ἐνόμιζον. Cod. Dorv. in quo itidem est scriptum εὐεργέτησα. Hemst. τέως. Gl. πρώην, πρότερον. Brunck. Tim. gl. Plat. πρὸ τοῦ. Sed potest etiam reddi *adhuc, hucusque,* ut Plat. Phæd. 66. Mœr. [p. 368.] ἕως ἢ μέχρις. Tim. loco laud. ἕως τινός· vel *interea dum dives fui,* Hes. τότε, τηνικαῦτα. Add. Herodian. Philet. p. 434. εὐηργέτησα i. q. ἐπαρκεῖν 831. ὄντως βεβαίους, *vere certos et fidos,* qui meam aliquando inopiam sublevarent suis copiis. Fisch. κομιδῇ vitiose Ven. I. II. Post ὄντως interr. nota Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. οἶσθ' 1. ᾖσθ' 2. εὐεργέτησα 2. Pors. εὐηργέτησα tres primæ, Brunck. Inv. Arund. 6. εὐεργέτησα 5. quod ubique reponendum puto, nisi mavis ηὐεργέτησα. Dobr. εὐηργέτησα servant 1. 2. 3. 4. Id. τέως. τότε. Lib. Burg. εὐεργέτησα Id.

837. ἐξετρέποντο· μετεβάλλοντο.—ἐδόκουν· ἐνόμιζον. Gl. Cod. Par. Schæf. ἐκτρέπεσθαι fere tripliciter usurpatur. Nam propr. dicitur de iis, qui *devertunt, deflectunt de via,* aliamque ineunt, unde nonnunquam adjicitur genit. τῆς ὁδοῦ, ut Æl. V. H. XIV. 49. et accus. τὴν ἑτέραν, ut Lucian. Tim. [c. 5.] quem locum cum h. l., qua rem, conferendum docuere Barl. et Berg. Deinde ἐκτρέπεσθαι τινα est, occursum alicujus *ita vitare,* ut de via deflectas ut h. l. nam commode intelligi potest με, sed poterit etiam recte accipi proprie. Denique est omnino *fugere, aversari, declinare, evitare.* V. Kust. de Verb. Med. i. 18. et Dresig. de Verb. Med. N. T. i. 24. Unde illustrari fortasse possit locus Joh. v. 13. ἐξετράπη, vulg. *declinaverat.* Fisch. Theognis optimo jure eos damnat amicos, qui sunt μέχρι προσηγορίας φίλοι, *salute tenus amici.* Quid autem de his dicturus erat, qui congressu, imo et adspectu bene de se meritos non dignantur? Girard. κοὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι. *Et me videre se dissimulabant.* Græcorum vim non percepisset Berg. V. Valck. ad Eurip. Hipp. p. 217. In Pac. 1051. μὴ νῦν ὁρᾷν δοκῶμεν αὐτόν, *faisons semblant de ne pas le voir.* Plaut. Epid. ii. 2. 54. *dissimulabam me harum sermoni operam dare:* οὐκ ἐδόκουν ὑπακούειν αὐτῶν. Brunck. μ' ὁρᾶν ἔτι 6. Dobr. Gl. Cod. Par. οὐ μόνον ταῦτ' ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ —. κομιδῇ· λίαν κατεγέλων. Schæf.

838. In Cod. Dorv. librarii stupor valde implicuit interpretationem, quæ huic vers. est adposita: οὐ μόνον ταῦτα ἐποίουν ἀλλὰ γινώσκω λίαν· hæc sine ulla distinctione ordine continuo junguntur. λίαν ad κομιδῇ pertinet, ad οἶδα, γινώσκω· reliqua sententiæ explendæ inserviunt: οὐ μόνον ταῦτα (τὸ ἐκτρέπεσθαί σε καὶ οὐ δοκεῖν ὁρᾷν) ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ κατεγέλων etc. Hemst. καὶ est *etiam,* particulæ vis, a multis sæpe non animadversa (v. Palæph. xxii. 2. xliv. 2. Mœr. v. Παιδάριον). Sic 845. 848. καταγελᾷν est *deridere.* Nam hic est plerorumque hominum mos, ut beneficiis etiam cumulati ab altero si hunc nimia benignitas reddiderit inopem, ejus inopiæ non succurrant, immo stultitiam ejus adeo derideant. εὖ οἶδ' ὅτι interponitur orationi, ut ap. Lat. *sat scio, scilicet;* intell. κατεγέλων. V. Viger. de idiot. v. 8. 16. ibique Hoog. Fisch. κατεγέλων γ'. σ' ex em. 2. γ' om. A. 1. B. Pors. γ' om. et gl. σου, 5. Habet 6. Dobr.

839. αὐχμός· στέρησις, ξηρασία.—τῶν ἐμῶν.—σκευαρίων· τῶν εἰς χρείαν πραγμάτων ἠφάνισεν. Gl. Cod. Par. Schæf. Citat Suid. v. Αὐχμεῖς. Locus autem hic, ut verum fatear, ὕπουλος mihi nec satis planus videtur. Nisi forte sensus sit: *squalor vasorum,* i. e. *paupertas, me perdidit.* Pauperum enim domus squalidæ et sordidæ; at divitum contra, mundæ et nitidæ esse solent. Kust. *Siccitas, squalor supellectilis me perdidit;* arefactus et exhaustus amisi vasa, i. e. opes; ad paupertatem redactus sum: metaphora a segete. Nam siccitate grana, quæ sunt in aristis, extenuantur et aduruntur. V. Schol. Suid. Hesych. αὐχμὸς etiam exponitur ἔνδεια. Duck. Αὐχμός· Στέρησις. Τῶν σκευαρίων· τῶν χρειῶν. Cod. Dorv. χρείας et χρειασίδια Græci recentiores vocant *utensilia.* Kusterus autem cur suspectum habuerit hunc versiculum, rationem non video. Αὐχμὸς τῶν σκευαρίων, quum squalent exinanita vasa, nihilque in iis superest, quod mensam luculenter instruat: illam rerum bonarum penuriam ait se perdidisse, id est, effecisse, ut, qui prius amicos se gesserant, nunc dilapsis opibus, et siccatis cum fæce cadis, diffugerent, sibique insuper insultarent. Hemst. Participium ὢν hic, ut sæpe, abundat. Hemst. notæ lucem affundet Schol. ineditum, quod profero e Cod. C. Τὸ ὢν ἢ ἀντὶ τοῦ εὖ νοητέον,

τρεπομένης Δωρικῶς τῆς ου διφθόγγου εἰς ὠμέγα· ἢ ἀντὶ τοῦ ὑπάρχων, οὕτω. ἀπώλεσε γὰρ ἐμὲ αὐχμὸς τῶν σκευαρίων ὧν καὶ ὑπάρχων ἐμοί. πέπρακα γὰρ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο εἰς γέλωτα πᾶσιν ῥοικείμην. Παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τὰ σκευάριά τι, ἀπολέλειν. ἐχόντων γάρ τι τῶν σκευαρίων, ἤδη ἠρδευόμην. διακρίνων δ' οὕτω αὖος καὶ ξηρὸς ἦν ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πενίας, ὃ γοῦν ἔπασχεν ὁ δίκαιος οὗτος, ἀντιστρόφως τοῦτο τὰ σκευάρια, φησὶν, ἀπώλεσεν. Brunck. Lege, διακόνων δ' ὄντων—ὁ δίκαιος αὐτός. Ista, Παρὰ τὸ—spectant lectionem ὢν. Omittebat scil. Schol. μ' cum Suid. et σκευαρίων ad ἀπώλεσε referebat, per constructionem Att. Unde Schol. ed. ita fere corrigendus; * * ξηρὸς γενόμενος ὑπὸ πενίας * * Ἀττικῶς δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἀπώλεσε τὰ σκευάρια. Apud Suid. ἤδη natum videtur e gl. ὑπάρχων ἢ δή, supra ὢν. Cum Plat. Menon. init. αὐχμός τις τῆς σοφίας compara Synes. de Insomn. fin. τοσοῦτος ἄρα νοῦ μὲν αὐχμὸς, ἐπομβρία δὲ λέξεων τοὺς ἀνθρώπους κατέσχεν, Plutarch. de Orac. def. p. 411. F. τὴν Βοιωτίαν—νῦν ἐπιλέλοιπε κομιδῇ (τὰ χρηστήρια) καθάπερ νάματα, καὶ πολὺς ἐπέσχηκε μαντικῆς αὐχμὸς τὴν χώραν. Dobr. Interpretatio multum negotii facessivit grammaticis et veteribus et recentioribus. Equidem ita eum intelligo: σκευάρια sunt *vasa, in quibus cibi et apparantur et apponuntur*. αὐχμὸς proprie quidem est *siccitas* (Gl. vett.), quæ existit ex ἀνομβρίᾳ (Hes.) v. Joseph. Arch. xiv. 8. Sed h. l. vasis tribuitur, quatenus in iis apponuntur cibi *sicci et aridi*, qui sunt fere *tenues*, ut panis, caseus, aliique cibi, quibus rustici utuntur. Unde *vita arida, sicca*, a Latinis tribuitur omnibus, qui utuntur victu tenui et vili. Itaque sensus est: quia victu utebar tenui, nemini poteram cibos lautos adponere, fugerunt meam consuetudinem omnes. μ' ἀπώλεσεν, *orbavit me usu et ope amicorum omnium*. Fisch. Rostius in Analect. Crit. fasciculo (L. 1802.) pro γὰρ ὢν τῶν σκ. (quæ olim erat vacivitas vasorum) quod participium ὢν non ponatur h. l. ea vi, qua fere, ut causam significet, legi jussit γερόντων σκευ. V. Comment. Soc. phil. Lips. iii. 1. p. 158. Dind. ὢν ἤδη τῶν Suid. Ms. v. αὐχμεῖς. ubi mox ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον. Pors. Ed. Med. ἤδη et om. μ' Dobr. ὢν. ἀντὶ τοῦ δή. (Legebat ὢν.) Lib. Burg. Id.

840. οὐχὶ νῦν ἔσται τοῦτο.—ἀνθ'· ἕνεκα. Gl. Cod. Par. (et sic Dorv.) Schæf. Ἥκων· ἦλθον. Cod. Dorv. Hemst. ἀλλ' οὐχὶ νῦν, h. e. *nunc non est siccitas vasorum*, nunc non uteris victu tenui. Ex ὢν intell. ἐστίν. ἀνθ' ὧν quia dives factus sum, ut 434. πρ. τὸν θεὸν προσ. ἥκω δικ. ἐνθ. *huc veni non temere, ut deo* (Pluto) *gratias agerem*, gratularer. Nam προσεύχεσθαι est *gratias agere*, quia Plutus eum divitem reddiderat. Fisch. Soph. Elec. 587. δεῖξον, ἀνθ' ὅτου (*quare*) ταῦν' αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις. V. Ach. 285. Berg.

841. προσευξόμενος. Gl. Cod. Par. μέλλων προσεύξειν καὶ παρακαλέσειν. Mireris, sed facile feras in tali quidem scriptore activum προσεύχω. Non feras in Soph. Fragm. iii. Creusæ εὔξαιμ' ἂν ἔχειν. F. scrib. εὐξαίμην σχεῖν. De similibus barbarismis δύναιμ' ἂν et ἤδοιμ' ἂν v. Brunck. ad Æsch. Prom. 764. Schæf.

842. τὸ τριβώνιον· τὸ διερρηγμένον ἱμάτιον. Gl. Cod. Par. Schæf. Τὸ τριβώνιον· Τὸ παλαιὸν ἱμάτιον. Φέρει· βαστάζει. Τουτί· τουτὶ πρὸς τὸ παιδάριον. Cod. Dorv. Cavere voluit, ut opinor, ne quis τουτὶ referret ad τριβώνιον· nisi potius, ne cum φράσον conjungeretur; nam hæ quidem voces in Cod. Dorv. nulla distinctionis nota separantur. Edd. post τουτὶ vel majorem interpunctionem, excepta B. Crat. quæ minimam ponit, vel signum interrogandi præferunt. Nihil obest, quominus commode φράσον præcedentibus adglutinetur hoc pacto, φράσον, τί δύναται τὸ τριβώνιον etc. similiter atque 56. In his autem πρὸς τῶν θεῶν, multum vereor, ne solemnis illa jurisjurandi formula priscam lectionem aboleverit, Τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται πρὸς τὸν θεὸν etc. *Illud vero palliolum quid facit, quid pertinet ad Deum Plutum?* Videtur sane, quemadmodum in κομιδῇ μὲν οὖν, sic itidem in terna repetitione, πρὸς τὸν θεὸν, jocum quæsivisse. Hemst. τί δύναται πρὸς τὸν θεόν; *quid facit ad Deum?* Sic ingeniose Hemst. Frigidum est quod vulgo legitur, τί δύναται, πρὸς τῶν θεῶν. Brunck. δύνατε Elb. πρὸς τῶν θεῶν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. πρὸς τῶν θεῶν edd. et Mss. in quibus Rav. Borg. Arund. 6. (hic ex em. ej. m.) 6. πρὸς τὸν θεὸν movisse certe videtur Pors. ad 458. Atque ita Cantab. unus, sed statim mutavit. Antiatt. Bekk. p. 89. Δύναται: οἷον, τί δύναται ἥδε ἡ λέξις; ὁ στατὴρ πόσους ὀβολοὺς δύναται; Dobr. πρὸς τὸν θεὸν primo l. sed statim mut. Id. τὸ τριβώνιον est *pallium detritum, lacerum* (714.), quod recte uno verbo dici potest *palliastrum* cum Gl. vett. Ap. Apuleii Met. i. p. 104. de pallio Socratis est scissile *palliastrum* et futilis centunculus. Cf. 882. s. τί δύναται; *quid sibi vult?* ut Thuc. vi. 36. αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, i. e. eo spec-

tant, eo valent. (Ironiæ plena esse hæc verba, observat Gir. DIND.) πρὸς τῶν θεῶν non tam est obtestantis formula, *per deos immortales!* quam admirantis, *proh dii immortales!* Utitur Chr. hac formula, joci causa, ut rideat hominem, qui jam ter (823. 827. 840.) dixerit πρὸς τὸν θεόν. Sic certe major etiam joci liberalitas apparet, quam si legatur πρὸς τὸν θεὸν quum inprimis nesciam, an τί δύναται πρὸς τὸν θεὸν valere possit: *quid facit, quid pertinet ad Plutum?* FISCH.

843. φέρει. Gl. Cod. Par. ἄγει, βαστάζει. SCHÆF. μετὰ σοῦ non est *tecum*, ut vertunt Frisch. et Berg. immo, *pone, a tergo*, ὄπισθεν, ut 823. Nam servi dominos sequebantur a tergo. V. Theophr. Char. xviii. 2. unde etiam ἀκόλουθοι, *pedisequi* dicti sunt. FISCH.

844. ἀναθήσων ἀφιερώσων. Gl. Cod. Par. SCHÆF. Ἀναθήσων ἔρχομαι· Ἀφιερώσω, ἀνάθημα ποιήσω. Πρός· εἰς. Cod. Dorv. HEMST. ἔρχομαι et ἥκω ita junguntur participiis fut. ut exprimantur futura periphrastica Latinorum. V. Victor. Var. Lectt. ix. 4. At sic ratio constructionis non apparet, cur dixerit πρὸς τὸν θεόν. Puto igitur ἔρχομαι sejungendum esse a partic. ἀναθήσων et jungendum cum π. τ. θ. *venio ad colendum deum*, et verbis καὶ τοῦτ' ἀναθ. declarari modum cultus, *ita ut hoc quoque palliastrum ei dedicem.* Nam καὶ, ut 838. est *etiam*, et ἀνατιθέναι usurpatur de iis, qui aliquid deo alicui ita consecrant et dedicant, ut illud suspendant de parietibus templi, certe ponant in loco edito, v. 938. ss. et Schol. 943. Unde ἀναθήματα non sunt quævis *donaria*, sed ea, quæ suspenduntur, certe in loco edito et conspicuo collocantur. V. Salmas. ad Solin. p. 767. Quæ quia templis ornamento sunt, propterea grammatici ἀνάθημα interpretantur κόσμημα. FISCH. καὶ vel abundanter vel affirmative ponitur. MUNT.

91. πλεῖν ἢ σταδ. λαλ. Comparatio comica. V. Nub. 430. Brunck. Locum hunc citat Eustath. ad Il. Φ. p. 1226, 15. ed. Rom. Kust. Eustath. ait, ex his, quæ augendi vim habent, alia esse communia, alia joci et elegantiæ causa a poëtis adhibita, ut cum poëta h. l. dicit cet. et Alexis, alium κρείττονα esse altero ἡμέρας δρόμῳ, quæ a locis contra naturam translata sunt. Add. Casaub. ad Athen. p. 63. et 800. Etiam Suid. descripsit h. l. in Πλεῖν, sed corrupte. V. Kust. Duck. Hunc Comici locum tangit Aristides Or. pro Quatuorv. p. 221. t. iii. [p. 133. t. ii. Jebb.] καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖ πλὴν (seu potius, ut hic, πλεῖν) ἢ σταδίῳ λαλίστερα Ἀριστοφάνης μειράκια γενέσθαι φησίν. Notandum vero hic obiter ap. Comicum πλεῖν et mox v. 103. καὶ μάλα πλεῖν Attice nempe, pro πλέον. Eumœr. Ms. sæpe jam citatus Πλεῖν ἢ μύριοι, Ἀττικῶς· πλέον [πλέονες] ἢ μύριοι, Ἑλληνικῶς. *Loquacitatis* vero, s. λαλιᾶς, quod hinc tangitur in Eurip. vitium, et quod plura dein Atheniensium μειρακύλλια* in scribendis tragœdiis sunt imitata, sugillat adhuc alibi in hac fabula Aristoph. ut 1067. εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι κ. τ. λ. A quo λαλιᾶς s. *loquacitatis* vitio Æsch. ac Soph. alienos tradiderat ante adducta paullo ante verba Aristides, non vero Eurip. cujus oratoris ea de re verba opportunius ad dictum mode Comici locum in hac fabula adducentur. Addam hoc solum, quod idem λαλιᾶς vitium in Eurip. redarguat Plutarch. de aud. poët. p. 45. μέμψαιτο δ' ἄν τις — Εὐριπίδου τὴν λαλιάν. Spanh. πλεῖν σταδίου Etym. M. p. 262, 14. πλεῖν ἢ σταδίου Flor. h, Borg. Similiter in Rav. peccatum 18. Dind.

92. Loci hujus meminit Tatian. Or. adv. Græc. c. 2. ubi ait, κατὰ γὰρ τὸν Κωμικόν. Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα, Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης. [Quæ ibi sequuntur verba, in versus descripta, non Aristoph. esse, sed Tatiani, jam viderunt edd. Dind.] In priore versu scribendum est, et hic, Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι —. Eodem respexit Max. Tyr. diss. xv. p. 156. ed. Cant. [diss. xxxi. p. 369. ed. Markl.] τὰ δ' ἐστὶ πάντα, κατὰ τὸν ἐν Διονύσου ποιητήν, ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα, χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης. Kust. ἐπιφυλλίδες. Exigui nempe racemi. Hes. (ut quoque hic in Scholl.) ἐπιφυλλίδες· βοτρύδια. Unde LXX. Abdiæ v. 5. καὶ εἰ τρυγηταὶ εἰσῆλθον πρός σε, οὐκ ἂν ὑπελείποντο ἐπιφυλλίδας—στωμύλματα. Prout in versu hujus fabulæ jam adducto 1069. τῶν μειρακίων στωμυλλομένων, et 1306. στωμύλλετε, et Pac. 998. στωμυλλόμεθ'. Imo hujus dramatis v. 865. στωμυλιοσυλλεκτάδη, et ap. Athen. ix. p. 381. στωμυλῆθραι δαιταλεῖς, *loquaces convivæ*. Spanh. στολμύματα Elb. Dind. Δι. om. 1. tum στωμύλτατα (sic) sed gl. πολυλογίαι. Dobr. ἐπιφυλλίδες B. Dion. Hal. Art. Rhet. x. 18. p. 393, 10. ed. Reisk. Tatian. ad Græcos p. 6. qui ταῦτ' ἔστιν ἐπ. citat. Suid. in vv. ἐπιφ. et στώμυλος, ubi locum e Pac. [992. etc.] om. Ms. et omnia ad Στράττις Ὀλύνθιος. Res se sic habet. Transit Ms. a φλυαρεῖν in στώμυλος ad τῶν δειπνοσοφιστῶν in fine Στράττις, qui vocatur στρατηγὸς τραγικός. In στρόβιλοι, εὐδαιμονεῖν τὰ μειράκια κ. τ. λ. In στράττις post βιβλίων sequitur νέοτερος τῶν καρκίνου στ. Pors.

93. χελιδόνων μουσεῖα. Ex Eurip. Alcmena dicit esse Schol. Dicit autem ea esse *hirundinum musea*, quia sint loquaces et barbari. Nam hirundo est *garrula*, ut loquitur Virg. Georg. iv. 307. et barbarorum lingua Græcis videtur esse avium voci similis. Herodot. in Euterpe [ii. 57.] ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. Maxime autem hi-

hirundinum voci assimilant barbaram linguam, quia Procne apud barbaros Thraces dicitur mutata in hirundinem; hinc de Cleophonte, quod non esset Græcus genuinus et barbarismos admisceret Græco sermoni, infra dicit Comicus 677. ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρηκία χελιδὼν κ. τ. λ. ubi v. Not. Berg. Eustath. ad Od. p. 1914, 34. λαλαγοῦσα δὲ ἀκαλλὲς (ἡ χελιδὼν) οἷα Θρᾷσσα κατὰ τὸν μῦθον. διὸ καὶ ὁ Κωμικὸς, οὓς ἐκεῖνος ψέγει, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζοντας χελιδόνων μουσεῖα καλεῖ· ὃ ἔστι ὑποβαρβάρους, χελιδόνων δίκην, οὐ μὴν ἐμμούσους ὡσεὶ καὶ Σειρήνων ἢ ἀηδόνων. [Duck. postquam in not. eumdem Eust. locum laudavit, addit, "Locus, qui ap. Suid. sequitur, οὗ περὶ χείλεσι βρέμεται Θρηκία χελιδὼν, est ex hac ipsa fabula v. 679. sed prave a Suida transscriptus est: ita enim scriptum est: ἐφ' οὗ δὴ χελ. etc. Non notavit Kust." Dind.] Hinc infra 677. Cleophontis peregrinitatem dictionisque barbarismum perstringit. Alio sensu verba ista χελιδ. μουσεῖα adhibuerat Eurip. in Alcmena, unde ea transtulit Comicus: πολλὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος, χελιδόνων μουσεῖα. Brunck.

94. ἃ φροῦδα θᾶττον. Est elegantissima phrasis Attica et bene notanda, cujus sensus est, *qui incredibili gaudio gestiunt*. Proprie, *qui subito in aërem discedunt*; præ levitate nimirum animi. Sunt enim quidam homines adeo ventosi et leves, ut eos quælibet gloriola et vana etiam honoris species pæne ultra nubes illico efferat. ἢν μόνον χορὸν λάβῃ, i. e. *si vel semel choragus dramata eorum in theatrum producenda curet*. V. Nos ad Eqq. 510. ubi de phrasi illa χορὸν λαμβάνειν et χορὸν δοῦναι plura dicemus. Kust. χορὸν διδόναι dicebantur choragi poëtæ, quum ejus opera utebantur in choro instruendo et fabula docenda, λαμβάνειν poëtæ, qui eas partes suscipiebant. Jam vero mali poëtæ non facile suorum dramatum emtores inveniebant, quum choragi, paullo gloriæ cupidiores, nullis sumtibus parcerent, ut possent quam optimi poëtæ fabulam producere, hoc est, quod hic dicit Aristoph. malos tragicos incredibili gaudio efferri, si semel operam suam ad scenam locaverint, et fiat illis potestas, unam aliquam tragœdiam producendi in theatrum. Itaque recte Schol. hic exponit φροῦδα ἀφανῆ ὑπὸ τῆς χαρᾶς: quasi dicas, præ gaudio eos nescire, ubi sint, evanescere. At χορὸν λαμβάνειν quid esset, non intellexit, quum exponit, si semel spectatores habuerint applaudentes dramatibus suis. Ita fere hunc locum explicat Casaub. in Athen. xiv. 9. p. 907. Et sane χορὸν λαμβάνειν esse, quod vult Casaub., patet etiam ex iis, quæ congessit Steph. Thes. v. χορὸς, et Suid. v. χορὸν διδόναι. Sed tamen sententia obscura est. Nam quid est χορὸν προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ? Λαμβάνειν χορὸν est, accipere potestatem docendæ fabulæ; προσουρεῖν autem de vento secundo dicitur, qui prosequitur a tergo euntes. Itaque χορὸς προσουρήσας τῇ τραγῳδίᾳ est potestas docendi dramatis, quæ quasi ventus secundus adspirat ipsorum tragœdiæ et quasi navim ad locum optatum, sic eam in theatrum appellit. Sed hoc quid sit, non satis perspicio. In poëta malim incisum locare post ἅπαξ, quam post λάβῃ. Est enim sententia: *si semel tantum potestas ipsis exhibendæ fabulæ concedatur*. θᾶττον est, *ocyus, quam celerrime*, ut sæpe alibi. Duck. Casaub. in Anim. ad Athen. p. 908. Schol. hic redarguit, qui non intellexerit quid sit χορὸν λαμβάνειν, nempe de poëta, qui partes sibi a chorago datas suscipit instruendi chori, et quomodo ab auctore vitæ Æsch. dictum tradit, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χορὸν λαμβάνειν. Unde continuo insignis lux accedit, quam iis non adtulit Florens, duobus apud Comicum in Εἰρήνῃ locis, nempe ubi de duobus pessimis Tragicis dicitur 805. χορὸν δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος, μηδὲ Μελάνθιος — — ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν τὸν χορὸν εἶχον—. Præcipua nempe Διονυσιακῶν, ut vulgo dicebantur, s. scenicorum agonum laus ac pompa, et quidem comicorum haud minus ac tragicorum in chori apparatu erat apud Athenn. posita: unde, ut τραγῳδοῖς sic et κωμῳδοῖς χορηγεῖν legas ap. Lysiam Or. xxii. p. 843. et alibi; donec chori sunt a Cynesia e comœdiis sublati, ut ea de re in Scholl. ad v. 153. et 406. hujus fabulæ. Spanh. Hujus loci sensum non adsequuti sunt interpretes, quem pessime reddidit Berg. *qui gaudio emoriuntur, si chorus eorum tantum semel secunda utatur fortuna in tragœdia*. Centum ista parasangis a poëtæ mente distant. φροῦδον εἶναι, γίγνεσθαι, οἴχεσθαι, nullibi significat nec significare potest, *gaudio emori*. προσουρέω, *secundo vento*, vel *secunda fortuna utor*, ne Græcum quidem est. Satis mirari nequeo, Henr. Steph. viro doctissimo, fraudi fuisse ineptam Græculi in scholl. interpretationem: προσουρήσαντα, εὐθυδρομήσαντα κ. τ. λ. Melioris notæ sunt, quæ tradit scholion ined. cod. Reg. C. Acceperunt interpretes istud προσουρήσαντα pro accusat. sing. ad χορὸν pertinente,

quum sit neutrum plurale in casu recto cum ἃ φροῦδα conjungendum. Denique χορὸν λαμβάνειν dicebantur scenici poëtæ, quibus locupletes cives choragi munere fungentes (v. Petit. de Leg. Att. p. 351.) chorum instruebant sumtusque suppeditabant omnes producendo dramati. V. Intpp. ad Eqq. 513. ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη. Exilibus racemulis succo carentibus comparatos adolescentulos illos, qui, nondum maturo ingenio, tragœdiæ componendæ se pares esse rentur, ait Bacchus statim *crescere, evanescere*, si, accepto choro, semel tantum in tragœdiam minxerint: necdum enim sunt adeo validi, ut cum ea rem habere possint eo successu, quo gaudere solent *οἱ γόνιμοι*. Hæc est poëtæ mens. De tragœdia, tamquam de meretrice, loquitur, quæ amatoribus poëtis copiam sui facit. Sic de comœdia Eqq. 517. *πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι.* Brunck.

95. *-ήσαντα* 1. 2. sed gl. 1. *εὐθυδρομήσαντα καὶ ἐπαινεθέντα.* Dobr.

96. *γόνιμον. Qui fecundum habet ingenium, ingeniosus.* In epist. Artaxerxis ad Hippocr. [ep. i. p. 317. ed. Cujac. epp. Gr.] *γνώμην οὐκέτ' ἔχω μετ' ἀνδρῶν γονίμων βουλεύσασθαι.* Berg. *Nativum* Rutgers. qui hunc v. et tres seqq. vertit iambis iv. Var. Lect. ix. [p. 350.] et Juv. Sat. vii. [53. ss.] imitatum docet. Duck. *γόνιμον ποιητὴν οὐχ εὕροις ἔτι* Flor. h. Dind. Edd. vett. post *ποιητὴν ἂν* et rursus post *ζητῶν ἂν* commata ponunt. Id. *εὕρῃς* B. Pors.

97. *λάκοι.* Est vox *τραγικωτέρα*, de qua v. not. ad Plut. 39. Kust.

99. *τοιουτ. τι παρακεκινδ.* id est, *tale quid insolentius et audacius dictum:* non, ut Frischl. interpretatur, *grave conjunctum cum periculo.* Usus etiam est hac voce Synes. in Dione p. 40. ed. Petav. *ὅταν τι παρακεκινδυνευμένον καὶ νεανικὸν προενέγκηται.* Et Longin. xxxii. 3. *εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερόν τι λέξαι.* Kust. Lege *τοιουτοί*: Suid. *τοιουτονὶ* in *Παρακεκ.* Bent. Loca citata om. Suid. Ms. in *παρακεκινδ.* Pors.

100. *Αἰθέρα, Δ. δωμ.* V. not. ad Thesm. 272. *Χρόνου πόδα* erat in Eurip. Alexandra, *καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα.* [Horat. 'Cito pede labitur annus;' et, 'Tacito pede præterit ætas,' etc. Add. Fragm. Eurip. Alex. n. 1. Dind.] Audacior eadem locutio occurrit Bacch. 876. ubi de diis dicitur, *κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως (δαρὸν χρόνου πόδα καὶ) θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον.* Quæ sequuntur, spectant notissimum ex Hippolyto versum, Comico sæpius vexatum, *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.* Cf. Thesm. 275. Brunck. V. inf. 311. Berg. *δωμάτιον*, Junt. II. Gel. Dind.

101. Alludit ad locum Eurip. Hipp. 611. ut et Schol. notavit, *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ'*, etc. quod ap. Cic. Off. iii. [29, 19.] *Juravit [Juravi] lingua, mentem injuratam gero.* V. ad 1467. et Thesm. 281. Berg. *ὀμόσαι* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. emendavit Port. Dind.

102. Parodia, quod vidit Schol., e noto Eurip. versu Hipp. 612. Quod contrario sensu legitur Thesm. 283. Auctor vero est Aristot. Rhet. iii. 15. Eurip. ob superiorem versum impietatis, ut qui pejerare doceret, in consueto Athenarum tribunali accusatum, respondisse, injuste secum agi, dum judicium de Dionysiaco agone ad Athenn. tribunal deferretur: in eo enim apud judices scenicorum id genus agonum se rationem jam reddidisse aut redditurum, si voluerint eum accusare. Spanh. Add. Valck. ad Eurip. l. l. p. 231. s. et Egerton. ad eumdem (617. p. 132. s.). Dind. *γλῶσσαν ἐπιορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός. Linguam quæ juravit seorsum a mente.* Hoc dicere debuit ad sententiam versus Eurip. quem deridet; nec forte jocum captavit, dicendo *pejeravit*, ut vertunt pro *juravit*. Compositum hoc non plus valet, quam simplex, abundante præpositione: sicque in vulgi sermone accipiebatur Solonis ævo, ut constat e lege, quam profert Lysias c. Theomnest. p. 359. [t. i. p. 214, 8. ed. Auger.] *ἐπεγγυᾷν δ' ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω.* Ceterum in Cod. [quarto Reg.] scriptum *ἐπιορκήσασαν ἄνευ τῆς φρενός.* Sic etiam est in meo. Gl. in locum genuinæ vocis illata fuit. Hoc manifestum est e membr. collatione, quæ in contextus serie exhibent *ἰδίᾳ*, superscripta gl. *ἄνευ*. Brunck. *ἐπιορκίσασαν* Ven. I. II. Raph.—*ἰδία* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. *ἰδίᾳ* Lugd. Amst. Dind. *ἰδίᾳ*: Ms. (et Rav. etc.) *ἄνευ*. Suid. l. c. *Ἰδία ἢ ἄνευ.* Bent. Recte *ἰδία* quoque Ald. male ed. Kust. *ἰδίᾳ*. Pro *ἰδία*, *ἄνευ* B. Pors. *ἐπιορκίσασαν* (sic) *ἄνευ* (et *ἰδία* sup. rub.) 1. Dobr.

103. *Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει.* De hac Attica v. *ἀρέσκειν* et similium constructione cum duobus accus. diximus ad Plut. 354. Spanh. *καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι.* Est mirum genus loquendi Atticorum, quo usus est etiam Comicus noster infra 750. Kust. Hunc versum profert Suid. t. iii. p. 295. sed mendose. Unde sumtus esset, ignoravit Kust., quem ad veram scripturam non duxit conjectura. Brunck. Suid. in *Σὲ δὲ κ. τ. λ.* habet *Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει μᾶλλον*: sed Mss. Kust. *μ' ἀλλά*: V. 610. 744. 750. Ach. 458. Av. 109. Sic

οὐ γὰρ ἀλλὰ est affirmativum: v. [Eq. 1202. et Gaisford. ad Hephæst. p. 27. et Markland. ad Suppl. 569.] Ms. σοι. Bent. Suid. ἀρέσκεια. Suid. v. σὲ hunc versum ita citat, prout edidit ex Ms. Kust. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει; μ' ἀλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι. Lege, μὴ, 'λλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι, quod et Schol. legisse videtur. (v. 610. 750.) σοὶ B. om. καὶ ante μάλα. μ' ἀλλὰ πλὴν Suid. Ms. σὲ δέ. Pors. Verba σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει afferunt Schol. Romana ad Soph. Electr. v. 147. Dind. Pro καὶ μάλα Elb. καὶ μὰ Δία. Id. καὶ μάλα 1. 2. Dobr.

104. κόβαλα. Sic Ms. Bent. Sic iv. Codd. [cum utroque Inv. Elb. et Bav.] Perperam vulgo κόβαλλα. Codd. hac in re assensus non requirendus erat; notum enim est e multis Comici locis mediam in hac voce per se longam esse. Vulgo etiam infra 1013. κοβάλους exhibent libri; in Pl. 279. κόβαλος. Eqq. 270. ὥσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς κἀκκοβαλικεύεται. Et sic ubicumque vel nomen vel derivatum occurrit. Brunck. Didymus ap. Schol. μετεστωμυλμένα, ἀπατητικά. Comicus Eqq. 415. καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα παιδὸς ὄντος· ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους. Berg. κόβαλλά. Ald. etcc. κόβαλλα etiam Elb. et Bav. κύβαλλα Amst. Dind. κόβαλά γ' B. Pors. κόβαλά Lib. Burg. et 1. 2. Dobr.

105. Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν. Citat Suid. v. Μὴ τὸν ἐμόν. Kust. Putaret aliquis ex Schol. hunc versum occurrere in Eurip. Androm. quem tamen ibi frustra quæres. [Nonnulli, ut Schlosser. et Hopfn. ollam his inesse parodiam, et Dionysum purgere recitare, existimant; rectius Conz. censet, nullam his contineri parodiam, sed proverbialem loquutionem, cujus sensus sit: 'Noli meam curare sententiam, sed tuum pro te sequere judicium.' Frangallius interpres cum Hardionio Hist. de l'Acad. d. Inscr. ix. p. 43. s. ad Eurip. Andr. 236. alludi tamen putat. Dind.] Dico itaque emendanda esse Schol. ex Suid. in Μὴ τὸν ἐμὸν, hoc modo: καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν 'Ανδρομάχῃ, ἢ οὕτω Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν. ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω. Nimirum est hæc explicatio verborum Arist. non autem versus Eurip.: et indicat Schol., hæc verba aliter posse accipi quam illa Eurip. in Androm. ad quæ alludit Comicus; quæ autem sint illa verba, Schol. diligentem Eurip. lectorem non ignorare putabat, itaque nec adduxit: puto autem esse v. 237. ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι· i. e. nolim ita sentire, ut tu. Si secundum hæc verba explicetur Comici locus hoc modo: Nolim te s. tuum animum habitare in meo animo, i. e. nolim tuam sententiam fovere; id non satis conveniens est: nam sic Bacchus reprehenderet Herculem vituperantem Tragicos, quos tamen et ipse paullo ante vituperabat. Hoc quum animadverteret Schol., dicit, ἢ οὕτω, μὴ etc. aut hoc modo: ne regas, tanquam domum, mentem meam; habes enim domum; ut jubeat eum alias res curare, nam se ad illa sufficere. Est et alius locus in Androm. 581. πῶς; ἢ τὸν ἀμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν δεῦρ'; οὐχ ἅλις σοι τῶν κατὰ Σπάρταν κρατεῖν; Et alius in Iph. ad Aul. 331. οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι; Et alius etiam in ejusdem Bacch. 331. οἴκει μεθ' ὑμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων. Berg. Μὴ τὸν ἐμὸν om. Suid. Ms. et art. seq. Pors.

106. ἀτεχνῶς γε. Sic, ut vulgo, membr. et C. In duobus reliquis omissum γε, quod salvo metro abesse non potest: in priori enim voce media semper apud Comicum correpta. ἀτεχνῶς, ἁπλῶς, καθόλου. V. Ammon. Brunck. παμπόνηρα ταῦτα φαιν. Bav. Dind.

107. δειπνεῖν με δίδασκε. Quia Bacchus ἔμπειρος τῆς τέχνης, ut de eo dicit 810. At Herculi πολλὴν τενθείαν tribuit Av. 1690. V. supra ad 62. et ad Ach. 60. Berg. Xanthias quæ sequuntur, rursus secum indignabundus dicit, sed nec hic nec 115. ejus rationem ullam habet Hercules. Dind. με delet Elm. ad Ach. p. 118. (p. 61. ed. Lips.) Id.

108. Lege ἕνεκα [Sed οὕνεκα est magis usitatum, tam Comicis quam Tragicis.]: mox Ms. ἔχων. Bent. ἀλλ' ὧνπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων. Sic A. C. D. Vulgo οὕνεκα et σκευὴν φέρων. Brunck. ἔχων pro φέρων B. (V. Pors. Advss. p. 286.) Pors. ἕνεκα Rav. Vat. Monac. Flor. b. ἔχων Rav. Vat. Borg. Monac. liber Pogg. Dind. οὕνεκα — φέρων Ald. etcc. edd. ἕνεκα — ἔχων Bav. — τὴν δὲ Lugd. Id. ἔχων. Lib. Burg. Dobr.

109. Fortassis scriptum fuisse κατὰ τὴν μίμησιν, et aliquem explanasse τὴν σὴν μ. conjicit Hopf. At soli articulo hic non erat locus. [κατὰ τὴν σὴν B. Pors. Sic 1. (et Borg.) Dobr.] ἵνα μὴ — Elb. Dind.

110. τοὺς σοφοὺς φρ. Elb. Dind.

111. ἐχρῶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. ἐπὶ τὸν Κέρβερον est, ad abducendum Cerberum, de qua vi præpos. ἐπὶ consilium indicantis, v. præter alios Fisch. Anim. ad Well. iii. ii. p. 243. Dind.

112. τούς τε λιμένας φράσον μοι Bav. Dind.

113. ἀναπαύλας et ἐκτροπὰς reddunt loca, ubi requiescere (mansiones) et devertere a via (deversoria) possint. At ἐκτροπαὶ sunt potius loca, ubi a via deflectitur. Ridicule πορνεῖα memoravit. πυρνεῖ vitiose Ald. (quod in meo exemplo manu lectoris correctum est) Junt. I. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Correctum in Junt. III. Gel. Port. DIND.

114. πανδοκευτρίας. (Sic Ald.) Hic pro *caupona*: infra vero Vesp. 35. de Cleone dicitur, Φάλαινα πανδοκεύτρια, *bellua omnia devorans*. SPANH. διαίται *cœnacula* sunt. DIND.

116. ὦ σχέτλια τολμήσεις γὰρ ἰέναι καὶ σύ γε; totus Herculi tribuebatur. Correxit Seidl. Alloquitur autem Hercules Dion. non Xanth. περὶ οὗ οὐδεὶς λόγος. DIND.

118. ἀφιξόμεθ' εἰς. Sic bene membr. et meus [etiam Rav. et Bav.]. In C. ἀφίξομαι. In B. ut vulgo ἀφίξομ' εἰς. BRUNCK. ἀφίξομ' Ald. Baroc. et cett. edd. ἀφιξόμεθ' Bav. (et Lib. Burg.) DIND. ἀφίξομ' 1. 2. -όμεθ' 6. DOBR.

119. μήτε ἄγραν Elb. sed punctis inferius notata est vox ἄγραν, et superne scriptum reperitur ἄγαν. TREND.

120. πρῶτον 1. πρώτην 2. DOBR.

121. γὰρ omittit Suid. in Θράνιον, Κάλως et Πνιγεύς. BENT. Constant. Lex. et Steph. Thes. v. Κρεμάω ita hæc jungunt: κρεμάσαντι σαυτὸν ἀπὸ κάλω, *si suspenderis te ex fune*. Puto incisum majus, vel quod dicitur semicolon, ponendum post θρανίου et præcedentia separanda a κρεμασ. σαυτὸν, tum quia non recte quis dicitur κρεμᾶν ἑαυτὸν ἀπὸ θρανίου, tum quia Suidas variis locis, in Πνιγηρά, Θράνιον et Κάλως, solum illa memorat, quæ dixi separanda, id est, sine κρεμ. σ., ut et Poll. x. 48. p. 1202. Sensus erit, *prima est a laqueo et scabello*, vel, *primam ostendit laqueus et scabellum, si suspenderis te ipse*. Ap. Suid. autem v. Θράνιον videtur rectius scribi θράνους καὶ θράνια, ταπεινά τινα δίφρια, pro eo, quod habet Schol. θράνους καὶ θρανίτιά τινα. Certe θρανίτια saltem mendosum est, pro θρανίδια. Deinde recte ap. Suid. θρῆνος pro θρῆνυς. [Imo etiam ap. Suid. rectissime legitur θρῆνυς. DIND.] ut Schol. perperam. Ap. Schol. autem melius scribitur ἀπολακτίζοντες αὐτὰ, quam λακτίζοντες, quod Suid. est. Ceterum Pollux x. 48. θρανίον h. l. accipit pro paxillo, cui annectitur restis, ἐπὶ παττάλου, de quo vide ibi Commentat.; θράνιον autem ap. Suid. scribendum esse, non θρανίον, recte censet Jungerm. et ita quoque apud eumdem est scribendum in Πνιγηρά. Schol. recte θρανίον. Dict. *Scabellum* voc. θρανίον notatur, cui insistens quis collum inducat laqueo, quo fiat una litera longa, ut ait Plautus Aulul. i. 1. 38. Male Pollux x. 48. pro *paxillo* accipit, ad quem locum v. Jungerm. BRUNCK. μὲν deest Elb. ἐστι Ald. Junt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Raph. ἐστιν Junt. I. Brub. Port. Lugd. Amst. DIND.

122. Πνιγηράν. Qui se suspendunt, illi πνίγονται, *suffocantur*; et, *æstus* dicitur πνῖγος. Dixerat autem, se nolle θερμὴν ὁδὸν, *calidam, æstuosam viam*. BERG. πνιγεράν Bav. DIND.

123. Jocus est in ambigua significatione v. τρίβειν, quod de via dicitur, tum de medicamentis, quæ in mortario teruntur. Similis jocus est in Stratonis venusto carmine xi., ubi investes medici φάρμακον τρίβειν dicuntur, quo significatur illa τοῦ δεῖνα τρίψις, cujus haud infrequens mentio apud Comicum. BRUNCK. σύντομος Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. τετριμμένη. Adhibuit hæc et seqq. nuper Wyttenbach. ad illa Plat. Phæd. 78. ἐνεγκάτω τις τὸ φάρμακον εἰ τέτριπται, p. 327. Annot. et verba 125. ψυχρὰν, etc. illustravit p. 329. de refrigeratoria cicutæ vi agens. DIND.

124. διὰ θυείας. Cicuta nempe, quæ in mortario teri prius debuit: unde de ea, quam hausturus erat Socrates, Plato in Phæd. p. 116. [c. 65.] καὶ ἐνεγκάτω τὶς τὸ φάρμακον, εἰ τέτριπται· εἰ δὲ μὴ, τριψάτω ὁ ἄνθρωπος. [Scil. semen cicutæ terebatur, ut succus exprimeretur. V. Plin. H. N. xxv. 13. et quos laudat Fisch. ad Plat. l. d. p. 491. DIND.] Mox p. 117. [c. 66.] de eo qui præparatam cicutam Socrati erat allaturus: καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἧκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον ἐν κύλικι φέροντα τετριμμένον. SPANH.

125. Nec *frigidam viam* sibi ostendi volebat, v. 119. BERG.

126. Quod de cicuta hic dicitur, quæ frigore enecet, et quidem facto a pedibus ac dein a suris initio, firmat de Socratis e pota cicuta obitu Plato Phæd. p. 118. [c. 66.] κἄπειτα σφόδρα πιέσας αὐτοῦ τὸν πόδα, ἤρετο, εἰ αἰσθάνοιτο· ὁ δὲ οὐκ ἔφη· καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις τὰς κνήμας· καὶ ἐπανιὼν οὕτως ἡμῖν ἐπεδείκνυτο, ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πήγνυτο. SPANH.

128. Suid. v. βαδιστικοῦ, Triclin. ad Soph. Trach. 394. βαδιστικὸς ex Aristoph. memorat Poll. iii. 92. γε omittit Borg. DIND.

129. V. Meurs. Gr. Fer. in Ἀκαδημία. BRUNCK. Is docuit in vico a regione

Ceramici intra urbem (Paus. i. 2.) tres cursus lampadicos (λαμπαδοῦχοι ἀγῶνες) quotannis institutos esse, Minervæ, Hephæsto, et Prometheo. Qui currebat, eum oportebat providere, ne fax extingueretur, quam quidem ei, qui ipsum excipiebat, tradebat. Unde proverbialis locutio exstitit: Lampada cursu tibi trado. Simili metaphora usus est Lucret. ii. 78. a. Conz. Add. Spiegazione di un raro marmo Greco, nel quale si vede l'Attico modo di celebrare i Giuochi Lampadici del Duca Mich. Vargas-Macciucca, Accad. Etrusco — 1791. 4. — εἶτα τι Inv. pro κᾆτα τ. edidit. Ad ὄντος βαδιστικοῦ (h. e. apti ad iter pedestre faciendum,) supplendum μου. Dind. εἶτα Rav. Baroc. Borg. Id. κεραμικὸν Elb. — κᾆτα τι. Ald. et cett. edd. εἶτα τι Rav. (et Lib. Burg.) Id.

131. ἀφιεμ. τ. λαμπάδ' ἐν. Citat Tho. Mag. v. Θεῶ. Ut autem locus hic recte intelligatur, sciendum est, moris olim Athenis fuisse, ut in Ceramico cum lampadibus et facibus decurreretur. Cum autem faciendum erat currendi initium, cursoribus facis missione signum dabatur, spectatoribus exclamantibus, εἶναι, vel ἕς, mitte sc. facem. Huc ergo alludens Hercules Baccho dicit: Ascende turrim in Ceramico, et, quum audiveris spectatores dicentes mitte facem, tunc et tu temet inde demitte s. præcipitem dato. Kust. Ms. τῇ. Bent. ἐντεῦθεν deest Elb. Dind.

132. Hic versus in ed. Ald. excidit in fine columnæ, ita in meo, exemplo manu suppletus: κἄπειτ' ἐπειδ' ἂν φῶσιν οἱ θεώμενοι. Deest etiam Junt. i. habent Junt. ii. iii. Crat. etc. Locum melius interpunxit Port. Dind.

133. εἶναι. Infinit. pro imperativo, ut Nub. 1079. εἶτ' εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν. Ran. 170. τότε μ' ἄγειν, et alibi sæpe. Potest subintelligi μέμνησο, aut quandoque δεῖ aut alia verba explendo sensui apta. Brunck. Legebatur ἐπειδὰν φῶσιν— εἶναι, quod vertunt interpretes, quando jubebunt spectatores lampadem mitti. Quasi vero id dici potuerit ἐπειδὰν φῶσιν εἶναι, aut spectatoribus conveniat initium certaminis jubere. Schol. εἶναι τόθ' εἶναι. ἀντὶ τοῦ ἀφεῖναι τοὺς δρομεῖς. τινὲς γράφουσιν εἶητε. Quam in aliis libris repertam scripturam testatur Schol. εἶητε tam inepta est ut non possit non corrupta haberi. Recte ego Seidl. corrigere puto εἶνται ἀντὶ τοῦ ἀφεῖνται, cui aptum est quod explicandi caussa additur, οἱ δρομεῖς, eodemque fortasse spectat alius annotatio grammatici, πρὸς δὲ τόπῳ τούτῳ (τῷ Κεραμεικῷ) πύργον τινὰ ὑπάρχειν φασὶν, ἀφ' ὃν συμβουλεύει αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τὴν λαμπάδα, καὶ ὅταν οἱ πρῶτοι λαμπαδίζοντες ἀφεθῶσι, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πύργου ἀφεῖναι ἑαυτὸν κάτω. — Verba τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτὸν afferuntur in Hortis Adon. fol. 180. b. et 181. a. Dind. Pro σαυτὸν Elb. ταυτον. εἶναι bis Junt. i. Gel. in Raph. priori loco εἶναι. Id. τῇ Baroc. Pors. τῇ 1. τοῖ 2. Dobr.

134. Locum hunc voc. ἐγκέφαλος gratia citat Athen. ii. 25. p. 66. Kust. ἐγκεφάλου θρίω δύο. [Quia cerebrum hominis habet membranas foliis ficuum, quæ θρία dicuntur, similes: aut alludit ad illud cibi genus, quod paratur ex cerebro animalium quorumdam foliis ficuum involuto. Ex Schol. Berg.] Nempe juxta Schol. quod cerebrum humanum membranas habeat instar foliorum ficus. Citatur vero hic locus in Scholl. ad Eqq. 951. ubi inter varias voc. θρίου pro condimentis significationes ea quoque traditur: ἐγκέφαλος μετὰ ὑδρου καὶ τυροῦ σκευαζόμενος καὶ ἑλισσόμενος ἐν φύλλοις συκῆς. Spanh. Athen. ii. p. 66. b. Schol. ad Eqq. 951. p. 608, 20. δύω edd. veteres. ἐγκέφαλον Elb. δύω Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Lugd. Amst. Dind. Lege δύο. Pors.

136. πότε Jac. Periz. Addend. ad Æl. V. H. i. 18. ἀλλ' ἥνπερ. B. Pors. ἀλλ' ἥνπερ [ubi vulgo deest ἀλλ'. Bent.].

137. ἥξεις μεγάλην Suid. v. ἄβυσσος, non B. Pors. ἐπιλίμνην uno vocabulo Ven. i. ii. (non Raph.) Post πάνυ punctum habent Ald. Junt. i. ii. iii. comma Raph. delevit interpunctionem Crat. cum seqq. Dind.

138. Inserta vulgo (ante περαιωθ.) particula γε, quam in uno Regio omissam, ut inutilem expunxi. Brunck. Dele γε. Bent. γε om. Suid. in φεῦ. Pors. Habent particulam ceteri libri, etiam Rav. tuitusque est Reisig. ad Sophocl. Œd. Col. p. 823.: recte rejecit Elms. annotatione ad eandem fabulam p. 214. 215. etsi in eo falsus, quod γε ab interrogativis sententiis alienum judicat. Dind. πῶς δε Ven. i. ii. Raph. Id.

139. τυννουτωὶ Ald. Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Cett. τυννουτωί. Dind. τυνουτωὶ B. τουνουτωὶ Suid. Ms. φεῦ. Pors.

140. Versum hunc et sequentem adducit Etym. v. Ὀβελίσκος. Duos autem obolos Charonti nauli loco datos fuisse Aristoph. hic ait, non rei ipsius veritatem secutus (nam reliqui scriptores unius tantum oboli mentionem faciunt), sed alludens ad mercedem judicum Athenn.,

quæ initio duorum et postea trium obolorum fuit. V. quæ hac de re notavit Tib. Hemst. in politissimis notis ad Lucian. Dial. (selectos) p. 16. s. Kust. Intelligit Charontis naulum et alludit ad mercedem judiciariam Schol. Berg.

141. V. quæ de hac duorum, aut sequuta mox trium obolorum in tribunalibus Athenn. ac civium in concionibus mercede diximus ad Nub. 839. Spanh. Allusio ad judicum Athenn. mercedem, aut eam, quæ civibus in concione suffragia ferentibus dabatur. Non eadem fuit semper, sed diversis temporibus aucta vel imminuta fuit ab uno ad tres obolos: duorum obolorum tum fuisse videtur, quando editæ fuerunt Ranæ. Idcirco Charonti, quem ceteri omnes mythographi obolo contentum fuisse volunt, Comicus Duobolon nauli nomine solvi fingit. Brunck. φεῦ extra versum ponitur, unde uncinis inclusit Brunck. Dind. φεῦ separatim scriptum in Elb. totam lineam occupat. [" φεῦ delent quidam." Scal.] Dind. τὼ om. B. non Suid. ed. Ms. φεῦ. Pors.

142. Vulgo (in vv. Θησεὺς ἤγαγε) pronomen abest, quod flagitante sermonis ratione reposui. Brunck. [qui dedit, Θησεύς σφ' ἤγαγε, recte nemine ei obsequuto, quum et intelligi facile ex antecedd. possit, et inserto σφ' dura fiat oratio.] Hunc ad inferos descendisse cum Pirithoo ad rapiendam Proserpinam notum est. Berg. ἤγαγε Ald. etc. ἤγαγεν Elb. Dind.

143. Non debebat unius Cod. auctoritate μετὰ τοῦτ' ab Inv. recipi pro μετὰ ταῦτ', inprimis quum ductus literarum conjuncti facile potuerint legentis oculos fallere. Dind. μετὰ ταῦτ' Ald. et al. edd. μεταταῦτ' Junt. I. III. Id. τοῦτο Rav. et Lib. Burg. Dobr. κατὰ ταῦτ' ὄφ. etc. Depravatus solus Rav. quod in hac re optimo cuique potuit accidere, exhibet μετὰ τοῦτ'. Reisig.

144. μή μ' ἔκπληττε. Gl. in C. μή μ' εἰς ἔκπληξιν καὶ φόβον ἔμβαλε· οὐ γάρ μ' ἀποστήσεις τῆς ὁρμῆς. Brunck.

145. βόρβορον παχύν. Sic Cod. meus. Reliqui, ut vulgo, πολύν. V. seq. βόρβορον παχὺν. Cod. ut tres alii Regii, juxta impressos, πολὺν, quæ lectio plurium Codd. fide nixa mutari forte non debebat. Brunck. βόρβορον πολύν. Quod e scitis Græcorum theologiæ dicitur, juxta quam scelerati et qui, necdum eorum mysteriis initiati, fato erant functi, in luto ac stercore jacere in inferis credebantur. Plato de postremis in Phæd. p. 81. t. i. [c. 13.] [Ad q. l. cf. Fisch. p. 290. et Moshem. ad Cudworth. t. ii. p. 1040. Fuit autem illa Orphica sententia, h. e. ex antiquissimo philosophemate de inferis repetita. Dind.] ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. De quibus etiam non initiatis hic agi, vel ex proximis poëtæ verbis mox liquebit, quæ de læta et felici τῶν μυουμένων, initiatorum, in inferis conditione mox dicentur. Spanh. παχὺν receperat Brunck. quod ex interpretatione ortum est. Dind. Post ἀποτρέψεις Bav. addit τῶν ἐκεῖσε. Pro πολὺν Bav. et Monac. παχύν. Dind. πολύν. sic Suid. ed. Ms. παχ. Pors.

146. καὶ σκὼρ ἀεὶ νῶν. Citat Suid. v. Ἀεὶ νῶν et v. Σκώρ. Kust. Notat hic Schol., a quibusdam tradi, quod Strattis in Atalanta primus illa voce σκὼρ sit usus: falsum vero id esse, quod illud drama diu post has Arist. Ranas sit. Immo ea voce Epicharmus, ipso Arist. vetustior, usus erat in versu, qui ap. Athen. de scaro pisce legitur viii. p. 319. τῶν οὐδὲ τὸ σκὼρ θεμιστὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. Spanh. νῶν. Gl. in C. ῥέον. In meo νάον. Recte. Est participium v. νάω, fluo, mano. Verti debuit, et merdam semper fluentem. Brunck. Brunck. nescio quo proluvio describi jussit σκῶρ' i. e. σκῶρα, quem inconsulto sequitur Invern. Legendum σκώρ, ut est in Juntt. [et aliis usque ad Br.], siquidem neutrum est vocabulum. Herm. σκὼρ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. Dind. νῶν Ms. σχολ. ῥέον. Bent. ἀεὶ νῶν. Suid. v. σκώρ. om. Suid. Ms. (sic Pors.) An σκὼρ per errorem notavit pro ἀεὶ νῶν. Dobr. σκώρ ἀείνων Elm. Edinb. Review, N. xxxvii. p. 73. Quod contractum dicit ex ἀέναον. Dind. Libri omnes ἀεὶ νῶν. Atticam formam ἀείνων Buttman. uber. gramm. Gr. i. p. 250. restituit. V. Bekk. Anecd. i. p. 22, 16. et p. 347. Vulgatam scripturam habent Suid. v. ἀεὶ νῶν et v. σκῶρ et grammaticus in Cod. Coisl. 178. Id. V. Reisig. ad 64.

147. Repetendum ex antecedd. ὄψει, videbis. Æsch. Eumen. 269. de inferis etiam, ὄψει δ' ἐκεῖ, τίς ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν, ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους, ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια. Berg. ξ. ἠδ. τις B. Pors. τὶς Ald. etc. Ita et 151. 152. Dind.

148. Ἢ πόδα σου κυνῶν τ' ἀργύριον ὑφείλετο Vet. Not. Scal. Dind. ἀργύριον (art. om.) B. Pors.

149. Loci hujus meminit Ammon. v. Ἀλοᾶν. Kust. Vulgo ἠλοίησεν, quemadmodum in duobus Codd. scriptum est. Membr. ἠλλοίησεν: meus ἠλλοίασεν. Ad

Att. normam exactum est, quod dedi [ἠλόησεν, quod et Inv. in textis reliquit, quamquam dare eum voluisse ἠλοίησεν, e Not. patet.] v. Valck. Anim. ad Ammon. [t. ii.] p. 21. [Qui ἠλόησεν in Cod. Ms. Suid. reperit. Dind.] Gl. Codd. ἔτυψεν. Obsceno sensu accipit Toup. ad Suid. ii. p. 102. [t. i. p. 350.] quod magis comicum est. Virg. Æn. vi. 608. 'Hic, quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti, Aut qui divitiis soli incubuere repertis, Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est,' etc. Brunck. Cæterum Conzius cum h. l. Virg. Æn. vi. 608. ss. Georg. iv. 477. ss. Hom. Il. T. 259. et cum loco de Elysiis campis Virg. Æn. vi. 638. [ubi v. Heyn. Exc.) comparari jubet. Dind. ἠλοίησεν Ald. et cett. Id. ἠλόησεν Suid. Cod. Leid. et Oxon. Valck. Brunck. V. Pors. ad Toup. vol. iv. p. 456. Dind. ἠλόησεν Toup. in Suid. ii. p. 102. ἠλοίασεν B. ἠλόησεν bis Suid. Ms. in v. Pors. ἠλοίασεν 1. ἠλοίησεν 2. Dobr.

150. Vox ὅρκον in quibusdam edd. male deest. At agnoscit eam non solum Ms. Vat. sed etiam edd. Flor. et Bas. Kust. Hom. Il. T. 259. καὶ Ἐριννύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Brunck. ὅρκον ante ὤμοσεν deest Elb. Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst., habent Junt. ii. Gel. Dind. ὅρκον [quod om. Ald. Junt. 1515. non 1525.] Dind. inter l. a m. pr. B. Pors. 'πίορκον ὅρκον 1. 2. 6. Dobr. 'πίορκον ὅρκον Inv. Lib. Burg. Id.

151. Loci hujus mentionem facit Suid. v. Ἢ Μορσίμου. Kust. Nihil acerbius de malo poëta ac frigido Tragico, qualis erat hic Morsimus, de quo ex hujus Comici Pac. [805. ss.] ad 94. vidimus, dici poterat; ut nempe, qui ex ejus tragœdiis aliquid transcriberet, post fures, pæderastas, parricidas, ac perjuros illico nominaretur. Quomodo insuper Eqq. 400. inter imprecationes hæc continuo legitur, καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν; chori proinde partes in ea agere, et quod supra ex Pac. itidem adtigi, χορὸν μὴ 'χῃ Μόρσιμος. Spanh.

152. καὶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. τούτοις καὶ εἰ Lib. Rav. Dind. τούτοις, εἰ. 1. Dobr.

153. Locum hunc citat Diomedes Grammaticus l. iii. p. 472. ubi agit de pede pyrrhichio, quem etiam *Cinesiam* dictum fuisse hinc probare velle videtur; nisi tamen in sensu loci illius, qui procul-dubio corruptus est vel mutilus, fallor. V. Nos etiam ad Suid. v. Πυῤῥίχαις, ubi itidem locus hic citatur. Kust. Ad ea quæ de insigni hujus Cinesiæ gracilitate notantur hic in Scholl. et infra 1433. ut monuit idem Kust., addi potest alius hujus Comici in deperdita fabula Gerytade ap. Athen. locus xii. p. 551., ubi inter macilentos, qui legati ad inferos mittuntur, recensetur ἀπὸ δὲ τῶν Κυκλικῶν Κινησίας, ubi docet præterea, φιλύρινον eumdem Cinesiam vocare Aristoph. Av. 1335. et de quo integram fabulam scripsisse Strattis dicitur. Spanh. Cinesias dithyrambicus seu κυκλίων χορῶν poëta, quem sæpe exagitat Comicus. De eo v. Periz. ad Æl. V. H. x. 6. et iii. 8. ubi docet πυῤῥίχην hic canticum notare, ad quod saltabatur. Brunck. πυρίχην B. Pors.

154. σε om. B. Pors. τίς σε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. περίεισι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. Dind. περίεισιν. Perperam vulgo περίεισι. V. ad Thesm. 450. Virg. Æn. vi. 638. 'Devenere locos lætos et amœna vireta Fortunatorum nemorum sedesque beatas. Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo, solemque suum, sua sidera, norunt.' Brunck.

155. ὄψει etc. Quæ utique ad eam respiciunt Græcorum et Athenn. potissimum opinionem, mysteriis Eleusiniis initiatos post hanc vitam agere in campis Elysiis, omni felicitatis genere ibi mactos, et inter alia clarissima solis luce, sicut quum inter vivos essent, et perpetuo quidem ibi frui. Unde v. seq. θίασοι εὐδαιμόνων dicuntur et τρισόλβιοι ap. Sophoclem iis versibus, qui infra adducentur, ac prout ipse Hercules, qui hæc ad Bacchum ad inferos profecturum dicit, prius initiatus dicitur, antequam inferos adiret, ap. Eurip. Herc. Fur. 612. τὰ μυστῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών. Quæ abunde illustrantur ex iis, quæ in hac nostra fabula ab initiatorum in inferis choro dicuntur infra 449. ss. Ut abunde liqueat, cur ab Hercule Baccho, de statu inferorum, ad quos descensum parabat, sciscitanti dicatur h. l., post illos sceleratos, eosque qui non erant initiati, conspectos in cœno ac stercore jacentes, visurum dein locum splendida luce, qualis hic in vita (ὥσπερ ἐνθάδε) collustratum, quæ foret nempe initiatorum (οἱ μεμυημένοι 158.) sedes: qua de re, de credita initiatorum post hanc vitam felicitate, dicetur opportunius ad v. 449. Spanh. τὲ edd. vett. τε Port. Dind.

156. μυῤῥινῶνας. Quorum myrtetorum

in his beatorum apud inferos campis inde fit hic quoque mentio, quod myrti coronis redimirentur initiati, unde ab eorum in inferis choro, eo hymno, quem advenienti Baccho, cui communia erant cum Cerere et Proserpina, quod aliunde notum, sacra Eleusinia, idem accinit, inter alia rogat v. 330. ut capiti *coronam myrti*, *στέφανον μύρτων*, circumdet; quod, ut ibi notat Schol., *μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι*. Quod itidem tangitur a Soph. Schol. ad Œd. Col. 713. *ὁ δὲ Ἴστρος τῆς Δήμητρος εἶναι στέμμα τὴν μυῤῥίνην καὶ τὴν σμίλακα.* Item, *καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὸν δᾳδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυρσίνης ἔχειν στέφανον.* Spanh. Voc. *θίασοι* a sodalitatibus Bacchi (v. quos laudat Böttiger. archæol. Mus. i. p. 92.) ad quævis alia sodalitia transfertur. *μυῤῥινίδας* Elb. Dind.

157. *ἀνδρῶν, γυν.* Pro *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*. Nam Græci in hoc genere loquendi copulam fere omittere solent. [Add. Reitz. ad Lucian. ii. p. 130. Schæfer. ad Long. Past. p. 403. Male igitur *καὶ* in cod. Elb. est additum. Dind.] Soph. Antig. p. 258. ed. Henr. Steph. [1093. s. 1067. Erfurdt.] *ἀνδρῶν, γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα.* Lycophr. Alex. 683. *ἀνδρῶν, γυναικῶν εἰδότα ξυνουσίας.* V. ibi Potter. qui non solum cit. locum Soph. sed etiam hunc poëtæ nostri recte ibi observavit. Kust.

158. *δὴ* om. B. Pors.

159. *ὄνος ἄγων μυστήρια.* Proverbium de illis, qui multo labore gravantur, inde ortum, quia tempore mysteriorum res ad illos ritus necessarias ope asinorum ex urbe portarent Eleusinem, ubi fiebant mysteria, ut docet Schol. Berg. Dicit Xanthias hæc secum et dein sarcinas abjicit. Dind.

161. *ὃν ἂν δέῃ.* Sic tres Codd. Vulgo *δέει*. Brunck. *δέει* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. *δέῃ* Elb. *δέῃ* Bav. Dind. *δέῃ* B. Pors. Hp. om. 2. *δέῃ* 1. 2. Dobr.

163. *οἰκοῦσι* Elb. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Brub. Raph. Lugd. Amst. Dind.

164. *χαῖρε* ita ad mortuos, eosque qui ad inferos descendunt, dici, docuit Biagi Monum. Gr. Mus. Nan. p. 282. 287. Hercules his dictis abit et rursus domum intrat. Dind. Post *σύ γε* in edd. vett. etiam Brub. Gel. Raph. punctum. Delevit Wech. Id.

165. Avv. 657. *ἄγε δή, Ξανθία καὶ Μανόδωρε, λαμβάνετε τὰ στρώματα.* Berg. Etiam h. l. Xanthiam alloquitur Bacchus. *στρόματ'* Elb. Dind.

166. *πρὶν καὶ καταθέσθαι.* In Plut. 597. *πρὶν καταθεῖναι.* Berg. Consius intellexit ita: cum vix deposuerim. Comice dicitur, ut Schol. sensit. Dind.

167. *μίσθω σέ τινα* Bav. Dind.

169. *ἂν δὲ μὴ εὕρω* Elb. et Bav. *ἐὰν δὲ μὴ 'ὕρω* Ald. Junt. i. ii. Gel. *μ' ἥυρω* Junt. iii. *μὴ 'ὕρω* Crat. Wech. Brub. Raph. Port. *μὴ ὕρω* Ven. i. ii. V. Erfurdt. annot. ab Herman. editam ad Soph. Antig. 225. Dind. *μὴ ῦρω.* Non me fugiunt, quæ hujus similia feruntur, quum, aliæ vel vocali simplici longa vel diphthongo verbum cum antecedente coalescit, qualia sunt *μὴ 'ὑτοῦ* (nam ita legendum, i. e. *μὴ αὐτοῦ*, timens, ne suum ipsius filium diverberet) Eccl. 674. *ἴττω 'Ηρακλῆς.* Ach. 868. *ὦ 'σχύλε* infra 1270. *ὦ 'ζωρὲ* Av. 1648. *τῇ οἰκίᾳ* Vesp. 859.: veruntamen cum variæ lectionis *ἐὰν δὲ μὴ 'χω* mentio fiat ap. Schol., quæ quidem et elegantior est et ita comparata, ut ejus declarandæ causa adscriptum videatur vulg. *μὴ εὕρω*, non spernendam eam duco, præsertim quum sic etiam duriuscula carere possimus contractione. Non autem intelligendum *ἀργύριον*, sed *μισθώσασθαι*, si vero nequeam invenire, quem conducam: v. ad Lys. 945. Hotib. *τότε μ' ἄγειν.* Subintellige *ἀνάγκη*, aut *χρή*, aut *κέλευε*, aut simile. Infra 885. *εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.* Berg.

170. *τινες ἐκφέρουσι.* Sic solus C. cum impressis. Quatuor alii Codd. *τινες φέρουσι.* V. not. ad Lys. 408. Vellem in aliquo reperisse *τόνδε τὸν νεκρόν.* Brunck. Fertur jam mortuus a vespillonibus per scenam. *τινες φέρουσι* duo Harl. apud Elm. ad Ach. p. 118. (61. ed. Lips.) Monac. Elb. Recte Elm. *τιν' ἐκφέρουσι.* Dind. Bav. *φέρουσι.* Pro *νεκρὸν* in Elb. vitiose *νενεκρόν.* Id. *τ. φέρουσι* B. Pors. *φέρουσι* sine *ἐκ* 1. 2. Dobr.

171. Constituitur hic vulgo scena 3. act. 1. Alloquitur Bacchus mortuum.—*Σὲ λέγω.* Attice. Sic *ἡμᾶς λέγων* Ach. 557. et ejusd. fab. 502. *τὴν πόλιν κακῶς λέγω*, et cum duobus etiam accusativis Conc. 435. *τὰς μὲν γυναῖκας πόλλ' ἀγαθὰ λέγων.* Spanh.

173. *πόσ' ἄττα.* Male vulgo *ἅττα* [h. e. *ἅτινα*] cum aspiratione. V. Tho. M. in *ἄττα* [add. Fisch. ad Plat. Phæd. iii. 17.] Brunck. *πόσ'* : Ms. *ποῖ* : Bent. *πόσ' ἅττα* Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. *πόσ' ἅττα* Junt. ii. iii. *πῶσ' ἅττα* Ven. ii. Wech. Dind. *πόσ'* B. a m. pr. *ποῖ* ex em. Pors. *πόσσ' ἄ.* 1. *πόσ' ἄ.* 2. Dobr.

174. *ὑπάγεθ'* etc. Sunt verba mortui ad bajulos, et Dionysus sequentia dicit,

eos retinens. Hopf.

175. ἐὰν ξυμβῶ. Schol. monet, in quibusdam Codd. scriptum fuisse ἵνα ξυμβῶ, prout legitur etiam in Ms. Vat. Urb. Locus autem Hom. quem Schol. citat, exstat Il. H. 353. sed ubi legitur (uti etiam hic legendum est) ῥέξομεν, per ο in syllaba secunda, ut sit fut. indicat. Metrum enim lectionem talem requirit. Kust. ἵν' ἂν B. Pors. γρ. ἵν' ἂν rub. sup. 1. ἵνα Rav. Lib. Burg. Dind. Ms. ἵν' ἂν (vice ἐὰν) Bent. Reposui ἵνα. Reisig.

176. ἀναβιφήην πάλιν. Quum viventes dicant, *emoriar*, *dispeream*; si velint sibi maximum malum imprecari. iste mortuus contra, quasi maximum malum sibi imprecans dicit, *reviviscam denuo*. Berg. ἀναβιψήν commemorat Etym. M. p. 108, 37., grammaticus in Hortis Adon. fol. 188. a. et alii. Dind. ἀναβιψήμην Elb. Id. καταθήσῃς 1. Dobr.

177. λάμβαν' 1. 6. Dobr.

178. ὡς σεμνὸς ὁ κατάρατος. Frisch. male, *quam honestus est hic nequam!* Sensus est, *quam superbe et serio vultu hæc dicit scelestissimus ille!* Kust. ὡσαύτως σεμνὸς—Junt. I. Dind. Δι. 1. Ξα. 2. Dobr.

179. V. infra 639. Berg. Ξα. præf. 1. Dobr.

180. ὠὸπ παραβαλοῦ. Charontis ἐπιφώνημα est, quo ripæ proximus vectorem, quem remigare cogit, jubet cymbam ripæ applicare. v. ad 269. Hoc vero dum clamat, in ulteriori ripa est; postea solus cymbam reducit ad ripam, in qua stat Bacchus. Brunck. Charon transvexisse mortuos censendus est, et nondum conspicere Bacchum et Xanthiam, qui prope a lacu absunt. Conz. παραβαλοῦ, i. e. *appelle cymbam ad littus*: non, ut Frischlinus, *accede ad scapham*. Kust. Schol. At in Eqq. ad 759. τὴν ἄκατον παραβάλλου, aliter Schol. ἑτοίμην ποίει, *fac paratam cymbam*. Hic in Ran. 271. παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ. Videtur autem recte exponi per ὅρμισον. Berg. Infra 269. παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ *remum laxa*; quam esse vocis hujus παραβάλλειν significationem, notat Suid. Nub. 361. τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλει, ubi v. quæ notavi. Spanh. Constituitur hic act. 1. scena quarta. Dind. ὢ ὄπ Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. Verba τουτὶ τί ἐστι Dionyso, et verba τοῦτο λίμνη—οὑτοσὶ Xanthiæ tribuuntur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. et post ὠὸπ punctum deest ed. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. Dind. τὸ om. 1. Dobr.

181. τουτὶ τί ἐστι; Hæc verba in IV. Codd. Xanthiæ tributa [alloquenti Dionysum; vulgo Dionyso tribuuntur]. Quæ sequuntur usque ad 185. in meo et in B. continuata Baccho, sine famuli personæ interpositione: in membr. et in C. Xanthiæ persona, quæ ante 183. poni debuit, superiori præfixa est. In 185. media salutatio melius famulo tribueretur. [Ter salutationem ingeminare Bacchum, parum probabile: nam cui bono? Non nemo in Scholl. quem sequor. Plene post Χάρων tribus locis distinguitur in Juntt. Hotib.] Brunck. Postremum hoc recte improbat Conz. qui observat, triplicem istam salutationem optime convenire deo, qui suam ita tegere voluerit anxietatem; ceteros versus recte illum suis tribuisse personis monet. Dind. I. Seager in the Classical Journal, N. iii. p. 501. τοῦτο λίμνη. νὴ Δία, ἥντη 'στιν ἣν ἔφραζε καὶ πλοῖόν γ' ὁρῶ. collato 137. Id.

182. Δι. αὕτη—Ξα. καὶ—Δι. νὴ τὸν— 1. Dobr.

183. Ms. ΔΙ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ. Bent. κἄστι γ' ὁ X. In Cod. (quinto Reg.) κἄστιν ὁ X. quod magis placet [et recepit Höpf.]. Brunck. Δι. hic præfigit et 184. om. B. κἄστιν ὁ B. Pors. 1. om. Δι.— Ut vulgo 2. Dobr.

184. V. Suid. v. 'Ανάπαυλαν, v. Τίς εἰς ἀναπαύλας et v. Χάρων, ubi locus hic citatur. Kust. Infra 1527. πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων etc. Potuisset etiam omissa præpos. ἐκ dicere, εἰς ἀναπαύλας τῶν κακῶν. Soph. Electr. 879. φέρω γὰρ ἡδονάς τε κἀνάπαυλαν ὧν πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν. Fingit autem, talia loca esse apud inferos, qui in morte sit requies et oblivio malorum. Hercules moriturus ap. Soph. Trach. 1253. παῦλά τοι κακῶν αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη. Berg. deleto ΔΙ. [Bent. sequitur Schol. sic Hotlb.] Bent.

185. Suid. ἀνάπαυλαν. κακῶν πόνων. καὶ—Suid. Ms. τίς εἰς ἀ. et in Χάρων. Pors. καὶ ante πραγμάτων deest Elb. Dind.

186. ὄνου πόκας, i. e. *asini vellera*. Est proverbium de re, quæ non existit. Asinus enim velleribus sive lana caret. Vox πόκας autem dubium est, utrum descendat a recto πόξ, an πόκη. A πὸξ deducenda erit secundum Schol.; quippe qui inde format nominat. pluralem αἱ πόκες. At alterum nom. agnoscunt Suid. Hes. Vat. Provv. Appendix, et Mich. Apostolius in Adagio, ὄνου πόκαι, quarum vocum posterior non nisi a πόκη deduci potest.

Est et tertius nom. ὁ πόκος, ου, reliquis duobus frequentior; quo Zenobius in enarrando hoc adagio utitur. Kust. Forte autem ita dicitur, ut ὀρνίθων γάλα, de rebus, quæ ob raritatem majoris æstimantur. Berg. Est de verbo: in die Eselsschun, i. e. das land des nichts, der schatten, der schemen. Magis tamen placet, quod in mentem venit. Ὄκνου πλοκάς, eodem fere sensu, ex Pausan. x. 29, 2. Conz. ἢ εἰς ὁ. B. Pors.

187. ἢ 's Κερβερίους. Loci hujus meminit Etym. v. Κιμμερίους. Kust. Κερβερίους, a Cerbero nomen habentes. Ταίναρον. Laconicæ promontorium, ubi putabatur esse descensus ad inferos. Virg. iv. Georg. [467. ubi cfrr. intpp.] 'Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.' Berg. κερβέρους. B. Pors.

188. ποῦ σχήσειν. Ms. Vat. U. rectius, ποῖ σχ. 8. i. e. ut recte Frisch. *quo cursum diriges?* Kust. Probant etiam Berg. adducto loco Theogn. [immo Solonis fr. v. 65. ed. Brunck.] Πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδε Ποῖ σχήσειν μέλλει, χρήματος ἀρχομένου· et Hotib. Add. Dorv. ad Char. p. 120. In ed. Höpfn. ab hoc versu inchoatur quarta scena. V. Schæf. ad Bos. Ellips. p. 317. Dind. σχίσειν Ven. i. σχείσειν Ven. ii. σχέσειν Raph. Id. ποῖ B. ποῦ Suid. ed. Ms. in ποῦ σχ. et ποῦ γῆς antea. Pors. ποῖ 1. 6. ποῦ 2. Dobr.

188-190. Δι. ante ποῦ om. Deinde legit et distinguit Δι. ἐς κ. — Δι. εἴσβαινε δὴ παῖ. Lib. Burg. Dobr.

189. σοῦ γ' οὕνεκα meus et duo Regii [et Elb.]: C, ut vulgo, perperam εἵνεκα. V. ad Lys. 74. Brunck. Nam εἵνεκα nunquam dixerunt Attici. Hopf. Eurip. Herc. Fur. 610. ἦλθες γὰρ ὄντως δώματ' εἰς ᾅδου, τέκνον; Berg. οὕνεκα Elb. Perperam in ed. Brunck. expressum εὔνεκα. Junt. ii. iii. εἵνεκα. Cett. εἵνεκα. Gel. ἕνεκα. Dind. εἵνεκα Ald. Kust. ἕνεκα B. εἵνεκα Suid. ed. Ms. σοῦ γ'. Pors. οὕνεκα 1. 2. Dobr.

190. Dionysus conscendit cymbam, tumque servum idem facere jubet, sed hunc Charon repellit. Dind. ἔσβαινε 2. et primo 1. ut puto, nunc erasa syllaba, ἔμ fecit alius. ἔμβαινε servat 190. Dobr.

191. τὴν περὶ τῶν κρεῶν. Æstuant Scholl. ut ex his verbis aliquem commodum sensum eliciant: verum mihi non satisfaciunt, licet dicant, quosdam legisse τῶν νεκρῶν, quod quidem pleniorem sensum exhiberet; sed vetat Plutarch. qui jam suo tempore τῶν κρεῶν legebat. Nam ad h. l. alludit manifesto in libro: *Ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicurum*, dum ait, παπαί, εἰς τὴν γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τὴν περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν, ubi subintelligere videtur κίνδυνον vel πόλεμον. Sed quare potius in ea pugna de propriis corporibus periclitati fuerint pugnantes, quam in aliis pugnis, non video. Nam in omni naumachia periculum maximum de proprio corpore et vita pugnantibus imminet: ideo nihil peculiare habuit hæc pugna, quare de carnibus vocari debuerit, quod vult Schol., qui sic commentatur: φησὶν οὖν, οἷον οὐ περὶ χρημάτων καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος· κρέας γὰρ τὸ σῶμα. At incidit mihi quædam de h. l. suspicio. Ea naumachia ad Lesbum insulam, et ἀντίον τῆς Μιτυλήνης, ut ait Xen. [i. 6. 26. Schneid.], commissa est. Fuit autem mons in ea insula, Creon nomine, de quo quidem tacuit Strabo, et alii qui exstant geographi Græci: at Plinius v. 31. eum nominat [sect. 39. ed. Hard.], dum de Lesbo insula dicit, *Montes habet Lepetymnum, Ordymnum, Macistum, Creonem, Olympum.* De situ ejus montis nihil addit, sed suspicor, de hoc monte Aristoph. aliquid muginatum esse, et eum fuisse ad mare versus Asiam et Arginusas insulas, et circa eum multa ejus naumachiæ symptomata accidisse; unde ἡ περὶ τὸν Κρέωνα ναυμαχία vocata fuerit ea pugna, quæ ab nomine notiori ἡ πρὸς Ἀργινούσας dicta fuit. Sed quoniam ejus montis nomen Græce prolatum non invenitur, prosodiæ accommodare id nomen non possumus, et id proponimus tantum dubitantes, non asserimus. Cæterum ex h. l. patet, hoc drama prodiisse non multo post eam navalem pugnam quæ commissa fuit Callia post Antigenem archonte, ut ex ipso Xenoph. patet. Fuit autem Callias ille archon a. xxvi. belli Pelop., sed si numeris Xen. crederetur, anno tantum xxv. [Verum esse eum locum interpolatum, recte suspicatus est Schneid. ad i. 6. 1. Non Xen. sed alium, in ejus Hist. Gr. addidisse temporum Olympicorum notas et ephororum archontumque nomina cum Dodwello statuerunt alii chronologi, etiam Morus in Exam. quor. loc. Hist. Gr. Xen. Add. Weisk. in Quæst. ad Hist. Gr. t. iv. Opp. Xen. p. xiv. ss. Dind.] Sed ibi numerum errare patet ex ipso Xen. Hell. ii. [3, 10. Schned.] ubi recenset ephoros. Nam ibi Pityas ephorus, quem coincidere cum Callia facit [i. 6. 1.], vigesimum septimum numerat, sed qui nuper magistratum inierat, cum Callias jam plures menses archon fuisset. Nam ephori autumni tempore

ap. Gell. præf. p. 11. Cod. Ms. exhibet μήτ' εἶδεν μήτ' quod hic reponi debuit. [Et e duobus Codd. suis reposuit Inv. Dind.] In Plut. l. c. legitur: μήτ' ᾖσε μήτ'. [In ed. Wytt. legitur: μήτε ᾖσε μήτε ἐχόρευσε. Dind.] Brunck. οἶδε. Recte Ald. ἴδε. Plutarch. ᾖσεν. Bent. μήτ' οἶδέ πω] μήτ' εἶδεν μήτ' Suid. v. ταυρόφαγον et versu sequente μήτε. εἶδε μήτ' B. Suid. Ms. ταυρόφαγον. qui et ἐχόρευσεν. (V. Opusc. p. xc.) Pors. μήτ' ἴδε πω Ald. Rav. Crat. Borg. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. μήτ' οἶδε πω Junt. i. ii. iii. Gel. Port. [ἴδε πω cum Vet. non οἶδέ πω. Scal.] ἐχόρευσεν Elb. ἐσχόρευσε male Lugd. Amst. Dind. εἶδε 1. οἶδε 6. sine πω uterque. ἴδε πω 2. Dobr.

357. Puto Comicum hic tangere velle stilum dithyrambicum Cratini. Vel simpliciter sensus est: *Qui non initiatus est poëtarum sacris.* Kust. Bacchi epitheton est ταυροφάγος, ut testatur Hes., Suid. et Schol., tribuit autem Bacchi epitheton Cratino tanquam vinoso et quasi alteri Baccho. Hinc etiam dicit βακχεῖα Κρατίνου pro βακχεῖα Διονύσου. De Cratini vinolentia v. ad Pac. 700. μηδὲ—βακχεῖ' ἐτελέσθη, una voce ἀβάκχευτος. Eurip. Bacch. 472. ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν *quæ scire nefas illos homines, qui non sunt initiati sacris Bacchi.* Berg. Voce βακχεῖα Bacchi festa in genere designata, et quæ pro utroque Liberi illius Patris nomine Βακχεῖα et Διονύσια promiscue sunt a Græcis dicta. Unde non debuerant illa, quod vel inde monendum hic fuit, sub diversis titulis a Meurs. quasi diversa eadem fuerint, in Græcia Feriata consignari, et ab aliis adhuc expressius, ut a J. Jonstono de Fer. Gr. c. 3. hoc discrimen statui, ut Βακχεῖα, *Bacchanalia,* fuerint sine ritibus seu ceremoniis. Quæ abunde redarguit vel Diod. Sic. iv. p. 211. [c. 3.] qui solemnia eaque vulgo trieterica apud Græcos Bacchi festa vocat διὰ τριῶν ἐτῶν Βακχεῖα. Sic de scenis tragicis, quas Baccho initiati olim exstruxerant. Dio Chrys. xxxvi. p. 447. Βακχείων τινὰς σκηνὰς πηξάμενοι. Aristides vero de Dionysiis quæ metropoleos Athenarum more Smyrnæ primo vere (quod ad hujus fabulæ argumentum jam attigimus) agebantur, Or. in Smyrn. p. 403. ait: ἐνόπλιον δὴ τότε ὀρχησαμένων τῷ Διονύσῳ καὶ τὰ βακχεῖα ἐν τοῖς ἐκείνων σώμασι τελεσαμένων. Unde etiam illius dei templum Athenis Βακχεῖον vel Διονύσιον ex æquo dictum, vel ex primo hujus Comici in Lys. versu liquere sat potest: ἀλλ' εἴ τις ἐς Βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσε. Spanh. μήτε Suid. ed. Ms. qui et βακχείοις. Pors. μὴ δὲ Κρ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. μήτε Rav. εἴτε Κρατίνου Lib. Pogg. Dind. μήτε —γλώσσης 1. Dobr. γρ. κ' ἅτα.

358. ἔπεσι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

359. βωμόλοχα ἔπη sunt *scurriliter dicta* (cf. Nub. 911.) et τοῦτο refertur ad τὸ βωμολοχεύεσθαι (v. ad Nub. 963.), s. βωμόλοχα ἔπη λέγειν, quod in præcedd. latet, quoad sensum, aut etiam χαίρειν ἔπ. β. quod Reisk. subintelligit. στάσις ἐχθρὰ non est, ut Brunck. vertit, *inimica seditio,* sed *hostilis*, h. e. quæ conspiratione cum hostibus facta excitatur. ῥιπίζειν a voc. ῥιπὶς *flabellum,* cujus ope ignis suscitatur, derivatum, *inflammare* significat. v. Phot. Lex. p. 362. præter alios grammatt. vett. Dind. μὴ δ' Ald. Junt. i. ii. iii. Gel. μὴ δ' Crat. Wech. Brub. εὔκολῆς Junt. i. ii. iii. Gel. Id.

361. χειμαζομένης. Verbum hoc Atticis scriptoribus quam in propria, pro *tempestate infestari,* tam in metaph. significatione, pro *vexari, perturbari,* ut h. l. familiare; adde insuper, pro *hyemem experiri,* ut ap. Theophr. de C. Pl. ii. 1. ubi id præcipue ad secundam seminum, arborum, plantarum germinationem requiri dicitur, χειμασθῆναι χειμῶσιν ὡραίοις καὶ καλοῖς *ut hyemem commodam et mitem sentirent.* Metaphoricæ vero, quæ in hoc Comici loco obtinet, hujus verbi significationis exempla apud poëtas Tragicos, eosque Atticos, usitata, ut quum Æsch. Prom. 567. Prometheum in Caucaso adfixum dicit χειμαζόμενον, Schol. πάσχοντα· et Soph. de Philoctete similiter gravi ulcerum morbo adflicto 1489. χειμαζομένῳ. Sic Menander de eo, qui uxorem ducit, ap. Stob. inquit, χειμαζόμενος ζῇ *miser vivit.* Qui alibi eam in rem quum usus fuerit voce ἐπιχειμάζειν, eamdem ut Alexandrinam cur in eodem scriptore Attico redarguat Phryn. [p. 172.] haud equidem video. Gl. vett. *Vexari,* ὀχλεῖν, χειμάζειν. Adde, quod etiam χειμὼν pro *calamitate* ap. Æsch. legitur Prom. 1014. οἷός τε χειμὼν etc. et Soph. Aj. 207. de Ajace furente: κεῖται χειμῶνι νοσήσας *jacet gravi morbo ægrotans s. calamitate oppressus.* Mitto quod χειμαζομένους de *dæmoniacis* dictum observat Salmas. de modo Usur. p. 788. Spanh. καταδ. 1. Dobr.

362. προδίδωσιν. Male vulgo προδίδωσι. v. ad Thesm. 450. Brunck. Ante Brunck. jam correxerat Dawes. M. C. p. 309. Dind. προδίδωσι Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. προδίδοσι Junt. i. Id. ἢ τἀπόῤῥ. ἄπον. Loci hujus meminit Schol. Eurip. ad Phœn. 1762. Kust. Ἀπόῤῥητα Atheniensibus dicta in genere, quæcunque lege erant prohibita, quod tradit Harpocr. [p. 57.

Blanc.] et quidem nominatim, quæ nec Athenas importare, nec inde, ut h. l. exportare licuit; aut de arcanis reipublicæ hostibus non prodendis. Prioris generis tanguntur hic a Comico *lora, lintea, pix*; quod nempe merces essent ad usum navium requisitæ, qualia Athenis exportare vetabatur. Quomodo Eqq. 278. a Cleone dicitur: Τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ δείκνυμι καὶ φήμ' ἐξάγειν Ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα (*cibaria*); nempe, juxta Schol., quæ navibus necessaria ligna, ceram, picem, quæque quum proprie ὑποζώματα dicerentur, Comice hic tamquam facto ad coquum sermone ζωμεύματα s. *juscula* dicuntur. Quamquam Hes. utramque vocem pro eadem sumit, ζωμεύματα, ὑποζώματα, σχοινία μέσην τὴν ναῦν δεσμευόμενα. Cleoni vero mox regerit ibidem ap. Comicum Demosth. 282. Νὴ Δί' ἐξαγαγών γε τἀπόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας Καὶ τεμάχη· quæ Comici loca, eumque, quem hic expendimus, erudite ad Maussaci in Harpocr. notas p. 238. adtigit Vales. Posterioris vero generis ἀπόρρητα s. *arcana reipubl.* hostibus prodita tangit Comicus Thesm. 370. Τἀπόρρητά τε τοῖσιν ἐχθροῖς ἡμετέροις λέγουσιν. Qua de re in Græcis Commentariis Sopatri ad Hermog. legitur p. 277. προδοσίᾳ δὲ καὶ ἐκφορᾷ τῶν ἀποῤῥήτων κοινὸν μὲν καὶ καθ' ἑνὸς ἀδίκημα· ὅσον γὰρ ἐπὶ σοι, τὴν πόλιν ἀπολώλεκας προδοῦσα τὰ ἀπόῤῥητα. Dein: εἷλον γὰρ αὐτὴν οἱ πολέμιοι, μαθόντες τὰ ἀπόῤῥητα. Dicta etiam quandoque ab Atticis ἀπόῤῥητα de *arcanis*, non, quæ hostibus prodita, sed, quæ ad salutem et commoda urbis senatui sunt declarata, ut ab Andoc. Or. ii. p. 250. εἰσαγγείλαντός μου ἀπόῤῥητα εἰς τὴν βουλὴν περὶ τῶν πραγμάτων. Spanh. τὰ 'πόῤῥητ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. τ' ἀπόῤῥητ' Bav. Dind.

363. Αἰγίνης. In quod commune Græcorum emporium prohibitæ fuerant illæ Atheniensium merces exportari ab eo, qui hic Thorycion vocatur; unde facilis erat eorum ad Peloponnesios, Atheniensium tum hostes, importatio. Ἐπιμιξίαν quidem s. commercium ab antiquo inter Athenienses et Æginetas fuisse docet sub initium Ἑλλην. lib. v. Xen. Ægina vero dein ab initio belli Pelop. quod ejusdem contra Athenienses excitandi auctores fuissent Æginetæ, obsessa erat ab iis et capta, ut ea de re Thucyd. ii. 27. et ejectis inde civibus, colonis ab Atheniensibus frequentata; quæque ita Atheniensium juris fuerit tempore acti hujus dramatis. Unde continuo lux huic loco accedit, quod non Athenis, sed ex urbe Ægina exportatæ merces inter ἀπόῤῥητα, quæ Athenis nefas erat exportare, recensentur. Spanh. Θωρυκίων ὢν est κακόφωνον. Reponam Θωρυκίων ὡς, quod invenisse videtur Frischl. vertens; *sicut Thorycio*; nam propriis libris Mss. plerique usi veterum hujus ordinis interpretum Latinorum. Facillime autem σ et ν finales inter se permutabantur. Hotib. Probabiliter. Thorycio, qui in illa insula vicesimam mercium, vectigalis s. portorii genus, recepit, opportunitate prohibitas merces et res ad navium usum necessarias inde Epidaurum et ad Peloponnesios deportandi usus erat. Conz. εἰκοστολόγος. Schol. τὰ εἰκοστὰ ἐν κρίσει σύναγων, quod Constantinus in Lex. vertit: *vigesimam partem punctorum in judicio referens*. Neutrum intelligo. Pollux vi. 31, 128. recenset inter ὀνόματα ἐπονείδιστα, haud secus atque hic poëta. Apparet autem ex eodem ix. 5. 29. ita vocatos fuisse publicanorum quoddam genus, qui vicesimam quamdam colligerent. Duck. (Mœr. p. 165. εἰκοστολόγον· τὸν εἰκοστώνην, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. Est *conductor vicesimarum*. v. ibi Piers. Dind. εἰκοστολίγας Elb. Id.

364. Loci hujus meminit Etym. v. Ἀσκώματα, et Suid. ead. v. itemque Tho. M. v. Θύλακος. Kust. Infra Acharn. 97. Ἄσκωμ' ἔχεις. Interpres: *lorum tenes, quo scalmus munitur*: nempe juxta Schol. ἄσκωμα δὲ ἱμὰς ὁ συνέχων τὴν κώπην πρὸς τῷ σκαλμῷ. Hes. Ἄσκωμα (non, ut ibi, Ἄσκωμμα), δερμάτιον, ὃ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔχουσιν. Spanh. Gl. (Codd.) δέρματα. v. Scheff. nostrum de Militia Nav. p. 139. Brunck. πίτταν. Nempe ad naves illinendas. Acharn. 189. ὄζουσι πίττης καὶ νεῶν παρασκευῆς. Illos ergo jubet abesse ab istis sacris, qui mittunt hostibus res necessarias ad instruendas naves, ut sunt coria ad muniendos remos, vela, pix. Berg. ἀσκόματα Elb. πίτταν Ven. ii. Dind.

365. τῶν ἀντιπάλων. Hanc vocem ut σκληρὰν damnat Poll. i. 150. ubi v. Jungerm. παρέχειν τινὰ πείθει. Ms. Vat. U. παρέχειν ἀναπείθει. Kust. v. Eqq. 278. Berg. πείθει τινά B. Pors. ναυσὶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. παρέχω Elb. (nisi ultima syllaba v. παρέχειν per compendium scripta, ut in Ald. ed., male est lecta.) Tum idem Cod. πείθ. (haud dubie ει super θ posita fuit.) Dind. Alcibiades existimabatur apud Cyrum effecisse, ut is Lysandro pecuniam crederet, non diu post prælium ad Arginusas commissum. Conz.

366. ἢ καταπ. τ. Ἑκαταίων. Vide, si

lubet, quæ de hisce *Hecatæis*, s. Hecates simulacris, et *Hecates cœna* notavimus ad Plut. 594. Spanh. Qui sint *κύκλιοι χοροί*, v. ap. Schol. ad Nub. 311. et 332. et Spanh. ad Call. H. in Dian. 267. Quod autem hic cyclicos choros memorat poëta, id etiam convenit Cinesiæ, qui *κυκλιοδιδάσκαλος* dicitur Av. 1403. ab Arist. et *κυκλίων χορῶν διδάσκαλος* a Schol. Nub. 332. Quomodo autem *κυκλίων χορῶν διδάσκαλος* dicatur *κυκλίοις χοροῖς ὑπᾴδειν*, non satis assequor: nisi putemus, ipsos illos poëtas *ᾄσματα* sua cecinisse et ad eorum cantus chorum cyclicum varios motus flexusque edidisse: unde etiam forte Nub. 332. poëta *ᾀσματοκάμπτας κυκλίων χορῶν* vocat. Sane Lucian. de Salt. p. 798. *ὑπᾴδειν* dicit eum, qui histrioni saltanti accinebat. Hoc si verum est, *κυκλιοδιδάσκαλος* est non solum, qui modum et rationem chori cyclici edocet, ut Spanh. l. d. censet, sed etiam, qui choro accinit. Duck. Schol. dicit Cinesiam hic intelligi, qui contumelia affecerit statuas Hecatæ: iste in Av. 1403. dicit se esse *κυκλιοδιδάσκαλον*, ubi Schol. *ἀντὶ τοῦ διθυραμβοποιόν*. De impietate ejus erga deos videri potest Harpocr. V. *Κινησίας* [p. 215. s. Blanc.] Potest autem verbum *κατατιλᾷν* accipi pro *contemnere*, ut *καταπαρδεῖν* non semel ap. Comicum. Sed videtur Cinesias re ipsa percacasse simulacrum aut potius sacellum aliquod Hecatæ, qualia vulgo ante ædes erant sita: hinc etiam Schol. ad 153. de eo dicit: *δοκεῖ δὲ κατησχημονηκέναι τοῦ τῆς Ἑκάτης ἀγάλματος*· quo etiam alludere videtur Comicus Eccl. 330. Berg. *κυκλίοισι χοροῖσι*, i. e. *choris dithyrambicis*. Kust. Innuitur Cinesias, poëta dithyrambicus, cujus mentio 153.—*ὑπᾴδων*. Sic solæ membr. In tribus reliquis *ἐπᾴδων*, perperam. V. ad 873. Bonam hanc lectionem (*ὑπᾴδων*) exhibet etiam Cod. E. Brunck. *κατατιλλᾷ* Bav. *ὑπάδων* sine iota subscr. edd. vett. Dind. *ὑπάδων* servant 1. 2. Dobr. *κατατίλαι* Schol. 153. *κυκλείοισι* B. Pors.

367. Agyrrium intelligit, de quo Schol. ad Conc. 102. *καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν συνέτεμε*. Proinde in Schol. ad hunc v. pro *Ἀρχῖνον* reponi debet *Ἀγύῤῥιον*. Brunck. Poëtis enim pro fabulis, quas componebant, honorarium publicum solvebatur. Sed oratores, si cui succensebant, dicendo efficiebant, ut illud præmium minueretur. Conz.

368. *τελετὰς Διονύσου* h. l. festa dici Dionysia, quibus comœdiæ edebantur, in promtu est. *πατρίαις* Elb. Dind.

369. Versus hujus metrum valde luxatum est, [ut olim vulg.] quod sic in integrum restitui posse puto: *Τοῖς δ' ἀπαυδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις γε τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ*. Vocem *τρίτον* addidi ex Ms. Vat. U. qui eam nobis conservavit. Kust. Lege *τοῖσιν*. Bent. Pessime luxatum est in omnibus libris tum scriptis quam impressis hujus versus metrum. Sic vulgo legitur: *τούτοισιν ἀπαυδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις μάλ' ἀπαυδῶ*, duplici vitio: primo, quia post quartum pedem cæsura est, tum quia deest syllaba in posteriore commate. Diversæ sunt Codd. lectiones, sed nihilo meliores: unice vera est ea, quam reposuimus e Gellii loco modo citato. Brunck. *μάλ' ἀπαυδᾷν* hinc laudat Porson. præf. ad Eurip. i. p. lxi. Lips. *τούτοις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, τρίτον μάλλ' ἀπαυδῶ* Borg. *τούτοισιν ἀπαυδῶ* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. *τὸ τρίτον* deest Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. In cod. Bav. legitur et distinguitur: *κ' αὖθις τὸ τρίτον | μάλλ' ἀπαυδῶ ἐξιστ.— χόροις*. Pro *τούτοισιν* vulg. in Elb. est *τούτοις*. Pro *μάλ'* ex eodem Cod. affertur *τρίτον*. Dind. Mss. Gellii Præf. *Τούτοις αὐδῶ—κἀὖθις τὸ τρίτον μάλ'* — lege ergo, *Τοῖσδ' ἀπαυδῶ—κἀὖθις τὸ τρίτον*—Suid. ed. Med. *ἀπαυδῶ*—habet. *Τούτοις* et mox *τὸ τρίτον*. *τούτοις* B. Suid. ed. et Ms. *καὖθις τρίτον* B. *τὸ τρίτον* Suid. Ald. v. *ἀπαυδῶ*. *τὸ γ* Ms. (V. Pors. Opp. p. xc.) Pors. Pro versu, *τούτοις ἀπαυδῶ καὖθις ἀπαυδῶ* tantum 1. tum *ἐξίστ. μ. χοροῖς* bis habet. *τούτοις ἀπ. κᾇ. ἀπ. καὖθις τρίτον ἀπαυδῶ* 2. *τούτοις ἀ. κ. α. καὖθις τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ* 6. *γρ. καὶ τρίτον* L. Dobr.

370. *ἀνεγείρετε* (non *-ται*) B. Pors. *ἀνεγειρ.* per compendium scriptum in Crat. Ven. i. ii. ac si esset *ἀνεγείρεται*, quod plene scriptum in Wech. Dind.

371. *παννυχίδας*. Sic Bacchus paullo post ait, se cum eodem initiatorum e sequiori sexu in inferis choris iturum 447. *οὗ παννυχίζουσι θεαί*, *ubi noctem deæ pervigilant*, prout similiter Eurip. Hel. 1381. *παννυχίδες θεᾶς pervigilia deæ*, Cereris nempe. Spanh.

372-81. Tolle gll. *εἰς τούς*, *τῶν καθ' Ἅιδου*, (hæc quidem absunt Rav.) *κἀπισκώπτων*, duasque sequentes copulas, itidemque dele *μολπάζων* et *τὴν χώραν*, quod inductum ex quo corrupte atque ineleganter scribi cœpit *φήσ' ἐς τὰς ὥρας*, et habebis stropham et antistropham meris spondaicis ita decurrentes: *χώρει δὴ νῦν πᾶς ἀνδρείως | στροφή. εὐανθεῖς κόλπους λειμώνων, | ἐγκρούων, παίζων, χλευάζων | ἠρίστηται δ' ἐξαρκούντως. | Ἀλλ' ἔμβα, χὤπως αἴρῃς τὴν | ἀντιστρ. Σώτειραν φωνῇ γενναίως, | ἣ σώζειν φησίν σ' εἰς ὥρας, | κἂν Θωρυκίων μὴ βούληται.* Hæc, si

qui sensum habet, verisimillima esse confitebitur; vespertilionibus non scribo. Hotib. [Hos in sex versus dispescuit Bent. nec tamen antistrophicorum nomine insignivit, licet sex ejusdem mensuræ in ordinem redegerit quorum initium posuit in 377. Ἀλλ' ἔμβα.] δὴ νῦν: dele δὴ et leg. νυν encliticum: v. 441. χωρεῖτέ νυν. Bent. δη (post χώρει) om. B. Pors. Rursus semichori persona non est præfixa Elb. Post κολποὺς in Junt. i. additur τῶν καθ' ᾅδου. Dind.

373. εὐανθεῖς κόλπους. V. supra 351. Infra 442. 449. Eurip. Bacch. 804. χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λειμακος ἡδοναῖς. Berg. κόλπους γρ. τόπους B. [κόλπους τῶν καθ' ᾅδου λ. Brunck. tacite, notatus a Pors. Opp. p. 31. Ita quoque Junt. 1515. Dind. Pors. τόπους 1. 6. κόλπους 2. Dobr.

374. Brunck. non monito nec in Not. nec in Add. nec in Suppl. ad h. l. lectore, dedit, τῶν καθ' ᾍδου λειμώνων, ἐγκρούων, sed verba τῶν κατ' ᾍδου, quæ etiam in pr. aliisque edd. desunt, recte de gl. suspecta esse judicavit Inv. Dind. ἐγκρούων, i. e. *pedibus humum pulsans;* quo sensu ἐγκατακρούων accipitur supra 331. Kust. Quod v. sequ. pro vulg. καὶ σκώπτων editum est κἀπισκώπτων, ex Rav., utrumque suspectum reddere potest. καὶ σκώπτων κ. π. Ald. et cett. edd. Dind.

375. Post χλευάζων in edd. vett. deest interpunctio. Primus Gel. punctum posuit. Dind.

376. ἠρίστηται δ' ἐξαρκούντως, *pransum est enim satis.* Sic vertit Berg. Inepta sententia. Reponendum censeo ἠρίστευται, quod in versione sequutus sum. In C. scriptum a prima manu ἠρήσεται superscripta emendatione ἠρίστηται. Brunck. Sed quidni h. l. de sacris epulis dictum putemus? Dind.

377. αἴρεις. αἴρῃς [ut Brunck. edidit] Cod. B. et meus, in quo gl. καὶ σκόπει, ὅπως ὑψώσῃς. In membr. χὤπως αἴροις. In C. χὤπως αἴρεις. Gl. σκόπει ὅπως μεγαλύνεις. Princeps ed. et aliæ vett. [etiam Rav. Cod.] χὤπως αἰρεῖς. Schol. αἰρεῖς τὴν Σώτειραν. ὑψώσεις τοῖς ἐπαίνοις. Vides fluctuare lectionem, cujus certiora vestigia in Ald. apparent. Scripserat poëta ἀρεῖς more suo. Nullibi enim, quod sciam, verbum cum ὅπως significante *quomodo*, a suppresso verbo σκόπει vel simili pendente, aliter construit quam in futuro indicat. aut aor. 2. subjunct., quod observavi ad Lys. 289. 1305. Thesm. 24. Locus classicus est Lys. 1152. ubi in duobus continuis versibus ὅπως bis positum diversa constructione, pro diversa significandi potestate: prius valet *quomodo*, alterum *ut* finale: νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε, ὅπως ἂν αἱ γυναῖκες ἡμᾶς ἐν πόλει ξενίσωμεν. Sed excidit h. l. vocula fulciendo metro necessaria. Versus est enim anapæsticus. Scribe itaque, χὤπως μὲν ἀρεῖς τὴν Σωτεῖραν γενναίως. Brunck. Χὤπως αἰρεῖς Ald. Rav. Junt. i. χ' ὤπως αἰρεῖς Junt. ii. iii. Crat. Wech. Gel. Bfub. χ' ὅπως αἰρεῖς Ven. i. ii. Raph. χ' ὤπως αἴρῃς Port. Pogg. Lugd. Amst. "Χὤπως ἀρεῖς, non αἰρεῖς." Scalig. Exc. Brunck. indocte μὲν ἀρεῖς. Dind. ἀρεῖς Valck. ad Theocr. i. 112. male, cum prima corripiatur. [Sed v. ad Med. 848.] αἴρῃς B. Pors. αἴρῃς 1. 2. σώτηραν 2. Dobr. Σώτειραν. Quomodo hæc Ceres Eleusinia Athenis dicta est et culta, ut vel ex Aristot. liquere potest Rhet. iii. 11. οἷα Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν. Unde continuo de eadem dea hic addit Comicus ἣ τὴν χώραν σώζειν φησ'—et 386. καὶ σῶζε τὸν σαυτῆς χορόν. Immo prout alibi, ut in numo Mediceo, in quo Ceres cum accensis pro more facibus et nomen CΩTEIPA, illinc ΑΠΑΜΕΩΝ. [Add. Spanh. ad Call. H. in Cer. 133. I. C. Schlægeri Comm. de diis hominibusque servatoribus ex numis atque marmoribus vetustis, Helmst. 1737. 4. p. 22. Eckhel. Num. vet. tab. xiv. 5. p. 242. ss. Dind.] Filia vero ejus Proserpina eodem quoque ΣΩΤΕΙΡΑΣ nomine quum alibi, tum in numis Cyzicenorum decorata conspicitur, nempe ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, prout Κόρης Σωτείρας templum Spartæ exstitisse, docet Pausanias iii. p. 184. [c. 13, 2. p. 385. t. i. Fac.]. Spanh. *Minervam* intelligi opinor. Hes. Σώτειρα, ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, et apparet ex epigr. ap. Suid. h. v. Itaque forte ap. Schol. legendum est, ἔστι γὰρ Ἀθηνᾶ ἡ σώτειρα λεγομένη. Nam ad Cererem hoc non pertinere docet v. 383. Duck. Nam h. l. jubentur Σωτεῖραν celebrare, infra aliud carmen in Cererem canere. Dind.

379. φονῇ Crat. Ven. i. ii. Wech. Dind.

380. φησ' ἐτ. Elb. (quod nescio quid sibi velit?) Dind. εἰς τὰς ὥρας: dele τὰς [recte: in hac formula non usurpatur articulus: cf. Lys. 392. et 1036.] Bent. ἐς τὰς ὥρας. In Thesm. 959. ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας. Berg. Casaub. ad Athen. p. 112. interpretatur, *in singulos annos, quotannis.* Reisk. *in posterum tempus*, quo sensu eadem phrasis accipitur Nub. 562. Kust.

381. Θωρυκίων. Nam iste hostibus fa-

vebat, 363. Berg. Chori nomen præfixum Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Wech. Gel. Brub. etc. Semichori in Ven. i. ii. *νυν* Ald. Junt. i. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. *νῦν* Junt. iii. Gel. Port. Lugd. Amst. Dind.

382. *ημ.* B. non *χο.* Pors. *ἡμιχ.* 1. 2. Dobr.

383. In Berg. et al. præmittitur *Χο.* recte. Dind.—*ἑτερ. ὕμν. ἰδίαν.* Qui in Cererem hymni dicti vulgo, ut ad Callim. ex Athen. monui p. 3. et 649. [p. 28. 157. et 732. s. t. ii. Ern.] *ἴουλοι* et *Δημητριακοί*, quod *οὖλος* et *ἴουλος* dicerentur colligati hordei manipuli. Spanh. *Καρποφόρον βασίλειαν.* Prius epitheton, nempe deæ *frugiferæ* in nummis et in lapidibus antiquis dictæ familiare: *βασίλειαν* vero, non ut vulgo pro *regno*, sed pro *regina* dixit Hom. exemplo Od. Η, 241. et Eurip. Med. 445. *βασίλεια κρείσσων, regina potior*, et jam ante Herodot. i. 11. *ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, quoties regina*, Lydorum nempe regis uxor, deum *vocaret.* Immo quod Attice dictum notat Mœr. p. 96. *βασίλειαι Ἀττικῶς· βασίλισσαι, Ἑλληνικῶς.* [Ap. Mœr. editum *βασίλειαν-βασίλισσαν.* add. intpp. Tho. M. h. v. Dind.] Quamquam *βασίλισσαν* dixerint etiam Attici, ut Demosth. adv. Neær. p. 737. sicut vulgo Græci auctores. Unde prout *Augusti* s. *Romani* Imperatores vulgo a Græcis *Βασιλεῖς* et Augustæ *Βασίλισσαι* itidem ab iis nuncupantur, et quomodo Hadriani uxor Sabina dicitur in vet. inscr. ap. Spon. Itin. p. 228. t. ii. ΣΑΒΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ. Mitto *βασιλίδα* etiam de *regina* dictum quum alibi, tum aliquoties ap. Joseph. Bell. Jud. i. 17. p. 754. et 758. Ap. Æsch. vero Pers. 591. *βασίλεια ἰσχὺς regias vires* notat. Spanh. *ζαθές* [i. e. *ζαθέοις*] B. Pors. *ζαθέοις* Elb. Dind. Nota semichorii abest Elb. ut et 397. Deest etiam h. l. in Junt. i. ii. iii. Crat. Wech. Gel. Brub. Est in Ven. i. ii. Raph. Port. Lugd. Amst. Id. Ald. et sequaces non habent 'HM. præmissum. Farr. autem Ed. habet. Berg. In membr. præfixa huic versui persona *ἡμίχορος*, quam omittunt tres alii. Eam jam adposuerat Zanet. Brunck. Hæc (384—393.) item satius est digeri in stropham et antistropham. Non distinguendum post *χορόν*, siquidem constructio verborum sic procedit: *καὶ σῷζε (τοῦτο) καὶ τὸν σαυτῆς χορόν με παῖσαί τε καὶ χορ. ἀσφ. παν.* Hotib.

384 et sqq. necnon 389. et sqq. disposuit Bent. ut exstant in edd. Kust. et Brunck. Dind. *γε* om. B. Pors. *ημιχ.* 1. non 2. Dobr.

385. *συμπαραστάτει.* Plut. 326. *συμπαραστάται ἔσεσθε, præsto adsitis*, et quæ ibi noto. Spanh. Æsch. Agam. 1068. *ἡ δ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ, οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν.* In Sept. C. Th. 675. *οὔτ' — εἰμί νιν (τὴν Δίκην) αὐτῷ συμπαραστατεῖν πέλας*, ubi Schol. *βοηθῆσαι, auxiliari.* Berg.

388. Dubium videtur, utrum *τὸ παῖσαι* a *παίω*, an a *παίζω* hic deducendum sit, quoniam utraque vox de illis, qui choreas agunt, dici potest. Sed præstat tamen a *παίζω* (quod in fut. non solum habet *παίξω*, sed etiam *παίσω*) eam deducere, quoniam et paulo inferius 408. duo hæc conjunguntur *παίζειν τε καὶ χορεύειν.* Vide etiam quæ notavimus ad Thesm. 951. Kust. *παῖσαι*: lege *παῖξαι.* Bent.

389. Restituenda hæc sunt, ut ante Inv., cujus Cod. Rav. iambicos dimetros tollit et alios quoscunque numeros reponit, recte legebantur. *καὶ* ante *σπουδαῖα* in Cod. Rav. interpolationi debetur. *γελοῖα* in edd. ante Brunck. est; ille mutavit accentum ex præcepto Atticistarum. Dind. *πολλὰ μὲν γελοῖα — πολλὰ δὲ σπουδαῖα.* Quæ nempe jocorum graviumque sermonum mixtura, quum in solemnibus conviviis, ut ap. Xen., Plat., Plut., Athen., Julianum Cæs., tum in festis gentilium, et quidem juxta latas de iis leges, adhibita. Quod de Saturnalibus observat ab initio Deorum in Cæsaribus convivii ὁ *Παραβάτης* (Julianus) indeque se excusat, quod quum ea die jocandi (*παίζειν*) facultatem daret deus, ipse tamen *γελοῖον οὐδὲν οὐδὲ τερπνὸν* nosset; neque enim a natura aptus ad id foret; fabulam tamen dicturus sit, quæ aliquid delectatione et adtentione simul dignum habitura sit. Unde Silenus postea Socratis, quem vultu cæteroquin referebat, exemplo petit, ut sibi liceat, sicut hoc ap. Comicum loco, *μὴ πάντα γελοῖα λέγειν, ἀλλὰ καὶ σπουδαῖα.* Quomodo de Socrate dixerat quoque Galen. de Usu Part. i. 9. *Σωκράτους Μοῦσα μιγνύει ἀεὶ τὴν σπουδὴν ἐν μέρει παιδιᾶς.* Unde in Agathonis convivio, cui Socrates quoque intererat, et quod a Platone describitur, ab eodem Agathone de eo, quem modo habuerat, sermone dictum legitur p. 197. t. iii. [c. 19.] *τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον δύναμαι, μετέχων.* Quam jocis seria admiscendi rationem alibi tangit Plato de Legg. vii. p. 816. *ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατόν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι.* [*σπουδὴν* et *παιδιὰν* sibi ita opponi, ut *seria* et *lusum* ap. Latt. do-

cuit Fisch. ad Plat. Phæd. xiii. 6., inprimisque Ruhnk. ad Tim. gl. Plat. p. 2. s. Dind.] Spanh. γελοῖά Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Brub. etc. γοιά Junt. i. Tum secunda syllaba v. εἰπεῖν ad sequ. versum refertur Ald. etc. Dind. γελοῖ' ἅμ' 1. 2. 6. Dobr.

390. πολλὰ δὲ σπουδαῖα καὶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. πολλὰ σπουδ. (sine δὲ) καὶ Wech. Dind.

391. Hic καὶ deest Ald. etc. Dind. σῆς om. 1. non 6. Dobr.

392. Per σκώψαντα hic intelligit Comicus, non qui scurrilibus jocis plus nimio indulget, seu qui gaudet τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, ut ait Philosophus Ethic. ad Nicom. iv. 14. ubi mox addit, πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθέρῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν. Quales εὐτραπέλους seu *facetos* et *urbanos*, alios vero βωμολόχους s. *scurras* vocari ibidem obtineat. Quomodo a Porphyrio de Lacedæmoniis dicitur, de Abst. iii. p. 356. [§. 5.] παίζειν καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας: ac prout scommata Saturnalibus recepta tradit Lucian. in Crono-Solon. p. 618. t. ii. [c. 18.] ἐξέστω, ἥν τις ἐθέλῃ σκώμματος, ita tamen, ut id jam ante promiserat, ne alii sermones in Saturnalibus adhiberentur p. 615. [c. 13.] πλὴν εἴ τινες ἀστεῖοι καὶ φαιδροί, σκῶμμα καὶ παιδιὰν ἐμφαίνοντες. Sed quæ pridem ad Juliani Cæss. adtigimus p. 325. Joci autem, quod obiter hic addendum est, recepti maxime in sanctis illis cæteroquin et religiosis adeo Eleusiniæ deæ sacris, in memoriam obscœnæ de Baubone a Cerere visa et vel e Clem. Alex. sat notæ narrationis. Spanh. παίσαντα Gel. Prima syllaba voc. νικήσαντα huic versui additur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

393. νικήσαντα ταινιοῦσθαι. Ex h. l. olim ad memoratos modo Juliani Cæss. p. 327. monui, in iisdem gentilium festis decertatum, quis potior in dicendis facetiis evaderet, eumque ut victorem corona s. vitta redimitum. Ad quod illud Horatii retuli ii. Od. 12. [18.] 'Nec certare joco,' etc. Spanh. Chori nomen præfixum in Port. Lugd. Amst. ὡραῖον Ven. ii. Dind. 394. et 398. Ἡμ. om. 1. habet 2. Dobr. Nulla persona præfixa huic versui in Codd. In Ald. semichorus. Brunck. Hic (394—97.) proodus, proprio metro conscriptus, sicut similes versus 384. s. Hotib. ὡραῖος dictus h. l. Bacchus, non ut senex ac maturus annis, sicut Admeti parens ap. Eurip. Alc. 516. πατήρ γε μὴν ὡραῖος εἴπερ οἴχεται, sed ut annis florens et pulcher, qualis vulgo in antiquis numis et marmoribus conspicitur: nempe prout apud Catull. dicitur Epith. Thet. 251. 'At parte ex alia florens volitabat Iacchus:' et Ovid. Met. iv. 8. 'Tu puer æternus et formosissimus,' et a Juliano in Cæss. τοῦ Διονύσου καλοῦ καὶ νέου idem nempe qui παῖς δ' ἦεν Ἴακχος in Orphicis ap. Clem. Alex. dicitur Protrept. p. 13. non barbatus proinde, qualis ejus effigies in priscis Thebanorum, Naxiorum, Olympiorum, et Catinensium numis adhuc cernitur. Spanh. Ἄγ' εἶα: forte Ἀλλ' εἶα. Bent. γε om. Rav. Baroc. Borg. Dind.

396. ὁ ξυνέμπορος (pr. συνοδοιπόρος Phot. Lex.) simpl. h. l. *sodalis*, socius, dicitur. Dind.

398. et sqq. Numeris Arabicis notavit versus quatuor, quos liceat systema à Anglice *stanza*] vocare. Bent.

398-414. itidemque illa, quæ continentur versibus 417-460. strophica sunt, quorum stropha prima et secunda, quæ quidem incipit verbis βούλεσθε δῆτα κοινῇ, duplices antistrophas habent, more Pindarico. cf. 895. ss. Strophen sic constitues: Ἴακχε—ἑορτῆς | ἥδιστον—συνακολούθει | πρὸς τὴν θεὸν, | καὶ δεῖξον, ὡς ἄνευ πόνου π. ὁδ. περαίνεις, seorsim positis verbis πρὸς τὴν θεόν· nam ita breviores cujuscumque generis versus fines systematum præparare adeoque clausularum loco esse solent, velut passim anapæstici monometri, trochaici monometri infra 992. Pac. 582. ubi seorsim ponenda verba καὶ φυλάξεις et ὃν ποθοῦμεν, monometer catal. Nub. 457. dimetri ibid. 1187. anacreontei in longis iambicis, ib. 1306. penthemimeris dactylica post hexametros heroïcos Nub. 471. ex nostra emendatione. Quin Eccl. 930. etiam iambicus monometer sic venit inter trochaicos. Hotib.

399. ξυνακ. B. Pors. δεῦρο ξυν. 1. (sic.) Dobr.

401. ἄνευ πόνου. Eurip. Bacch. 194. de Baccho: ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται. Etiam chorus mulierum bacchantium non defatigatur cursu et saltationibus, ib. 64. Fertur autem ad Indos usque pervenisse Bacchus. Berg. Immo alluditur eo, quod pompa Iacchica sexto Eleusiniorum die inde a Ceramico Eleusinem ducebatur, ubi erat templum magnæ deæ. Præferebatur Bacchi simulacrum, cum myrtea corona in capite, face in manu. Post illud gestabatur mystica vannus, symbolum sejunctionis initiatorum et profanorum, tum calathus et cetera

insignia. Poeta haud dubie a festi illius et sacri ritibus nonnulla petiit. Via longa, quæ Eleusinem ferebat, dicebatur *sacra*. Paus. i. 36. Sensus verborum est: Te duce, Iacche, facile longam viam conficiemus. Conz. Perperam Inv. jussit πόνου versum singularem constituere. Debebat potius esse, πρὸς τὴν θεὸν καὶ δεῖξον ὡς | ἄνευ πόνου | π. ὁ π. Vulgo sunt quatuor versus, quorum tertius πρ. τιθ.—ὡς quartus ἄνευ π. —περ. Dind. Verba ἄνευ—περαίνεις unum versum efficiunt in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. (in qua ὁδὸν) etc. Id.

402. περ. ὁδ. 1. non 6. Schol. ed. ad 400. δείξεις τὰς ὁδοὺς ἄνευ πόνου τοῖς θεοῖς περαίνεσθαι. πάντα γὰρ αὐτοῖς εὐπετῆ. Ubi latere versum Eurip. Phœn. 702. olim vidit amicus quidam G. Burges. Res nunc palam fit e Schol. 2. πάντα γὰρ εὐπετῆ φασὶ τοῖς θεοῖς. Dobr.

403. Persona in membr. et in C. μέρος χοροῦ. In duobus reliquis ἡμίχορος. Vulgo hæc alteri semichoro continuantur. Brunck. Nimirum omnes versus a 398-418. unum vulgo μέλος κώλων ιη', cui præfixa persona Ἡμ. efficiunt. Dind. Hic et 409. 414. nomen semichori non præfigitur in Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. habent Junt. i. Brub. Id.

403. 409. Ἡμ. et 415. Ξα. præfigit (B. scil.) Pors. Ἡμιχ. præf. 1. 2. hic et 409. 415. Hic -πεμπε 1. sed -πομπε 409. 415. et Sch. τὸ ἐμὲ πρὸς τὸ πρόπομπε (sic) ἐστί. τὸ δὲ σὺν κοινωνίαν δηλοῖ. Per ε semper 2. t. et Sch. Dobr.

404. et sqq. systema β'. 4 vers. Bent. φιλογέλως dictus idem Bacchus a Juliano in Cæss. et ejus comites, et eorum exemplo Alexandrini φιλογέλωτες ap. Dion. Chrysost. Or. xxxii. p. 379. appellati: immo prout Anacreon Od. xxiv. [8. s.]: παίξω, γελάσω, χορεύσω Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου· et ἐγερσιγέλωτι Λυαίῳ, *risum excitanti Lyæo s. Baccho* Anth. i. 147. ep. 23. [Paul. Silent. xl. 1. t. iii. p. 83. Br. Anal.] Demetrius vero Poliorceta, uti et Sylla φιλογέλωτες ap. Athen. dicti xiv. p. 614. s. De adnotatis vero Schol. ad hunc Comici locum, et quæ cæteroquin ab ejus explicatione sunt aliena, præter ea, quæ opportune hic monuit Kust. v. quæ ad argum. hujus fabulæ diximus. Spanh. σὺ γὰρ κατεσχίσω. Schol. διὰ σὲ κατεσχίσθη, *propter te laceratus est calceus*. Nempe quia in Bacchi festo agebantur comœdiæ, in quibus chorus saltabat. Berg. At igitur de Eleusiniis sacris et pompa Iacchi. Versus vulgo descripti aliter, ut Inv. jam monuit. Dind. σοὶ γὰρ διδόαμεν ἐπ' εὐτελείᾳ τὸν σ. Suid. Ms. v. εὐτ. Pors.

405. Lege τόν τε σανδαλίσκον. Suid. Εὐτέλεια, σμικροπρέπεια. Εὐτέλεια δὲ εὐδαιμονία παρὰ τὸ εὖ τελεῖν· Ἀριστοφάνης· Σοὶ γὰρ διδόαμεν Ἐπ' εὐτελείᾳ τὸν σανδαλίσκον. Videtur alius esse locus. [Non reperitur inter Aristoph. fragmenta a Brunck. congesta. Dind.] Bent.

405. Strophæ primæ antistropha prima legendum, maxime metri causa, κἀφ' εὐτελείᾳ τόν τε σανδαλίσκον. Hotib. τὸν σανδαλίσκον omissum hic ab interprete, quod de vili calceamento, eoque muliebri, vulgo *sandalio*, dici sat liquet. Spanh. Nimirum videntur eorum qui pompæ interérant, sandalia et vestimenta lacerata per lusum jocumque esse. Tribuitur autem Iaccho, quod per licentiam hujus pompæ cum Iaccho fiebat, unde etiam effecisse (ἐξευρεῖν) dicitur, ut impune ludere et tripudiare possent. ῥάκος de vili et lacero pallio dicitur. ἐπὶ γέλωτι κἀπ' εὐτ. reddunt *ad risum usque et ad vilitatem*; immo: ita ut risus existeret et viles videremur. γε ante ῥάκος in nullo alio Cod. et ed. præter Inv. additum. Exspectari potius poterat καὶ τόδε ῥάκος, aut τὸ ῥάκος simpliciter. Dind. V. Elm. ad Ach. 1201. Sunt tres versus hi in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. (in quinque his postremis post εὐτελ. interpungitur ita;) Brub. Raph. (in qua etiam post εὐτ.;) Port. Lugd. Amst. Gel. κἀπ' εὐτ. τόνδε | τὸν σανδ. καὶ τὸ ῥάκος | κἀξ. ὥστ' ἀζ. Dind. τὸ ῥάκος Suid. v. ῥάκος. Pors. Ut metro satisfiat expulso articulo ante σανδαλίσκον, lege, κἀπ' εὐτελείᾳ τόνδε σανδαλίσκον, id est, *discidisti sandalium unum, hoc videlicet*. Reisig.

408. παίζειν Gel. Dind.

410. et sqq. systema γ'. 4. vers. Bent. Διο. præf. 2. non 1. Dobr. τί Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

411. νῦν δεῖ Junt. ii. iii. μαλλ. Elb. Dind. Idem dicit aliis verbis Eurip. 834. φαρέων μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδών, *ex vestibus videns mammam eminentem*. Berg.

413. E nullo alio libro, præter Rav., notatur διαῤῥαγέντος et omnes tuentur παραῤῥαγέντος, quod exquisitius. Ut autem διαῤῥαγῆναι est discindi, ita παραῤῥαγῆναι ex altera parte scindi. Ita potuit προκύπτειν (prominere) mamma. Dind.

414. Hæc non Xanthiæ, sed cum superioribus semichoro tribuuntur in Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. (Xanthiæ nomen præfigunt Junt. ii. iii. Gel. Port. Lugd. Amst.

414. s. unum versum efficiunt in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

414-16. Si me audis, contrahes in duos iambicos senarios, quo metro hic, ut supra 337-39. uti Bacchum et Xanthiam, est con-

sentaneum, dum chorum nondum adorti, quod fit demum 435., inter se colloquuntur. Inepte autem τὸ χορεύειν ex 408. huc translatum numeros turbat sententiamque adulterat. Jocosus juvenum chorus formosissimam conspexerat συμπαίστριαν, quacum plus facere quam χορεύειν, idque adeo, quod 444. dicitur, eum cupiisse, satis indicat τιτθίου προκύψαντος commemoratio. Eodem sensu Bacchus gestit παίζειν cum illa. Locus sic scribendus: Διόν. Ἴακχε φιλοχορευτά, συμπρόπεμπέ με· | ἐγὼ δ' ἀεί πως φιλακόλουθός εἰμι, καὶ | παίζειν μετ' αὐτῆς βούλομαι. Ξανθ. κἄγωγε πρός. Ut ridicule supra 340. Proserpinam servus invocaverat, ita hic facetius etiam se ipse compellat Bacchus. Verba κἄγωγε πρὸς non Baccho fuisse olim attributa, ex Schol. intelligitur. Hotib. Mihi verba μετ' αὐτῆς videntur e gl. adscripto partic. παίζων exstitisse et delenda esse, ut iambicus senarius similis præcedenti et sequenti legatur. Dind.

415. Ξα. præf. 1. 2. Dobr.

416. παίζειν 1. (ων rub.) Dobr.

417. et sqq. disposuit ut exstant in Kust. et Brunck. quatuor systematibus 3 vers. notatis. Bent. δεῖτα Junt. i. κοινῇ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

418. Et ex h. l. manifestum est Ranas adscendisse in scenam a. 26. belli Peloponnesiaci, ut dictum est. Nam eo tempore Ἀρχέδημος προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις καὶ τῆς Δεκελείας ἐπιμελούμενος, Ἐρασινίδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλὼν, etc. quæ narrat Xen. i. [Hell. c. 7. § 1. ubi v. Schneid.] Ceterum ad h. l. Schol. bene notavit, jocum Arist. in eo potissimum esse, quod Archedemus ut extraneus traducitur; et pro ὀδόντας præter exspectationem dixisse; sed non notavit allusionem falsam nominis: nam φράτορας alludit non ad voc. ὀδόντας (quod ait Schol.), sed ad φραστῆρας, qui φραστῆρες sunt οἱ γνώμονες τῶν ἡλικιῶν ὀδόντες, ut ait Suid.; sed a notatione nominis non est dubium, quin sint dentes anteriores, qui ad loquendum sunt utiles, ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod non notavit ille Lexicographus. Illi autem dentes anno septimo nascuntur. Ideo dicit, ἑπτ. ὢν οὐκ ἔφυσε (φραστῆρας debebat dicere, sed quasi errans pronunciavit) φράτορας, et in eo consistit gratia allusionis. Palmer. Exercc. p. 772. Præter exspectationem pro φραστῆρας. V. Suid. et Meurs. Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Cf. not. ad Av. 1669. Archedemus, de quo hic agitur, Erasinidis accusator fuit. V. Xen. Hell. p. 41. ed. Lips. Brunck.

419. φράτορας vulgo *curiales*. [Alii φράτορα curionem, φρατριέας curiales dictos esse volunt. V. Ignarra de phratr. p. 55. qui p. 63. ss. de phratoribus Athh. copiosius egit. Dind. Athenis dictos constat, sicut Av. 768. et 1668. hic vero adluditur ad voc. φραστῆρας, qua, juxta Suid., designantur οἱ γνώμονες τῶν ἡλικιῶν ὀδόντες, *indices ætatis dentes*, quæque facta sit a v. φράζω, ut bene hic monuit Palmer. Addam solum legi Æsch. Suppl. 501. φράστορας ἐγχωρίων, *interpretes ex indigenis*, quæ propius adhuc accedit ad voc. φραστῆρες et ad utriusque originem a φράζειν, unde etiam Tragici illius Schol. explicat ibi φράστορας, τοὺς φράζοντας. Spanh. Alluditur hic ad morem initiatorum, qui, si ad pontem Cephissi venerant, spectatorum dicteriis acerbiora regerebant, ita, ut qui ceteris in hoc genere excelluisset, tanquam victor tænia redimiretur. De origine moris Diod. S. v. 4. vid. Archedemus autem, utpote peregrinus, nulli phratriæ erat adscriptus, quibus phratriis legitimi filii Athenn., jam pueri, festo Apaturiorum inscribebantur. Idem Erasinidem de peculatu et neglectis officiis accusavit. V. Xen. Hell. i. 21. Conz. 419. 20. Suid. δημαγωγεῖ. Pors.

421. Νεκροὺς vocat Athenienses, propterea, quod rem tunc male gesserant. V. Schol. ad h. l. Musgrav. ad Soph. Œd. R. 44. Hotib. Loquitur ex sententia mortuorum, quasi apud inferos demum sint vivi, apud superos autem, sive in terris, mortui, et videtur mihi respexisse ad illud Eurip. τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, quod 1478. profert Comicus et 1080. Berg. Lege κἄστιν: mox Ms. Κλεισθένην. Bent. κἄστι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

422. τὰ πρῶτα. Lucian. in Timone [c. 55. t. i. p. 172. Hemst.]: ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα (primarius). Gorgias Encom. Hel. [p. 92. ed. Reisk. t. viii. Orr. Grr.] ὅτι μὲν οὖν φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ γυνὴ περὶ ἧς ὁ λόγος, οὐκ ἄδηλον οὐδ' ὀλίγοις. Heliod. x. p. 472. [p. 356. ed. Mitscherlich. Scrr. Erott. Gr. t. ii.] οὐ γὰρ ἐγχωρίους μόνον ἀλλὰ καὶ γένους τοῦ βασιλείου τὰ πρῶτα καὶ ἐγγύτατα. Eurip. Or. 1247. Μυκηνίδες, ὦ φίλαι, τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγικὸν ἕδος Ἀργείων. Theocr. Id. xv. 142. paullo aliter idem dicit: Οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί. Lucret. i. [86. ubi v.

intpp.] 'ductores Danaum delecti, prima virorum.' Berg. V. quæ de hac formula notavi ad Eurip. Or. 1251. Versum hunc laudavit nuper ad Soph. El. p. 28. Paris. Professor (Vauvilliers), cujus e longa errorumque et tædii refertissima nota ridicula quædam protuli ad Thesm. 56. Sed non animadvertit versum esse trimetrum iambicum, cujus in prima sede trochæus stare non potest, et proinde mendosum esse *κᾆτι* [ut olim lectum]. Quod tironum infimus ultro reposuisset *κᾆστιν*, est in Reg. membr. Hoc primum. Deinde quum quid apud poëtas intersit inter *πρῶτα* et *τὰ πρῶτα*, non intelligat, eaque promiscuæ significationis esse putet, ostendit se Græci sermonis proprietatis tam peritum esse quam prosodiæ et metrorum. At vero *γνωσθήσεται τάχα Παρισίνοις, οἷα διδάσκει τοὺς ἀνοήτους.* Quando ap. Æsch. Prometheus ait *μέμψιν οὔ τιν' ἀνθρώπων ἔχων,* | *οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην*, in enumeratione miseriarum humani generis, quas sublevavit, istud *πρῶτα* valet *primum*, et sic in plerisque aliis, quæ nullo judicio advocat exemplis. Hac significatione *πρῶτα, ταπρῶτα*, ut *πρῶτον, τοπρῶτον*, promiscue adhibentur. Sed ubi memoratur quispiam *in aliqua re excellens, principatum tenens alicujus rei*, jam dici non potest *πρῶτα εἶναι, πρῶτα ἔχειν*, sed articulum *τὰ* omnino requirit Græcæ linguæ ingenium. Sic Medea [immo Jason] filiis suis dicit ap. Eurip. [Med. 912. s.] *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι* — Diphilus ap. Stob. Floril. Grot. p. 137. *ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδεν οὔτε δεδιέναι Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.* Quod non minus vere de aliquo dici posset, qui eruditis quibusvis obloqueretur, de rebus temere disputans, quas tam perspectas haberet, quam cœcus colores. Si quis poëta aliter scripsisse comperiatur, vim sibi a metri necessitate illatam ipse linguæ fecerit, quod illi quidem ignoscendum est, ut et nostris multa condonamus; sed rarius admissæ culpæ vim certissimæ legis non labefactant. Præterea distinguendæ poëtarum ætates, ut et carminum genera; maxime autem mendæ suspicione vacare debent exempla. In Eurip. fragm. ex inc. Trag. xii. ap. Musgr. poëtæ non agnosco manum. Stob. ed. Tigur. et Cod. Reg. habent *τὸ σκαιὸν εἶναι πρῶτ' ἀμουσίαν ἔχει.* In iis quæ ap. Tragicum sequebantur, ab excerptore omissis, alia proponebantur incommoda imperitiæ, quorum in illis versibus instituti cœpta enumeratio, ubi *πρῶτα* eadem significatione positum, qua in Æsch. versu, *οἳ πρῶτα μὲν, βλέποντες ἔβλεπον μάτην.* Varia lectio e prava nescio cujus emendatione falsæ interpretationi locum dedit. Hemst. laudavi ad ista Mercurii ad Timon. verba ap. Lucian. p. 147. *πλούτει πάλιν καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα.* V. virum eundem doctiss. ad Xen. Eph. in Misc. Obss. T. v. p. 38. Valck. ad Herod. p. 484, 47. Abresch. ad Æsch. p. 236. ubi exemplorum affatim. Brunck.

423. *τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω.* Ad h. l. respexit Schol. Theocr. ad Id. v. 43. sed qui male Cleonem pro Clisthene substituit. Kust. et Brunck. Schol. Theocr. l. l. hunc locum non recte exponit, quo nomine eum reprehendit Heins. Lect. Theocr. c. 9. Duck. In tribus Codd. scriptum *τὸν Κλεισθένους.* In C. *τὸν Κλεισθένην* et superscripta gl. *τὸν Καλλίαν*, quæ ad alteram lectionem referri videtur: sed mendosa illa est falsaque ejus interpretatio. Sermo est de Clisthene illo cinædo toties a Comicis exagitato, qui fingitur hic amico cuidam suo in monumentis parentare; sed alio sensu ista accipienda sunt, quod docent etiam veteres critici. Brunck. Ut mulieres solebant in funere sibi crines vellere et genas lancinare et plangere, ita hic Clisthenes dicitur facere mortuo Sebino Anaphlystio, quod est nomen fictum viri, quasi qui solitus esset ipsum *βινεῖν ἀναπεφλασμένος.* Berg. *Κλεισθένους* Elb. et Bav. Junt. i. Rav. Monac. Dind. *Κλεισθένην* B. Pors. *Κλεισθένους* l. 2. -*νην* 6. Gl. *υἱὸν* 1. Dobr.

426. Gl. *κόπτομαι, plango.* In Lys. 399. *ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν*, ubi v. Not. Berg. *κἀκόπτ'* Junt. ii. iii. (non Gel.) Dind.

427. *κἄκλαε.* Sic membr. et C. Vulgo *κἄκλαιε*, quod minus Atticum est. v. ad 653. Brunck. *κἄκλαιε* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind. —*έγη* 1.—*άγει* 2. (et Rav.) Dobr.

428. Nomen (*Σεβῖνος*) fictum, ut dicit Schol., unde fit formatum, facile apparet: videtur autem alludere simul ad voc. *Σαβάζιος*, quod est cognomen Bacchi, qui et ipse est *κατωφερής.* *Ἀναφλύστιος* quasi ex pago Attico Anaphlysto oriundus. Sed simul fit allusio ad v. *ἀναφλᾶν.* Est autem *ἀναφλᾶν τὸ αἰδοῖον masturbare et arrigere*, unde *ἀναπεφλασμένοι, arrigentes*, Lys. 1101. Abutitur autem voce *Ἀναφλύστιος* similiter Eccl. 974. *Ἀναφλύστιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον—αὐτὴν σὲ βινεῖν*— Berg. Perperam in membr. *Σεβῖνος.* (—*νον* Rav.) Pagus erat Atticæ, *Ἀνάφλυστος* dictus, de quo v. Meur. Sed ut

fictum est viri nomen Χεβῖνος, a βινεῖν deductum, sic in gentili nomine allusio est ad obscœnum verbum ἀναφλᾷν. Idem jocus est in Conc. 979. Brunck. Brunck. pro ἐστὶν edidit ἔστ', et pro senario lectoribus suis quinarium venditavit. Sed legendum — ἐστὶν 'Α'ναφλύστιος, et loca ita capienda, ac si scriptum esset τὸν ξένον, τὸν 'Αναφλύστιον. Pors. ad Eurip. Or. 1645. Lege ὁ 'ναφλύστιος. Bent. ἐστὶν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

430. Versus mendosus est. Nam ι paragogicum cum longum sit, facit in prima sede amphimacrum, qui versum iambicum non ingreditur. Sunt autem omnes hi versus trimetri ἑφθημιμερεῖς, ut notat Schol. ad principium hujus stroph. 417. Puto legendum τοῦτον. Ap. Suid. v. 'Ιππόνικος solum legitur τὸν 'Ιπποβίνου, nec monent editores, aliter apud poëtam legi. Duck. Sunt hujus commatis versus omnes iambici, inter quos trochaicus immisceri non debuit. Vulgo legitur τουτονὶ τὸν—. Recte in B. D. τοῦτον. Vim hujus pronominis declarat gl. in C. ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι. Brunck. (qui recte τοῦτον recepit.) Ἱπποβίνου pro Ἱππονίκου. v. Avv. 284. Significat autem vox Ἱππόβινος, nimiam incontinentiam circa usum Veneris; eam vim habet voc. ἵππος in compositione. Schol. τὸ δὲ ἵππος πολλαχοῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου λαμβάνουσιν, 'Ιππόπορνε. V. Not. ad Nub. 1066. Berg. τοῦτον τὸν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. τουτονὶ τὸν (sic) Port. Lugd. Amst. Dind. τουτονὶ B. Pors. τουτονὶ 1. gl. ὃν πάντες ἴσασι. Dobr.

431. κύσθου Ms. et Suid. in 'Ιππόπορνε. Bent. Codd. omnes habent κύσθου, ut recte emendatum fuit in novissima Batav. Antea legebatur κίσθου. Brunck. Veram (κύσθου) solus noster Cod. (Elb.) exhibet lectionem. Ita autem legendum esse apparet ex Schol. ad 503. ubi locus hic laudatur, et Eustath. ad Il. I, 193. dum explicat voc. ταφών, ubi παρὰ τῷ Κωμικῷ κύσθου ἢ κύσου λεοντῆν dici asserit. Atque sic scribi jussit etiam Kust. Trendelenb. Vertit locum Brunck. *Quin et Calliam aiunt, istum Hippobini filium, cunni leonina indutum decertare prælio navali.* In quo ne mica quidem salis. V. an hæc proficiant: κύσθῳ λέοντα ναυμαχεῖν ἐνημμένον, ὡς intellecto in λέοντα, ellipsi Nostro perquam usitata. V. Schol. ad Plut. 295. 314. Lys. 928. Τὸ ναυμαχεῖν, quia tunc omnium in ore erat propter prælium ad Arginusas, ad rem obscœnam transtulit. Cave autem cogites de archonte Callia, cujus auspiciis docta est hæc fabula Ol. xciii. 3. belli Pelop. a. 26. quamquam, tecte eum tangi, haud negarim. Certe Hippobinus hic non magis, credo, in vivis fuit, quam Sebinus ille 428. Hotib. κίσθου Ald. et cett. edd. κύσθου Elb. — λεοντῆν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. λεοντῆν Port. Lugd. Amst. Dind. κύσθου 1. 2. Dobr.

432. ἔχοιτ' v. ad Plut. 960. Berg. Alloquitur Dionysus chorum. Non post νῷν debebat comma in ed. Lips. relinqui, sed post Πλούτων' poni. Olim recte post νῷν se habebat, quum Πλούτων ὅπου — sequeretur. Dind.

433. In Cod. (E.) scriptum Πλούτων', servato eleganti Atticismo. Repone, ἔχοιτ' ἂν οὖν φράσαι νῷν Πλούτων', ὅπου 'νθ. e. Nihil magis usitatum Græcis scriptoribus, quam verbis *dicendi, cogitandi, sentiendi*, accusativum subjungere personæ vel rei, quæ subjectum est sequentis verbi. Att. id schema appello, quia Atticis fuit valde adamatum: nam Hom. Pind. et optimis quibusque fuit frequentatum. Sic Il. B. 409. ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Exempla quævis Comici pagina offert. Nub. 145. ἀνήρετο ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας. Conc. 1125. φράσατέ μοι τὸν δεσπότην, ὅπου 'στί. Lys. 769. λέγ' αὐτὸν ἡμῖν ὅ τι λέγει, pro, λέγ' ἡμῖν ὅ τι λέγει αὐτός. Latinis Comicis nihil eadem constructione frequentius. Sic Plaut. Rud. 'eam veretur ne perierit,' pro, 'veretur ne ea perierit.' Brunck. ὁπουνθάδ' Ald. Junt. ii. iii. Gel. Lugd. Amst. Recte scr. Junt. i. Crat. etc. ὅπου'νθάδ' Port. Dind. πλούτων' B. Pors. πλούτων' 1. (et Rav.) πλούτων 2. 6. Dobr.

435. Tribus versiculis iambicis percontatur Bacchus, quorum duo primi dimetri sunt (catalectici), tertius senarius. Totidem paribus versiculis constat chori responsio. μακρὰν pes est iambus. Hujus adverbii, ut et alius ejusdem familiæ, ἄγαν, ultima apud poëtas Atticos semper producta observatur; qua de re alibi agam. Quippe novi aliquem, qui his in rebus nihil certi se videre profitetur, a quo grandem me solidamque initurum gratiam confido, si gramias, quas in oculis habet, purgavero. Brunck. Citat Suid. v. μηδὲν μ. Pors.

436. μὴ δ' Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. μή δ' Junt. ii. iii. Gel. etc. — ἐπανέρημε Ald. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Raph. In al. ἐπανέρῃ με. Recte Port. et seqq. Dind.

438. Ms. αἴροι': v. 503. et 596. Bent. αἴροι' ἂν [ut Brunck. edidit] perspicue

tres Codd. In C. forma etiam verbi media, sed sine elisione *αἴροιο ἄν*. Vulgo *αἴροις*, quod mendosum esse vere pronuntiavit, multisque exemplis ostendit Dawes. p. 237. *αἴροιτ' ἄν* etiam Cod. Reg. quartus (E.) cum gl. *λάβοις ἄν*. Brunck. *αἴροι* in Elb. Pessime corruptus est senarius in ed. Lips. aut ita restituendus: *αἴροιτ' ἂν αὖθις αὖ γε, παῖ, τὰ στρώματα*, (quamquam in hac Brunck. lectione displicet *γε*,) aut cum Hotib. scribendus, ut respondeat v. 435. *αἴροι ἂν αὖθις αὖ, παῖ*, nam verba *τὰ στρώματα* ei videntur ex interpretamento accessisse. Alloquitur autem Dionysus servum, qui sarcinas deposuerat. *αἴροι* Elb. *αἴροιτ' ἂν* Ms. Barocc. 127. superscrip. *λάβοις ἄν*. *αἴροις ἂν* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. *αἴροιτ' ἄν*. Rav. Post *αὖθις* additur *αὖ γε* et *ὦ* ante *παῖ* omittitur Ald. Junt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Brub. etc. In Junt. I. *αὖθις ὦ παῖ τά γε στρ*. Dind. *αἴροιτ'* B. et *ὦ* pro *αὖγε*. Pors. *αἴροιτ'* 1. 2. 6. *ὦ* pro *αὖγε* 1. 6. U. *αὖγε* 2. *αὖγε*. *γρ. καὶ ὦ* L. Dobr.

439. Post *πρᾶγμα* et v. seq. post *στρώματα* plene interpungunt Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. Brub. (non interpungit Ven. II. Gel.) Colon habet Wech. interr. notam Raph. Port. Lugd. Amst. Dind.

440. *ἀλλ'* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. Dind. *Διὸς Κόρινθος ἐ. τ. στρ.* De illis, *qui eadem verba iterant et identidem repetunt*, proverbio dicebatur *ὁ Διὸς Κόρινθος*, quod nunc usurpat, quia quum semel supra 165. ad ipsum dixerit Bacchus *σὺ δὲ τὰ στρώματ' αὖθις λάμβανε*, nunc iterum dicebat 440. *αἴροιτ' ἄν*, etc. Utitur hoc proverbio Pind. Nem. vii. in fine: *ταυτὰ δὲ τρὶς τετράκις τ' ἀμπολεῖν, ἀπορία τελέθει, τέκνοισιν ἅτε, μαψυλάκας Διὸς Κόρινθος, eadem ter quaterve repetere et inculcare, velut parentes filiolis solent, inopia verborum est, et nugator Jovis Corinthus.* [Proverbium *ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ συνεχῶς λεγόντων*. De ejus origine diversa tradunt vett. Grammatici, quæ apud parœmiographos collecta videas. Conc. 827. Eo Nemeon. vii. concludit Pindarus. Brunck.] Originem proverbii talem tradunt fuisse: Quum aliquando Corinthiorum legatus apud Megarenses, colonos Corinthiorum, minaciter expostularet, quod a conditoribus suis defecissent, et aliquoties diceret, *δικαίως στενάζοι ὁ Διὸς Κόρινθος, εἰ μὴ λάβοι δίκην*, tunc Megarenses iratos ei verbera intendisse et dixisse, *παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον*. Hæc ex Schol. Pind. et Arist. In Pind. Schol. alia etiam traditur origo: nempe mendicum aliquem olim consuluisse oraculum Jovis Dodonæi de Corinthi regno invadendo, et responsum tulisse, ipsum tunc potiturum regno, cum quis ei daret glebam terræ, deinde mendicantem eum in Corintho petiisse a rustico quodam panem, qui ei glebam dederit; quumque usus esset felici successu in occupando regno, eum urbem vocasse *Jovis Corinthum*, propter oraculum illud Jovis. Sed hæc non tam originem proverbii docent, quam cur *Corinthus* dicatur *Jovis*. V. Erasmum [p. m. 198. et 678.]. Opportune autem de stragulis dixit hoc proverbium Comicus, quia Corinthiaca stragula celebrabantur; Antiphanes Comicus ap. Athen. i. p. 27. *ἐξ Ἤλιδος μάγειρος, ἐξ Ἄργους λέβης, Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου στρώματα.* Berg.

441. et sqq. et 445. et sqq. duo systemata 4 vers. Lege *χωρεῖτέ*: mox dele *θεᾶς*. Bent. Unus versus in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. et præfixum chori nomen. Dind. *Χο.* præf. 1. *Ἡμιχ.* 2. *ἱερὸν* om. et post *θεᾶς* repos. rub. in m. 1. Dobr.

441. ss. Hisce ut sua metra constent, facillimis mutationibus ita scribas: *χωρεῖτέ νυν, ἱερὸν κύκλον θεᾶς, ἀνθοφ. ἀν' ἄλσος* (*στροφή*.) | *παίζοντες, οἷς μετουσία θεοφιλοῦς ἑορτῆς* | *ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσιν κόραισιν εἶμι καὶ γυναιξίν*, (*ἀντιστρ.*) | *οὗ παννυχίζουσιν θεαί, τὸ φέγγος ἱερὸν οἴσων*. Versus iambici tetram. catal., Comico usitatissimi, quorum primo *θεᾶς* metri causa *μονοσυλλάβως* pronuntiandum est, ut passim. Hotib. Huic versui præfixa in Cod. (E. s. quart. Reg.) nota *χορός*. Versui 446. præfixa nota *ἡμίχορος*, eique semichoro continuantur usque ad finem omnia, ut in mea ed. Brunck. *ἱερὸν ἀνὰ κύκλον*. Hoc pertinet ad choros cyclicos saltantium in sacris. V. Spanh. ad Call. h. in Dian. 267. Duck. Hunc Comici locum adduxi inter alia in Obss. ad Call. p. 313. [365. ed. Ern.], quo choreas circa deorum aras, aut alibi in orbem agi solitas illustrarem, qualesque inde *κύκλιοι* et *κυκλικοί*, item *ἐγκύκλιοι χοροί*, eorumque magistri *κυκλιοδιδάσκαλοι*, de quibus ibid. ad Battiadem, et jam ante p. 292. [342.] pluribus agimus, indicatis etiam antiqui illius ritus in veteri fœdere vestigiis. Unum addam, apud Comicum a choro mulierum hujus etiam Cereris sacris operantium similiter dictum Thesm. 763. *χώρει κοῦφα ποσίν, ἄγ' ἐς κύκλον χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας*. Spanh. In Avv. 1379. *τί δεῦρο πόδα σὺ κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς*; Berg. V.

Kust. ad Plut. 761. Dind.

442. ἀνθόφ. ἀν' ἄλσος. Supra ad 376. Berg. ἀν ἄλσοι Junt. iii. Dind.

443. οἷς μετουσ. V. Plut. 630. Berg.

445. ΔΙ. omittit Ms. mox lege ταῖσιν —παννυχίζουσιν. Bent. Δι. om. 1. 2. Dobr. ἐγὼ δὲ —. Hic et tres seqq. versus Baccho vulgo tribuuntur, perquam absurde. In tribus Codd. eidem semichoro continuantur, nec ulla distinctio in membr. fuerat; sed postmodo inter lineas scripta persona, quam minime exspectes, ἱερεύς. Sacerdotis etiam, nescio illiusne, qui supra cum Baccho colloquebatur, an cujusvis alius, meminit idem librarius ad 382. cui præfixa in membr. persona ἡμίχορος ἢ ἱερεύς. Positam hic ab Aldo Bacchi personam sustulerunt Bern. Junta et edd. Veneti. Quod autem 440. et 448. personam præscripserim semichori, in eo tres Codd. consentientes habeo. In B. nulla persona est: impressi chorum habent. Ultimum semichori comma ad commendationem mysteriorum Eleusiniorum pertinet, quorum in superioribus plurimi adumbrati ritus. Credebant veteres Græci, solos initiatos post mortem in fortunatorum sedes admitti, qua de re vid. Brod. ad Crinagoræ Epigr. Anthol. p. 56. et Meurs. Eleusin. c. 17. 18. Brunck. ἐγὼ etc. in Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. ii. Gel. Brub. Raph. Port. etc. præmittitur Dionysi nomen (non in Junt. i. Ven. i.). Dind.

447. θεᾷ. Hanc scripturam vulgatæ θεαὶ prætulerunt etiam Höpfn. et Conz. Francog. interpres vertit, ac si θεαῖς legatur, 'dans le lieu, où elles se rassemblent la nuit pour honorer les déesses.' Dind. θεαὶ Ald. et cett. edd. Dind.

448. φέγγος ἱερὸν οἴσων. Quomodo hujus Bacchi cum face signum in templo Cereris Athenis conspici observat Pausanias i. p. 4. Spanh.

449. Ms. πολυῤῥόδους cum σχολ. πολυήχους. ibid. et sqq. necnon 455. et sqq. notantur quasi systemata, quæ in Ald. et Kust. sunt antistrophica. Bent. χωρῶμεν. Supra ad 372. Berg. Ms. Vatic. U. hic ponit Ἡμιχ. i. e. *semichorum* [pro olim vulg. XO.]. Sed nihil interest, utrum chorus integer, an vero dimidia tantum ejus pars hæc loqui statuatur. Kust. Vulgo hæc strophe dicitur et inde a 455. μόνοις etc. antistrophe incipit, quæ vulgo et ipsa sex est versuum. Dind. Chori nomen præfigitur in Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Brub. Raph. Port. etc. (Præmissum in Port. Lugd. Amst. στροφὴ et 458. ἀντιστροφή.) Semichori in Junt. i. Id. Ἡμ. pro Xo. et πολυῤῥόδους B. Pors. Ἡμιχ. 1. 2. πολυῤῥόδους 1. 6. Gl. πολυήχους ἢ πολυανθεῖς in 1. sed in 6. πολυήχους tantum. Vulg. 2. Dobr.

454. Brunck. reddit, 'Quas (choreas) beatæ Horæ quotannis reducunt.' Horas etiam prægressi intpp. induxerant. Rectius Mœras servavit Conz. quæ omnino dispensatrices fatorum celebrantur. Neque de quotannis institutis mysteriis quidquam dicitur, sed sensus est, Quam (choream) felici fato instituimus. De saltationibus, die quarto Eleusiniorum majorum in prato florido institutis cf. Ste. Croix p. 190. Dind.

455. Coray. in Σημειωτ. ad Heliod. t. ii. p. 290. ἔστι γὰρ ἐνταῦθα τὸ Ἥλιος καὶ φέγγος, οὐχ ὡς ἄν τις ὑπολάβοι τὸ τοῖς Γραμματικοῖς καλούμενον Ἓν διὰ δυοῖν σχῆμα, ἀντὶ τοῦ, Ἡλίου φέγγος, ἀλλὰ, ἥλιος καὶ σελήνη, ἢ ὥσπερ ἡ συνήθεια λέγει, ἥλιος καὶ φεγγάριον. Memorabilis omnino hic locus, quo solis in hac vita initiatis, quique, dum ea fruerentur, pie et benevole cum civibus exterisque vixerint, fato dein functis sol jucunde ac perpetuo lucere in inferis s. in beatorum apud eos campis, dicitur. Quod jam supra de eadem initiatorum sede dictum ab Hercule vidimus 155. Quomodo, non juxta Græcorum sed veterum prophetarum et ipsam dein Christi servatoris theologiam, de beatis post hanc vitam dicitur ab Esai. lx. 20. 'Non occidit ultra sol tuus, quia erit tibi Dominus Deus in lucem sempiternam:' et Matth. xiii. 43. 'Tunc justi fulgebunt, sicut sol in regno Patris eorum.' Quam in rem cæteroquin seu de initiatorum post hanc vitam et in inferis, juxta Græcorum scita, felicitate illustria sunt et hisce Aristoph. consentanea Soph. ap. Plut. de aud. Juv. poetis verba p. 21. (c. iv. p. 30.)—ὡς τρισόλβιοι | Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη | Μολῶσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ | Ζῆν ἐστι· τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. Unde ab hoc ipso Comico dicitur Pac. 374. Δεῖ γάρ μυηθῆναί με πρὶν ἢ τεθνάναι. Plato Phædon. p. 82. t. i. (c. 29.) ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμυημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα, nempe ψυχή. Adde Anthol. i. 28. ep. 3. [t. i. p. 116. Anth. Gr. ed. de Bosch. s. Crinag. ep. 30. t. ii. p. 148. Brunck.] Τῶν ἄπο κῂν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κ' εὖτ' ἂν ἵκηαι | ἐς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον. Spanh.

456. φέγγος ἱλαρόν [ut ante Inv. lectum]. Paulo ante dixit φέγγος ἱερόν quamvis et ibi a quibusdam φέγγος ἱλα-

ῥὸν jam olim lectum esse, Schol. testetur. Kust. καὶ delet Ms. et legit ἱερόν: v. Schol. ad 441. Bent. Male ita Kust. immo Schol. ad 443. docet, h. l. pro ἱλαρὸν scribi ἱερὸν, ut recte vidit Duck. Et ἱερὸν e suis reposuit Inv. καὶ om. B. Pors. ἱλαρὸν Rav. Ald. et cett. edd. Dind. ἱερὸν 1. 6. ἱλαρὸν 2. Dobr.

457-59. Hæc vulgo in quatuor versus descripta sunt. μεμυήμεθ' Elb. In Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Brub. Raph. ὅσοι μεμυήμεθ' εὐ- | σεβῆ τε διήγομεν | τρόπον περί τε ξένους κ. τ. λ. In Port. Lugd. Amst. similiter nisi quod verba καὶ τ. ἰδ. singularem versum efficiunt. Dind.

458. εὐσεβῆ τε διάγομεν [sic] τρόπον. Notabilia quoque sunt hæc verba, quibus ea Solis et jucunda quidem post hanc vitam luce soli fruituri dicuntur, qui initiati pie seu benigne et juste cum civibus juxta et exteris vixerint. Nempe quod potiori utique jure a Servatore dictum Matth. v. 7. 'Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.' Quomodo vox εὐσεβὴς eodem sensu usurpatur ab Argivorum rege ad Danaidas ad se ex Ægypto profugas ap. Æsch. Suppl. 644. πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω; ac v. 423. γενοῦ πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος, *esto juste pius s. misericors, peregrinorum curam gerens*, non *hospes*, ut postremam vocem vertit interpres: at de qua voce προξένου mox. [Præmissa sunt huic animadversioni Spanh. in ed. Kust. verba, παρά τε ξένων καὶ ἰδιωτῶν. Dind.] Quod proinde hic additur de pietate seu beneficentia, quam initiati in hac vita non cum civibus solum suis, seu conterraneis, sed cum exteris quoque s. peregrinis egerint, inde potest illustrari, quod Athenienses, diverso a Lacedæmoniis instituto, patriis sedibus seditione aut bello pulsis, et quidem auctore Solone, juxta Plutarch. in ejus vita p. 95. [cap. 24.] stabilem in urbe sua sedem et etiam jus civium concessisse dicuntur a Thucyd. i. 2. et Strab. ix. p. 393. [§ 7. p. 342. t. iii. ed. Tzschuck.], atque ita se erga eosdem beneficos et misericordes præstiterint. Unde etiam id inter eosdem Athenn. ac Lacedæmonios discrimen, quorum postremi ξενηλασίαις, *peregrinorum expulsionibus*, locum darent, non vero Athenienses, qui urbem omnibus communem exhiberent, tangit alibi idem Thucyd. ii. 39. Adde quod constituti inde fuerint Athenis, qui hospitum seu peregrinorum aliunde in urbem advenientium curam continuo gererent, et qui πρόξενοι inde, ut in Æsch. l. laud., dicebantur. Avv. 1022. ποῦ πρόξενοι; *ubi hospitum patroni?* ut bene ibi a Kust. emendatum video pro altero, quod ibi legebatur, *ubi hospites?* Πρόξενοι enim non *hospites*, sed *hospitum patroni*, et qui advenarum curam susciperent, ut docet ibidem Schol.: προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Ita Demosth. se omnium Heracleotarum πρόξενον esse dicit adv. Callim. p. 679. [p. 1237. t. ii. Reisk.] ἐγὼ δὲ προξενῶ πάντων τῶν Ἡρακλεωτῶν· mox, ἐξ ἀνάγκης γάρ ἐμοί ἐστιν ἁπάντων τῶν Ἡρακλεωτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Quomodo ab Andocide Or. iii. p. 267. [p. 91. t. iv. Orr. Gr. Reisk.] Miltiades dicitur exstitisse Athenis Lacedæmoniorum πρόξενος. Etsi ad Demosth. Midian. notat Ulpianus, quasi eligerentur demum apud Athenn. πρόξενοι, qui exciperent ab aliis urbibus Athenas missos; quod firmare insuper videtur Demosth. de Cor. [c. 25. ubi cf. Harl.] ubi legatos a Philistide missos apud Æschinem divertisse tradit, καὶ, ut addit, οἱ προξενεῖς αὐτῶν; quod tamen προξένων ap. Athenn. officium latius patuisse, docent adducta jam, quibus alia adhuc superaddi possent Atticorum auctorum loca. Verum quam in rem, veteris nempe ac celebrati Atheniensium de admittendis et in cives etiam adsciscendis peregrinis instituti, memorabilia sunt inprimis regis Servii Tullii ap. Dion. Halic. verba Arch. iii. p. 147. [c. 11. t. i. p. 436. Reisk.] ubi id Atheniensium exemplo factum a se docet, quod civitatem Romanam cum quibusvis advenis communicaret; nempe, ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον δέομεν αἰσχύνεσθαι κοινὴν ἀναδείξαντες τὴν πόλιν τοῖς βουλομένοις, ὥστε καὶ σεμνυνόμεθα ἐπὶ τούτῳ μάλιστα τῷ ἔργῳ, οὐκ αὐτοὶ τοῦ ζήλου τοῦδε ἄρξαντες, παρὰ δὲ τῆς Ἀθηναίων πόλεως τὸ παράδειγμα λαβόντες, ἧς μέγιστον κλέος ἐν Ἕλλησίν ἐστι καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα, εἰ μὴ μάλιστα, τὸ πολίτευμα. Sed audiendus adhuc ipse orator adv. Aristocr. p. 485. [p. 661. s. t. i. Reisk.] ἐγὼ νομίζω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσοι μὲν τῶν ἡμετέρων ἠθῶν τε καὶ νόμων ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι, πολῖται γενέσθαι ἐσπουδάκασιν, ἅμα τ' αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν τούτων καὶ παρ' ἡμῖν οἰκεῖν καὶ μετέχειν, ὧν ἐπεθύμησαν. Ut vel inde sat liqueat, quo jure alibi dictus modo Dionysius ii. p. 89. [c. 17. p. 270. t. i. Reisk.] Athenienses inter alios redarguat, quod ad retinendam generis nobilitatem nullos illi aut raro cives admittant. Ut mittam postremo ἰδιώτας hic opponi ξένοις, ac proinde de civibus dici, unde ap. Hes. ἰδιῶται, πο-

λῖται. Infra vero 889. ἰδιώταις θεοῖς, de diis dicitur, quos velut proprios sibique peculiares colebat Eurip. Ἰδιώτης alioquin de privato ab Atticis vulgo dictum, et ap. Demosth. adv. Aristocr. p. 412. ὃς ἂν ἄρχων ᾖ ἰδιώτης. Spanh.

459. τοὺς omissum supplet Ms. Bent. Cod. E. (quart. Reg.) habet, ut est etiam in membr. [et in Borg.] περί τε τοὺς ξένους, quæ sincera lectio est. Legendi sunt isti versiculi, ut eos exhibui in not. ad Pac. 375. [Ibi ita scripsit: μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος | καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν, | ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ- | σεβῆ τε διήγομεν τρόπον | περί τε τοὺς ξένους | καὶ τ. ἰδ. Vulgo fuit: ὅσοι μεμ. εὐ- | σεβῆ τ. διηγ. | τρόπον περί τε ξένους | κ. τ. λ.] Græculo, qui metra declaravit, quum libuisset canticum hoc in strophen et antistrophen dividere, is articulum, qui obstabat, deturbavit, licet hic salva linguæ indole non magis abesse possit, quam Eqq. 1074. Brunck. τοὺς ξένους Suid. v. ἰδιώται. (et Rav.) τε τοὺς ξ. B. τοὺς Suid. ed. Ms. sine τε v. ἰδ. Pors. τοὺς ξ. 1. 6. sine τοὺς 2. Dobr.

460. Incipit hinc act. ii. scena 1. e vulgari descriptione. Scena est in orco, ante fores ejus. Dionysus Xanthiam alloquitur, aut fortassis etiam chorum, qui solus morem domesticum poterat nosse. Dind.

462. In membr. οὑπιχώριοι, ut infra 965. οὑμοί, pro οἱ ἐπιχώριοι, οἱ ἐμοί. Per θλίψιν melius, quam per κρᾶσιν ista efferuntur et scribuntur. V. not. ad Eurip. Med. 818. Hec. 334. et ad Thesm. 158. Brunck. ὁ ὑπιχ. 1. οἱ 'πιχ. 2. Dobr.

463. Solœce vulgo διατρίψῃς. Hoc quidem facile editoribus condonari potest. Sed quis risum teneat, quum viderit, quemnam ex his verbis sensum elicuerint interpretes. Berg. post Frisch. vertit: *ne conteras, sed gusta januam, quippe qui Herculis ornatum et animum habes.* Nec aliter οὐ μὴ διατρίψῃς auctor Doctrinæ Particularum [Hoog.] p. 945., ubi ellipsin in οὐ μή, quæ nulla est, sic supplet: οὐ κοπτέον οὕτω, μὴ διατρίψῃς, *non ita pulsandum, ne confringas.* Scilicet juxta facetos illos interpretes verebatur Xanthias, ne pultando herus Plutonis foribus assulatim exitium afferret. Sed nondum pultaverat Bacchus, immo nescius, quinam apud inferos pultandi mos esset, servum ridicule percontatus est, quomodo pultare deberet: cui nugarum et moræ impatiens Xanthias respondet, οὐ μὴ διατρίψεις,—*ne tempus teras, sed aggredere januam.* Nusquam vidi διατρίβειν absolute, nec magis διατρίβειν θύραν positum pro, *januam confringere.* Sed διατρίβειν absolute significat *morari, cunctari,* i. q. στραγγεύεσθαι, κυπτάζειν, quorum verborum alterutro bene hic poëta usus fuisset, si per metrum licuisset. Nub. 131. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; ib. 509. χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν· ubi Schol. τὸ δὲ κυπτάζεις, στραγγεύῃ, διατρίβεις. An etiam Strepsiades Socratis *januam* confringere cogitabat? Sed putidum esset, huius verbi explicationi diutius immorari. Elegans est locutio γεῦσαι τῆς θύρας, quam docte illustravit Kust. Sic etiam Latini *gustare* adhibent pro *experiri, periculum facere.* Plaut. Mostell. v. 1. 15. 'Herus meus hic quidem est; gustare ejus sermonem volo.' Sequentis versus sensum male etiam reddiderat Berg. Brunck. Οὐ. μὴ διατρίψῃς Ald. Junt. i. ii. iii. Gel. Port. Lugd. Amst. Οὐ, μ. διατρίψῃς· Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. Dind. γ' ἀλλὰ 1. Dobr. Verbum γεύεσθαι ap. Græcos eleganter interdum ponitur pro *experiri, periculum facere, aggredi, tentare* etc. Uti h. l. γεῦσαι τῆς θύρας significat *tenta januam,* i. e. *pulsa* eam, prout etiam phrasin hanc interpretatur Tho. M. v. Κόπτει τὴν θύραν [p. 547. ubi v. Oudend.]. Pari metaphora dixit Soph. Antig. [1018. s. 998. ed. Erf. ubi cfrr. Musgr. et Erfurdt.] ἐμπύρων ἐγευόμην, i. e. ut Schol. ibi exponit, ἀπεπειρώμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας. Pind. etiam aliquoties hac metaphora usus est, ut docebit Schmid. ad Pyth. ix. p. 337. Kusт. [Addi potest illud Matth. xvi. 26. γεύσονται θανάτου (quod tamen ab Hebraici sermonis usu potius repetendum est. V. Vorst. Phil. Sacr. p. 718. ss. Fisch. ad Leusden. de dial. N. T. p. 149.) Hesych. γεύσει· ἀποπειράσει. Nativo vero sensu Eurip. Cycl. 149. βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ; *tibi gustandum præbeam?* Spanh.] Per synecdochen speciei pro genere *gustare* ponitur pro *tangere, experiri.* Hes. γεύσασθαι, πειράσαι, ἅψασθαι. Soph. Trach. 1099. μόχθων μυρίων ἐγευσάμην, ubi Schol. ἐπειράθην, πεῖραν ἔσχον. Pind. Nem. vi. 40. οἵτε πόνων ἐγεύσαντο, *labores attigerunt,* et Nem. iii. 67. μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται· ubi Schol. πολλῶν ἀρετῶν ἀτελῶς ἅπτεται. Berg. γεύσει—ἔχων; Elm. ad Eurip. Med. p. 251. Dind.

464. Infra 501. κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων. Berg. Sensus: et habitu et animo (fortitudine) Herculi similis. Reisk. legi maluit κοὐ τὸ λῆμ' ἔχων. Dind. λῆμμ' B. Pors.

465. Hæc dicens pultare tandem incipit Bacchus. Brunck. Dionysus fores

pulsans janitorem vocat, Æacus intus respondet. Dind.

466. Æacus est janitor Plutonis et servus. Apud Lucian. in dial. Menippi, Æaci, Pythagoræ etc. Menippus ad Æacum dicit, οἶδα ταῦτα καὶ σὲ ὅτι πυλωρεῖς. Hic in Ran. 749. introducitur tanquam servus et servili ingenio præditus. Iste h. l. aperuit ostium, Baccho pulsante: cumque audiret et ex habitu conjiceret, eum esse Herculem, qui Cerberum olim rapuerat, vehementer ipsum increpat et vult pœnas sumere. Non magis humaniter excipit deorum famulus Trygæum, cui ostium pulsanti aperuerat, Pac. 182. Berg. Ms. καὶ τολμηρὲ κἀναίσχυντε σύ: v. Pac. 181. et 361. Bent. κἀνέσχυντε Junt. ii. κἀναίσχυντε Gel. Dind. καὶ τολμ. κἀναισχ. B. Pors.

468. Ms. ἡμῖν. Bent. ἡμῖν 1. Dobr. ἐξελάσας. f. ἐξελῶν. Reisk. Causam non video. Neque enim in ἐξελάσας—ἀπῇξας est tautologia. Dind. τὸν νῦν Amst. Dind.

469. ἔχου Brub. Amst. Dind. ἀπῇξας ed. Dind.

470. ἔχει μέσος. Schol. ἀντὶ τοῦ, μέσος ἐλήφθης. Eccl. 260. μέση γὰρ οὐδέποτε ληφθήσομαι. Est metaphora ab athletis, ut Schol. ait. V. ad Nub. 1043. Berg. ubi μέσον ἔχω. Spanh. ἔχῃ Elb. ἔχε Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. ἔχει Brub. Gel. etc. Dind. ἔχει B. Pors.

471. ss. Sine dubio imitatus est Soph. in Trach. locum, quem adducam: εἶτα φοινίας [s. φοίνιος, ut Brunck.] ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο, ἐνταῦθα δὴ 'βόησε —καὶ διάδυνος σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήψατο· μάρψας ποδός νιν—ῥιπτεῖ πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτραν. Habentur ibi hæc verba 780. 789. ss. [773. 780. ss. Erf.] Berg. In prioribus versibus alius Tragici, fortassis Æsch. locus expressus est. Admodum tragica est descriptio monstrorum illorum et fluviorum, quibus aditus Baccho præcludi dicitur. De fluviis cf. Plat. Phæd. 61. c. intpp. et Heyn. Exc. ix. ad Virg. Æn. vi. Ad nova figmenta pertinent Cocyti canes circa eum errantes (περίδρομοι). Dind. Τοία Στ. Versum hunc et octo seqq. citat Suid. v. Τοία Στυγός. Kust.

472. 'Αχερ. τε σκοπ. Citat Steph. Byz. (et Suid.) v. 'Αχέρων. Kust. αἱματοσταγὴς annotatum in Bekk. Anecd. i. p. 362, 9. Dind.

474. Ἔχιδνα etc. Hydra nempe, prout moneri uno verbo a Schol. ac verti ab interprete debuit; ac prout de illa depicta in Adrasti, unius e septem Græcorum adversus Thebanos ducibus, clypeo ab Eurip. dicitur, Phœn. 1151. ἑκατὸν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν γραφῇ [γραφὴν em. Valck.] Ὕδρας ἔχων—nempe juxta Schol. ἐχιδνώδεις γὰρ ἦσαν αἱ ταύτης κεφαλαί. Unde de ea idem Tragicus Herc. Fur. 1188. ἑκατογκεφάλων βαφαῖς ὕδρας, et quæ loca haud ita pridem alibi adtuli, ubi cæteroquin eadem hydra ἑπτακέφαλος s. septiceps in priscis nummis a me ibi adductis depingitur diss. de Pr. et V. N. p. 268. s. ed. ult. Spanh. ἑκατογκέφαλος. Sic iv. Codd. recte; (et Rav.) Versum trucidat vulgatum ἑκατοντακέφαλος. Labem non senserunt editores, qui mediam in ἔχιδνα corripiebant contra prosodiæ legem. Nub. 336. πλοκάμους θ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ, πρημαινούσας τε θυέλλας. Eurip. Herc. F. 1190. Brunck. Dele ἡ vel lege ἑκατογκέφαλος. Bent. Lege ἑκατογκέφαλος. Markland. ad Eurip. Suppl. 901. hunc versum citat ob exemplum anapæsti post tribrachyn. Sed talis licentia, si Comicis, certe non Tragicis, quos hic imitatur Aristoph. permissa est. ἑκατογκέφαλος Nub. 335. ipsa metri lex requirit, ubi tamen perperam ἑκατοντακέφαλος quædam edd. — ἑκατοντακ.] sic B. Suid. τοία. Pors. ἑκατογκέφαλος jam olim Biset. V. Pors. Adv. p. 242. Dobr. Soph. Trach. 771. 777. 778. comparavit Κοραῆς ad Xenocr. p. 185. Dind. ἑκατοντακέφαλος Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. In Not. Scal. "ἑκατογκέφαλος Bis." Id. γ' 1. δ' 2. ἑκατοντακ. 1. ἑκατογκ. 2. 6. Dobr.

475. πλευμόνων. Sic bene Ald. e dialecti [V. Tho. M. et Mœr. p. 309. cum intpp. et infra ad 828. Dind.] et Comici usu. V. ad Lys. 367. Atticismum una constantem litera sæpe oblitterarunt librarii, quorum inconstantia scrupulum injicere non debet, quum aliunde constet de idiotismo. V. intpp. ad Mœr. h. v. πλεύμων ubique apud Comicum scribendum. Hic iv. Codd. in vulgari forma πνευμόνων conspirant. V. Eustath. laudatum infra ad 711. Brunck. πνευμόνων Ms. (et Vat.) et Suid. Bent. πνευμόνων B. Suid. ed. Ms. Pors. πνευμόνων Elb. Dind. πνευμ. 1. 2. sed Sch. 2. ὅτι 'Αττικῶς τὸν πνεύμονα πλεύμονα φασίν. ὡς καὶ τὸ νίτρον, λίτρον:—Dobr.

476. Ταρτησία μύραινα. Pro vipera myrænam hic dici, notat Schol. Sic Æsch. Choeph. 991. μύραινά γ' ἢ ἔχιδν' ἔφυ, idque ob traditum a veteribus viperarum cum murænis coitum, et inde murænæ interitum. [Cum echidna vipera creditur coire, de qua paulo ante loquebatur; v. Athen. vii. p. 312. Vocat autem eam Tartesiam, quia illæ in pretio erant; Poll. vi. 10. [63.] παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκιμοῦσι

μύραινα ἐκ πορθμοῦ καὶ μύραινα Ταρτησία· alludens simul, ut puto, ad vocem *Tartarus*. Berg.] ad quod adludit ibid. Æsch. et alii Tragici, Soph. Antig. 537. Eurip. Ion. 1262. Aristot. Probl. 137. Nicand. Ther. 129. Lycophr. 1014. Athen. vii. p. 312. Galen. de Ther. i, 9. aliique. Spanh. Tartesiam murænam accipio *magnam*, sicut Tartesia felis dicitur: v. Erasm. Adag. 1, 2, 70. Eurip. hic expressit, monente Schol.; sed Eurip. itidem Æsch. Choeph. 964. Hotib.

477. ἀντέρεισιν Elb.—ἡμαιτωμ. sine iota subscr. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. ἡμαι. Port. etc. Dind.

478. Γοργόνες Τιθράσιαι. Schol. h. l. Τιθράσιος, τόπος τῆς Λιβύης. Æsch. vero Prom. 792. πρὸς Γοργόνια πεδία Κισθήνης, ubi priora Schol. habent: Κισθήνη, πόλις Λιβύης ἢ Αἰθιοπίας, sequentia vero, Κισθήνη, πόλις Αἰθιοπίας. Spanh. Τίθρας est pagus Atticus, unde Τιθράσιος teste Steph. Byz. Sed mihi videtur hic etiam alludere ad v. θράσσειν, quod exponitur a Suida ταράσσειν, ἐνοχλεῖν, νύσσειν, κινεῖν, ut dicantur Τιθράσιαι, quasi θράσσουσαι. Berg. A pago Atticæ habere nomen putant Meurs. de pop. Att. et intpp. Steph. Byz. Quum veteres Gorgonas in insula Oceani collocaverint, postea in continente Libyæ quæsitæ sunt. V. Heyn. ad Apollod. ii. p. 124. s. Hinc existimatum est, in Libya etiam Tithrasiam regionem esse quærendam, cujus tamen nulla, quantum scimus, apud alios est mentio. Probabilius igitur est ad Atticum pagum alludi. Dind. Suid. γοργόνες. Pors. τιθάσιαι (ρ rub.) 1. Dobr.

479. Etiam formula δρομαῖον ὁρμᾶν πόδα, pro, *currere* ad eas arcessendas, tragica est. Discedit nunc Æacus, et a v. sequ. inchoatur secunda scena apud nonnullos. Dionysus præ anxietate, corpore incurvato, aut calcibus pedum insidens, alvum exoneravit. Zon. t. i. p. 608. Ἐγκέχοδα· διὰ φόβον τινὰ ἔχεσα [ἀπεπάτησα]. Eadem præter. (ab ἐγχέζω) forma Vesp. 626. ἐγκέκοχα Elb. Dind.

480. κάλει θεόν. Est aliqua notatione dignum, quod hic tradit Schol., in Lenæis nempe, s. Dionysiacis κατ' ἀγροὺς agonibus, a *daducho* s. *Lampadifero*, [De hoc Daducho, proximo post Hierophanten sacrorum Eleusiniorum sacerdote, v. Ste. Croix p. 137. s. Dind.] facem præferri, dicendo, κάλει θεόν, et ab audientibus clamari, Σεμελήϊ' Ἴακχε, πλουτοδότα. Quibus additur in Schol., aut vero id ad eum ritum respicere, juxta quem in sacrificiis, ubi libatum esset, acclamatum continuo illud: κάλει θεόν. Spanh. Variæ hujus formulæ prostant in scholl. interpretationes. Probabilior mihi videtur ea, quæ statuit alludi ad sacrificiorum ritum, in quibus postquam libatum fuerat, acclamari solebat: κάλει θεόν. Comice his verbis significat Bacchus, se ventris omnem proluviem effudisse. Brunck. Suspectum θεόν. Forte servi nomen latet, cujus erat sordes heri detergere. [At servus aderat.] cf. v. 551. Aut spongiam aut linteum aut simile quid imperat. Num? ἐγκέχοδ'· οὐ κάλει θεόν, *ne me deum appelles quæso.* Sed tum potius μὴ κάλει dixisset. An est servi oratio: κᾆτ' εἶ θεὸς *et tamen deum te fers!* Reisk.

481. ἀναστήσῃ Elb. et Bav. Dind.

482. ὡρακιῶ. Sic infra de Cratino, veteris comœdiæ scriptore, Pac. 703. ὡρακιάσας *deliquium animi passus*; ubi Schol. οἷα ὠχριάσας ἢ ἐκλυθεὶς (non, ut ibi ἐλκυσθεὶς, quod aliud notat) ἢ λειποψυχήσας ἢ ἀθυμήσας, adductis ibi Lycophr. et Eratosth. de eadem voce testimoniis, a quo postremo explicatur, τὸ ὑπὸ ἐκλύσεως ἐσκοτῶσθαι, ac similiter in Schol. ad h. l.; unde sat firmatur adducta voc. ἐκλυθεὶς pro ἑλκυσθεὶς in iis ad Pac. emendatio. Spanh. Mœr. ὡρακιᾶν, Ἀττικῶς· λειποψυχεῖν, Ἑλληνικῶς. Cf. duas Hes. gl. In Pac. 702. Cratinus ἀπέθανεν ὡρακιάσας. Brunck. ὡρακιῶ per lenem, 1. 2. Dobr.

483. σπογγιάν. Nempe aquosam spongiam. In Vesp. 989. ubi etiam aliquis animæ deliquium patitur: οἴμοι, ποῦ 'σθ' ὕδωρ. Berg. Laudat Suid. addens esse ex Ranis h. v. Locum non notant editores. Spongiis autem, certa quadam ratione coactis, usos esse antiquos loco καρδιοφύλακος, notat ex h. l. Lindebrog. ad Ter. Eun. iv. 7. (v. 9.) Duck. Scripserat forte Comicus σφογγιὰν ex idiotismo Atticæ dialecti, quem hic in nullo meorum Codd. observatum reperi. Sed Ach. 463. ubi vulgo legitur: δός μοι χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον, edidi ad trium Codd. fidem σφογγίῳ. Brunck. οἴσαι B. σπογγιάν. Suid. in v. Pors. οἴσαι Junt. i. Dind. οἴσαι 1. 2. Dobr.

484. Xanthias, dum porrigit spongiam, dicit ἰδοὺ λαβέ. Dind. In Ms. Vat. U. persona Xanthiæ collocatur ante verba illa ποῦ 'στιν; quod magis placet. Kust. Verbis π. 'σ. præfixa est persona *Xanthiæ*, ut erat in Ms. Vat. U. quod quidem præstare, ego etiam sentio cum Kust. Intelligitur nempe ἡ καρδία σου. Trendelenb. et Harl. Ms. πρόσθου ΞΑ. ποῦ 'στιν. Bent. πρόσθου. Hoc verbum Codd. omnes Baccho tribuunt, recte. Istud dicens famuli manum spongiam tenentem arripit,

ἕψων et ὀρνίθειον ζωμὸν *gallinam elixans* et *gallinarum jusculum* ap. Athen. viii. p. 341. Priorem vero vocem quod attinet, occurrit eadem Ach. 1004. ἀναβράττετ', ἐξοπτᾶτε, *elixate, assate,* ac Pac. 1201. juxta Florentem: *verso turdos ad coquendum,* seu *elixo,* ac Pherecrates similiter ap. Athen. vi. p. 269. κίχλαις τ' ἀναβράστοις *ferventibus turdis;* in hac autem fabula v. 561. κρέα ἀνάβραστα *elixas carnes,* sicut ap. Athen. ix. p. 384. ἀναβράστων δὲ κρεῶν μνημονεύει Ἀριστομένης. Spanh.

512. κᾆνον pro καὶ οἶνον. V. Suid. v. Κᾆνον et Etym. ead. v. ubi loci hujus mentio fit. Kust. ἔφυγε Junt. ii. iii. vitiose, tum eædem et Gel. κῷνον. Dind.

513. Scal. ΘΕ. pro ΔΙ. et delet ΘΕ. in vers. seq. Bent. εἴσειθ' B. [tum Δι. et Θε. habet, ut videtur. 513-14. Δι. et Θε. ut vulg. 1. 2. Dobr.] Pors. πάνυ καλῶς. Schol. παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, ut 509. κάλλιστ', ἐπαινῶ. Deest autem verbum ἔχει. Clearchus Comicus ap. Athen. xiv. p. 642. λάβ' ὕδωρ κατὰ χειρός. μηδαμῶς· καλῶς ἔχει. λάβ' ὦ 'γαθέ· ubi duo colloquuntur, qui jam A. et B. sunto: A. *Sume aquam lavandis manibus.* B. *Nequaquam: benigne.* A. *Sume, o bone.* Berg. ληρεῖς ἔχων οὐ γάρ σ' ἀφήσω. [ληρεῖς ἔχων. Av. 348. Attice pro ληρεῖς, ut supra φλυαρήσεις ἔχων 289. et mox adhuc 525. Spanh. Eccl. 995. μὰ τὴν Ἀφροδίτην, μὴ 'γώ σ' ἀφήσω. Berg.] Absurde hæc verba Baccho tribuuntur, quæ ab ancilla proferri, in sensum mihi nunc incurrit. Invitatus primo Xanthias lepide recusat his verbis: κάλλιστ', ἐπαινῶ. Instat ancilla: *ita me Apollo amet, ut ego te nunquam sinam abire, quandoquidem* etc. Abnuit iterum Xanthias alia formula: πάνυ καλῶς. Potestne Bacchus servo nolenti ingredi et usque recusanti dicere? *Fatuus es, non enim te amittam.* Hoc dixit ancilla, quod secundæ recusationi Xanthiæ congruit, ut superiora illa primæ: οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομ' ἀπελθόντ'· ἐπεί τοι καὶ — et: οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρὶς —. Dele itaque personam Bacchi, omniaque hæc ancillæ adscribe, sic: Θεράπαινα. ληρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. καὶ γὰρ αὐλητρὶς etc. In A. et B. eadem est quæ vulgo personarum distinctio. In meo ante ληρεῖς ἔχ. persona est Bacchi, ante καὶ γὰρ Xanthiæ. In C. ante ληρ. ἔχ. persona est Bacchi, cui omnia continuantur usque ad ὀρχηστρ. ἥβυλλ. quibus verbis præfixa est persona Ancillæ. Quis de his diversitatibus certior factus animum non inducat, editorem, qui sciat, quid quamque personam deceat, ad fabulæ œconomiam et scenæ actionem loquendi vices sæpe melius dividere posse, quam a librariis harum rerum prorsus imperitis factum est? Hæc jam scripseram, quum aliud indagans in Excerp. Scal. scilicet an lectionem edd. Aldi et Ph. Juntæ in 523. ibi enotatam Kust. reperire potuisset, forte deprehendi eandem, [Legitur ibi: "ΘΕ. ληρεῖς ἔχων. (ante καὶ γὰρ αὐλ.) ΘΕ. dele. Alii habent τοι pro σοι."] quam unice veram esse personarum distinctionem serius quam oportuerat, intellexi, ibi indicatam esse, quam, quia mihi constans insederat suspicio, aliquid hic turbatum fuisse, utique restituissem, si mihi prius in mentem venisset, Excerpta illa consulere. Stulte, quod nunc agnosco et ultro fateor, ea neglexi, quia eis usum fuisse Kusterum noveram, nec opinabar, quidquam boni in eis esse, cujus ille non meminisset. Sed mihi nondum comperta erat hominis βλακεία, quam, quum has notas scribo, singulis fere paginis demonstratam video. Brunck. In Duk. notis Burmanno editis, quas nunc primum post impressas meas inspicio, video virum illum doctissimum censuisse etiam verba ληρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφ. non Baccho sed Ancillæ tribuenda. At falli eum credo, quum ait sic in aliis esse edd. Quod ex ipsa sententia elicuit Scal. credidit *ille* ex alia quapiam edit. esse petitum. In errore, quem corrigimus, consentiunt, quas inspeximus, omnes. In præcedente nota v. 509. putabat metrum laborare, quia non meminerat ω ου poetas Atticos in unam syllabam contrahere solere, quod observavi ad Lys. 273. V. Thesm. 717. Soph. Antig. 458. Œd. T. 332. Œd. Col. 909. ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον etc. Exempla passim obvia. Id. Inv. putat hæc verba: ληρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω, quæ et ab ejus libris atque a cæteris vulgo Baccho tribuantur, inepte a Brunckio ancillæ tribui, quia sic locus omnem amitteret venustatem. Ancilla (scribit V. D.) primum a v. 502. ad v. 507. Herculem invitat. Laudat ille, non tamen se ingressurum domum promittit. Quare ancilla putans nolle eum domum ingredi a v. 507. v. 512. alia addit, quibus movere eum possit. Hactenus Hercules, sive servus ejus personam sustinens, solummodo laudarat. Neque id sine artificio est, ut videlicet Bacchus mulierculæ tam multa dicenti ob eam rem, quam ipsi vehementissime desiderabant, lepide responderet: *At, o muliercula, oppido ridicula es, quæ nos nolle perfrui tot tantisque bonis putas. Ne dubites, tecum veniamus.* Hopf. γέ νυ

Lugd. Amst. sed σοι in not. Scal. affertur. Dind.

515. μί' ἔνδον ἐσθ'. Codd., ut impressi, ἤδ' ἔνδον ἐσθ', quod absurdum est, adeo ut istud ἤδ', *hæcce*, omiserint in versione interpretes. Certissima, ni fallor, conjectura veram poëtæ manum restitui: αὐλητρὶς μία καὶ ὀρχηστρίδες δύο ἢ τρεῖς. Brunck. ἤδ' ἔνδον edd. ante Brunck. μί' ἔνδον Brunck. quod Rav. Borg.que librorum auctoritate confirmari narrat Inv. Quem de Rav. quum mendacii convicerit Bekk. credulus sit oportet qui de Borg. fidem non deneget. Recepi quæ mihi cum Seidl. communis emendatio est, ἤδη 'νδον. Ita μὴ 'νδον Thesm. 1187., ἤδη 'στὶν et ἤδη 'ξέρχεται in Pac. ἤδ' ἔνδον — Ald. et cett. edd. Dind. ἤδ' 1. 2. 6. κώργ. 1. Dobr.

516. In Ms. Vat. U. verba hæc et sequentia personis rectius, ut puto, sic assignantur: Ξανθ. πῶς λέγεις; Θε. ὀρχηστρ. Ἡβυλλ. etc. Kust. Ita Inv. auctoritate Rav. libri edidit. Vulgo ὀρχηστρίδες tribuitur, interrog. nota adjecta, Xanthiæ, et verbis Ἡβυλλ. etc. Ancillæ persona præfigitur. Dind. ἕτεραι — ὀρχ. Hic versus, propter homœoteleuton, excidit Ald. Est in Junt. i. ubi ὀρχηστρ. tribuitur etiam Xanthiæ, et ancillæ nomen sequenti versui præfigitur. Sic et Junt. ii. (ubi ὀρχιστρίδες) Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. (in qua etiam ὀρχιστρίδες;) Raph. Port. Lugd. In Junt. iii. Ven. i. ancillæ nomen omnino abest et oratio Xanthiæ continuatur. Dind.

517. ἡβυλλ. etc. Locum hunc citat Etym. v. Δορίαλλος et Suid. v. Ἡβυλλιῶσαι. Kust. Pherecrates ap. Athen. vi. p. 269. κόραι δ' ἀρτίως ἡβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι. Noster Eccl. 722. τὸν χοῖρον ἀποτετιλμέναι. Berg. αἱ γὰρ μελλόνυμφοι ἔτιλλον τὰς τρίχας ut Suid. Zon. et Schol. Cod. Rav. Dind. ἡ βαλλ. B. Pors.

518. τάτε μάχη Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Dind. τεμμάχη B. Pors.

519. ἔμελλ' B. Pors. ἀφαιρεῖν interpretantur, *foco detrahere*, aliter quam Schol., et εἰσήρετο, *intro ferebatur*. Dind. χἢ Ald. Junt. i. ii. Gel. χ' ἡ Junt. iii. etc. Dind.

520. Male Scal. φράσων. Nam Θεράποντα loquitur, non Θεράπων. ὀρχηστρίσι Ms. et Suid. in Αὐτός. Bent. ὀρχηστρίσι B. Suid. ed. Ms. v. αὐτός. Pors. ταῖς αὐλητρίσι. Virum egregium! qui pluris facit tibicinas, quam dominam ipsam, a qua illæ conductæ sunt. Berg. Unam tibicinam memoraverat famula, saltatrices vero complures, quarum ad mentionem gestire occœpit Xanthias: πῶς λέγεις; ὀρχηστρίδες; Cur modo audita tam cito conturbat? Longe melior et proculdubio vera est codicis, quem nunc versamus, (quarti Reg. s. E.) lectio: φράσον πρώτιστα ταῖς ὀρχηστρίσι. Brunck. E Rav. recepit Inv., etiam Hopf. Inv. tamen ὀρχηστρίσιν scripsit. νῦν Gel. φράσων in not. Scal. ταῖς αὐλητρίσι Ald. et cett. edd. Dind. ὀρχηστ. 1. 6. αὐλητ. 2. Dobr.

521. αὐτὸς ὡς εἰσέρχ. V. Suid. v. Αὐτὸς, ubi loci hujus meminit, et Nos ad Nub. 219. Kust. Scilicet de se, tanquam *hero*, loquitur. ἔνδοθεν οὖσ. αὐτὸς ὅτι γ' εἰσέρχ. Elb. Dind. ὅτι αὐτὸς εἰ. Ms. (et edd. Suid. in αὐτός.) ὅτ' εἰσ. B. Pors.

522. Melius forte interpungitur in nostro Cod. (Elb.) quam vulgo: ὁ παῖς ἀκολούθει, δεῦρο τὰ σκ. φ. Trend. Placuit et Hopf. Debebat tum etiam post δεῦρο comma poni. De form. ὁ παῖς ἀκολούθει Lennep. ad Phal. p. 96. dixit. Xanthias abitum parans ad Dionysum se convertit, eumque tanquam servum sequi se jubet. Sed hic eum verbis ἐπίσχες οὗτος retinet. Dind.

523. οὔ τι που. Vulgo οὔτοι που pessumdato metro, quod nemo non emendare potuisset. Tamen juxta vulgatam scripturam hunc versum profert auctor Doctrinæ Particc. loco ad 463. laudato: sed non longe infra p. 998. ubi de οὔ τι που agit, a Deuario monitus vitium agnoscit. οὔ τοι που ne quidem Græcum est. In interrogatione adhibentur plerumque istæ particulæ, quæ valent *num*. Lys. 354. οὔ τι που πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι; Conc. 329. οὔ τι που Κινησίας σου κατατετίληκέν ποθεν; ib. 372. οὔ τι που χέζεις; v. ad Nub. 1260. Hic in tribus Codd. scriptum perspicue οὔ τι που, quod reperisset etiam Kust. in edd. Ald. et Bern. Junt. si eas consuluisset. Typothetæ, ut videtur, errore excusum in ed. Phil. Junt. οὔ τοι που, unde in ceteras transiit menda, cujus immunis non est meus Cod. ex frequenti permutatione vocularum τι, τοι, τε, quæ observata fuit ad Thesm. 21. In Excerptis Scal. οὗτος, οὔτις που—operarum errore manifesto, pro οὔ τι που. Brunck. οὔ τι που etiam Reisk. conjecit. σπουδὴν ποιεῖν dicitur, qui aliquid pro serio habet, serio tractat. οὔτοι που σπ. ποεῖς Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. ποεῖς etiam Ald. Junt. i. iii. In Amst. οὔτοι. — sed ποιεῖς. Dind. οὔτοι που. οὔτι που Schol. probante Valck. ad Eurip. Phœn. 455. et ante eum Reisk.; quomodo ediderat Ald. Vulga-

tum citat Schol. ad Plut. 143. οὔτοι — ποιεῖς B. Pors. οὔτι 1. 2. ποιεῖς servant 1. 2. 6. et Schol. ad Plut. 143. in edd. et Ms. 3. nescio an et aliis. Dobr.

524. Legebatur Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα. Inutilem γε particulam amovit Elm. ad Ach. 385. qua recepimus correctione. Dind. Ἡρακλέα 'σκεύασα B. Pors. γ' servant 1. 2. Dobr.

525. οὐ μὴ φλυαρήσεις. (v. 202.) Sic bene vulgo legitur in impressis omnibus. Sic etiam scriptum in B. C. Perperam in A. D. φλυαρήσῃς. Brunck. φλυαρήσῃς Monac. Elb. et Bav. οὐ, μὴ φλυαρήσεις Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. etc. οὐ; μ. φ. Junt. ii. iii. Gel. ὁ Ξανθία Ven. i. Raph. Dind. φλυαρήσῃς B. Pors. — ρήσῃς 1. — ρήσεις 2. Dobr.

526. In C. D. ἀράμενος οἴσεις, omissa particula, quæ ad sensum minime necessaria est, quaque tanquam fulcro metrum non indiget. Nam in ἀράμενος prima longa est. Eam sane abesse mallem. Brunck. ἀράμενος οἴσεις Dawes. Misc. Crit. p. 237. π. ο. B. sine γ'. Pors. στρώματα Elb. Dind.

527. οὐ δήπου μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ. [Contra ap. Soph. in Philoct. quum Neoptolemus arcum Philoctetæ injuste ademtum redderet, Ulysses, qui id nolebat fieri, dicit v. 1227. τί λέξεις; οὔ τι που δοῦναι νοεῖς; Berg. Schol. putat, τὸ οὐ δήπου hic positum esse pro ὄντως et affirmandi vim habere: quod secus est. Nam τὸ οὐ δήπου hic revera negat, dicitque Xanthias, 'Non cogitas, ut credo, mihi rursus adimere, quæ ipsemet dedisti.' Hinc patet, delendum etiam esse in textu Græco signum interrogandi post ἔδωκας αὐτὸς, ejusque loco ponendam τελείαν στιγμήν. Kust. δήπω 1. δήπου 2. 6. Dobr. διανοῇ Elb. et Bav. διανοῇ Junt. i. Dind.

528. ποῶ [ut edd. Kust. Berg.] Ellipsi literæ ι ob metrum; sic πόει pro ποίει Thesm. 758. et ποοῦσι 389. ab ποεῖν ibid. 1184. Spanh. Restituit Brunck. ποιῶ, quod et in Elb. Bav. est. αδωκας Gel. ποῶ Ald. et cett. edd. ποιῶ etiam Elb. et Bav. Dind. ποιῶ 1. Dobr.

529. κατάθου τὸ δέρμα. Jam detrahit ei pellem leoninam. Dind.

530. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. Formula ab iis usurpata, qui sibi injuriam factam esse, alios antestantur. V. Nub. 1287. Xanthias eam injuriam diis vindicandam permittit. Dind.

531. ἀνόητον καὶ κενόν. Crat. οἴομαι μηδέν' οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν. Berg. προσδοκεῖσαι Ven. ii. Dind.

532. ὡς δοῦλος. Objicit hoc infra Xanthias Baccho, v. 588. Berg. 'Αλκμήνης ἔσει. Hic, ut modo supra partic. γε insertam exhibent membranæ, 'Αλκμήνης γ' ἔσει; tam bene uno in loco, quam in altero. Brunck. ὡς δοῦλος quidam. Scal. not. — ἔσῃ Junt. i. — Dind.

533. ἀμέλει, καλῶς, sane recte. Bebαιωτικῶς dicitur ἀμέλει, ut bene Zonar. i. p. 163. Dum dicit ἔχ' αὐτὰ permittit ei pellem leoninam et clavam, Herculis habitum (αὐτά), et ipse sarcinas tollit. Dind. ἴσως γάρ τοι —. V. Æsch. Prom. 167. Berg.

534. Male in C. θέλει. (θέλῃ 1. Dobr.) V. not. ad Plut. 1037. Brunck. θέλει Schol. sup. 461. Pors. κακῶς Elb. et pro τοι idem σοι habet. Post καλῶς non interpungitur, sed post ἀμέλει, in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. γάρ τοι divisim edd. vett. Dind.

535-41. Qui sequuntur septem versus, perperam vulgo in decem digesti sunt. Sunt in hac stropha, uti in antistropha, quæ v. 590. incipit, omnes trochaici, excepto secundo qui iambicus est. Brunck. Ex Cod. Rav. auctoritate omnes erunt trochaici dimetri vel acatal. vel catalectici modo καὶ 536. ad præcedentis v. finem ponatur ut olim, v. 539. restituatur pristinum μεταστρέφεσθαι aut μεταστρέφεσθ, cum Brunck. et 541. dividatur in duos: δεξιοῦ — ἐστι, Καὶ — Θηρ. ut 11. versus existant. Vulgo scena iii. act. ii. hinc incipit. Dind. Ταῦτα μὲν Φρ. ἀνδρ. Versum hunc et septem sequentes citat Suidas v. Ταῦτα πρὸς ἀνδρός ἐστι. Kust. Chorus hæc ad Dionysum dicit, cujus itinera per magnam terrarum orbis partem notissima sunt. (V. Vesp. 368. Eurip. Bacch. 641. et infra ad Plut. 355.) Dind.

536. πολλὰ περιπεπλευκ. Suid. v. Ταῦτα, ἀντὶ τοῦ, εἰς πάντα τετριμμένον, in omnibus exercitati, versati. Ab eadem re Ulyssem laudat Hom. princip. Od. ubi Eust. πολύτροπον παραφράζει, οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἑστῶτα οἷα γεγραμμένην εἰκόνα, respiciens, opinor, ad verba Comici 540. Duck. καὶ post φ. om. 1. non 2. 6. Dobr.

537. In membr. μετακυλινδεῖν γ' αὑτόν. Inutilem particulam non agnoscunt ceteri. Brunck. καὶ præcedenti versui addunt Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind. ἀεὶ B. Pors. ἀεὶ 1. Dobr.

538. Schol. dicit hunc locum similem esse Eurip. cuidam loco, quem etiam citat ex Alcmena, sed is nonnihil corruptus est: itaque eum describam, ut est editus in fragmentis a Barnes. [et Musgr. fr. 1. Alcm.]: οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθενελὸν εἰς τὸν εὐτυχῆ | χωροῦντα τοῖχον, τῆς δίκης σ' ἀποστερεῖν. Numquam tulissem Sthe-

nelon ego partes sequi Feliciores et tibi esse injurium. Versio metrica est. [Sch. 2. in Eurip. τὸν Σθένελον πρὸς εὐτυχῆ. Dobr.] Idem Schol. monet proverbium esse πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον φέρειν· sumtum a navigantibus, qui, quum navis forte ex una parte incipit inundari, in alteram se conferunt. Ex contrario dicitur, *in parietem caducum inclinare;* de quo videantur notæ Barn. ad prædictum locum. Berg. τὸν εὖ πρ. μᾶλλον τοῖχον. Hoc ordine [quo Brunck. edidit] collocatæ voces in membr. Vulgo, τοῖχον μᾶλλον. Adumbratum hoc, teste Schol., ex Eurip. Alcmena. Proverbium est πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν a navigantibus translatum, qui, si quando navis alterum latus fluctu deprimatur, in alterum transcurrunt, quod altius eminet. Brunck. Suid. Ms. ταῦτα πρὸς ἀ. μᾶλλόν γ' B. Pors.

539. τὸ δὲ μεταστρέφειν πρὸς τ. μ. Sic bene A. C. [pro vulg. μεταστρέφεσθαι]. In hoc gl. μεταστρέφεσθαι, quæ ab aliis librariis in textum invecta, occasionem dedit versuum divisioni, quæ vulgo recepta est, eademque pessima, ut ex antistr. apparebit. μεταστρέφειν neutraliter positum pro μεταστρέφειν ἑαυτὸν, elegans est. Brunck. Male novavit Italus, ex suo libro, extra quem nulla ipsi salus, reponens μεταστρέφεσθ' ἀεὶ pro μεταστρέφεσθαι, quod requirit versus ἀντίστοιχος 545. ubi itidem ille lapsus est. Nempe ἀεὶ quoque in istis voculis est, quas addere amant librarii et correctores. cf. Nub. 468. Hotib. Immo 594. est ἀντίστοιχος, ubi si ἀλῷς, non ἁλώσει legatur, patet hic nec μεταστρέφεσθαι, nec μεταστρέφεσθ' ἀεὶ ferri posse. μεταστρέφεσθαι (omisso ἀεὶ) Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. Dind. μεταστρέφεσθ' ἀεὶ B. (et Rav.) Suid. v. δεξιός. Om. locum Ms. -εσθ' ἀεὶ Id. ed. Ms. μαλθακώτερον. Pors. δὲ δὴ μεταστρέφειν 1. 6. Vulg. 2. Gl. μεταστρέφειν in 1. supra μετακυλ. 540. Dobr.

541. Joco hic laudatur Theramenes, quia tali sit ingenio; apud Xen. autem serio propterea vituperatur, l. ii. Hell. [c. 3. § 31. Schneid.] ubi itidem adhibetur similitudo a navigantibus, sed alio quodam modo: δεῖ δὲ, ὦ Θηράμενες, ἄνδρα τὸν ἄξιον ζῆν οὐ προάγειν μὲν δεινὸν εἶναι τοὺς ξυνόντας ἐς πράγματα, ἢν δέ τι ἀντικόπτῃ, (*si quid non ex animi sententia cesserit*) εὐθὺς μεταβάλλεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐν νηὶ διαπονεῖσθαι, ἕως ἂν ἐς οὖρον καταστῶσιν· εἰ δὲ μὴ, πῶς ἀφίκοιντο ποτέ, ἔνθα δεῖ, εἰ, ἐπειδάν τι ἀντικόπτῃ, εὐθὺς ἐς τἀναντία πλέοιεν. Berg. Notissimus in illius temporis historia Theramenes, unus e xxx. tyrannis, qui Cothurnus appellatus fuit. De eo vid. Xenophon. Brunck. Propter levitatem et mobilitatem ingenii, auram popularem captantis et securitatem suam spectantis notatur. V. Xen. Hell. i. 20. 22. 23. Conz. Ad Theramenem cothurnum. Puricellus in Monumentis Basilicæ Mediolanensis, ubi de sepulcro Bernardi, regis Italiæ, nepotis Caroli M. loquitur, "repertos ait *calceos*, tam apte presseque ad suum quemque pedem congruentes, juxta ordinem digitorum in acutum versus primorem digitum desinentes, ut calceus dexter non nisi dextro pedi, sinisterque sinistro adaptari potuisset." Reisk. Θυραμένους Junt. I. Θειραμένους Junt. II. Recte scriptum in Ald. Junt. III. etc. Dind.

542. Aliud systema octo versuum [apud Brunck.], qui perperam vulgo in decem distributi sunt. tertii στρώμασι [ut vulgo erat] Μιλησίοις non constant numeri: nam etiamsi versus esset trochaicus, στρώμασιν tamen oporteret scribere. Brunck. Versus 11. ita scribendi partim e Rav. sunt: οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ | Ξανθ. μ. δ. ὤν, ἐν | στρώμασιν Μιλησίοις | ἀνατετραμμένος, κυνῶν ὀρ- | χηστρίδ', εἶτ' ᾔτησεν ἀμίδ'; ἐ- | γὼ δὲ πρ. τ. βλέπων | τοὐ'ρεβίνθου 'δραττόμην· οὗ- | τος δ', ἅτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος | εἶδε, κᾆτ' ἐκ τῆς γνάθου, | πὺξ πατάξας μου 'ξέκοψε | τοὺς—προσθίους; Dind. οὐ γὰρ δὴ [olim vulg.] γελοῖον. Ms. Vat. U. (et Rav.) οὐ γὰρ ἂν γελ. quod metro magis [immo unice] convenit. Sunt enim versus trochaici, qui versibus præcedentis periodi et metro et numero syllabarum respondent. [Respondent potius his nostris 597. ss. inde emendandi. Dind.] Kust. Attice scribendum videtur γέλοιον, ut 6. Spanh. Intra hos tres versus 542-44. duæ remanserunt fœdissimæ mendæ. Intactas eas dimiserat Kust. [Ostenderat tamen ἂν pro δὴ reponendum esse. ἂν etiam in Rav. fuit. Dind.] et ipse, quum textum constituerem quumque deinde superiores notas scriberem, nescio qua mihi ob oculos objecta glaucoma, eas non deprehendi. Forte his diebus quum in hunc locum incidissem, quæ prius abstrusa fuerant, in superficie posita reperi. Ne diutius lectorem morer, sic scribendi hi versus: οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν | ἐν στρώμασιν Μιλησίοις | ἀνατετραμμένος, φιλῶν ὀρ- | χηστρίδ', εἶτ' ᾔτησεν— Primus versus tetrameter est trochaicus, aut esse debet, ut pari suo congruat, versui scilicet 597. sed primo pede turpiter claudicat. Præterea manifestum loci sensum non reddunt verba: 'Annon ri-

diculum erat' — immo, 'annon ridiculum esset,' ut ex vi sententiæ vertimus. Deest itaque hic partic. ἄν, quam linguæ indoles abesse non patitur. Jam videamus, quid sit in optimis vetustissimisque codd., quos rursus adii, postquam mihi in oculos incurrerunt istæ mendæ. In membr. et in C. scriptum οὐ γὰρ γέλοιον ἦν, [οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν liquido Cod. (quart. Reg. s. E.) ut emendandum esse ostendi] omisso illo δή, quod habent duo alii, sed ab imperito correctore insertum, qui versus syllabarum numero, non potestate metiebatur. A poëta est ἄν, quod jam sæpius a librariis omissum observavimus. Tertius versus dimeter est, aut saltem esse debet, trochaicus: sed tertio pede claudicat, qui pro trochæo spondeus est. Quod vulgo legitur κινῶν, [Etiam Cod. E. mendosum exhibet κινῶν, (κινῶν etiam Hopf.) superscripta cum gl. συνουσιάζων. Certum est, a poëta hoc non esse. V. not. ad Pac. 1138.] id affirmo glossema esse olim superscriptum ad declarandam vim et notionem genuinæ vocis φιλῶν. Quum enim sciret grammaticus φιλεῖν tria significare, *amare*, *osculari* et *futuere*, postrema significatione hic positum esse indicare voluit. Deinde, quod cum bona venia eorum dictum sit, qui, quomodo id fieri potuerit, non intelligunt (v. not. ad 874.), gl. in genuinæ vocis locum se intrusit. Hoc, si quid est certi, certissimum est. Ne quis autem arbitretur aliquid me novi huc adferre, Kusteri observationem subjungam iisdem quibus legitur verbis in copioso et utili indice verborum, quo editionem suam locupletavit: 'φιλεῖν honeste dicitur pro *concumbere*, pari ratione ac Gallis, *baiser une fille*.' Cujus rei in exemplum citat Conc. 910. Stupendæ, ut mihi videtur, fuisset industriæ opus, si quis tam brevi temporis spatio aliisque præterea districtus negotiis, Augiæ hoc stabulum ita perpurgasset, ut nihil antiquarum sordium remaneret. Mendæ haud paucæ, ad quas editor nullus vel interpres frontem contraxerat, acumen etiam meum fugerunt. Sed quo majorem mihi cum Comico familiaritatem affert quotidiana consuetudo, eo facilius citiusque in oculos mihi nunc incurrunt quicumque pulcherrimo in corpore supersunt nævi. Brunck. Οὐ γὰρ δὴ γελοῖον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind. δή: Lege ἦ. Bent. ἂν pro δὴ B. (V. Pors. Opp. p. 182.) Pors. γὰρ ἂν 1. 6. γὰρ δὴ 2. Dobr.

543. στρώμασιν Μιλησίοις. *Milesiæ* nempe *lanæ* olim in pretio, e quibus delicata non solum, quod in Scholl. dicitur, sed pretiosa insuper et variegata seu purpura infecta parabantur *stragula*, quod vel ex Virg. Georg. iii. 306. s. obvium: 'quamvis Milesia magno Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.' Ubi Servius: 'Lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus civitas Asiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ.' Prout infra Lys. 732. ἔρια Μιλήσια, et Cic. in Verr. i. 34. 'Numquid a Milesiis lanam abstuleris?' E quibus præstantissimis Milesiorum lanis parati apud eos pretiosi olim tapetes, lecti, stragula. Unde Critias duobus ap. Athen. locis, priori i. p. 28. [p. 105. t. i. Schw.] Εὐναῖον δὲ λέχους ἔξοχα κάλλος ἔχει Μίλητός τε — Idem Critias ap. eund. xi. p. 486. [t. iv. p. 303.] κλίνη Μιλησιουργής. *lectus Mileti factus*, præter adductum hic a Schol. Theocriti locum xv. 128. Hinc ap. Demosth. adv. Mid. [c. 37. ed. Spald. t. i. p. 558. Reisk.] voc. χλανίδας interpretatur Ulpian. χλανίδας μὲν τὰς Μιλησίας. Corinthia cæteroquin *stragula* in laude olim habita, unde commendantur ab Aristoph. ap. Athen. i. p. 27. Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου στρώματα. Spanh. ἀνατετραμμένος, i. e. *supinus jacens*. Male Frischl. *involutus*. Kust. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. στρώμασι μιλ. | ἀνατετρ. κινῶν ὀρ- | χηστρ. ε. ἐπ. ἀμίδ' (ἀμίδ' Amst.) ἐ- | γὼ — βλέπων | τοῦ 'ρεβίνθου δραττόμενον, οὐ- | τος δ' ἂν ἂν αὐτὸς πανοῦργος. Dind.

544. Lege κινῶν [et sic Brunck.] Bent. De κινῶν v. antea nott. ἀμὶς est τὸ οὐρητήριον ἀγγεῖον, Etym. M. p. 83. Zonar. i. p. 149. Sensus: 'Matulam a me posceret, afferri sibi a me juberet.' V. Brunck. ad Pac. 1138. Dind. V. Pors. Append. ad Toup. p. 488. -αμένος 1. Dobr.

lapsus, omnino erat victus: Æsch. Eumen. 592. eadem utitur metaphora, apud quem Orestes cum Eumenidibus coram judicibus, qui quum fassus esset, se matrem occidisse, Eumenidum, chorus dicit: *ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.* Ubi Schol. *ἐκπέπτωκας, cecidisti*, et addunt: *μεταφορὰ δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἳ ἐπὶ τοῖς τρισὶ πτώμασιν ὁρίζουσι τὴν ἧτταν.* Berg. Phryn. dux, Alcibiadis adversarius, ejus reditui ex exilio inprimis se opposuerat, cum Astyocho duce Spartanorum clam egerat, et quum ejus proditio Alcibiadi et ab hoc Atheniensibus esset denunciata, effugere variis artibus conabatur (v. Thuc. viii. 50. ss.) denique inprimis effecerat, ut quadringentis respublica committeretur. Quorum imperio abrogato fieri non potuit, quin multos, qui partes ipsius sequuti erant, in perniciem secum traheret. Eo referuntur, quæ sequuntur. Conz. De quatuor Phrynichis inprimisque acri Alcibiadis adversario cf. Sluiter. Lect. Andoc. p. 117. ss. *κἄν τις ἦμ.* Dind. *τι* om. B. Pors.

689. *ὀλισθοῦσι.* Manet in metaphora. Est enim *ὀλισθαίνειν* proprie *ἐκπίπτειν.* V. Zonar. ii. p. 1445. Sensus: illis, qui tum (quum oligarchicum imperium constitueretur) peccarunt, si causam exposuerint, purgare se ab olim commissis peccatis. Dind. *χρῆν* Lugd. Amst. *ὀλισθοῦσι* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

690. *λῦσαι τὰς πρότ. ἁμαρτίας.* Nempe quod jure Attico dicebatur, *τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιεῖν, ut qui infamia notati erant, ab eadem* liberarentur; ut Patroclidis decreto Athenis factum post restitutam concordiam tradit Andocides Or. i. p. 207. et 211. ac prout continuo hic sequetur: *εἶτ' ἄτιμον φημὶ χρῆναι μηδέν' εἶναι ἐν τῇ πόλει.* Sic Lysias Or. xix. p. 295. [*Δημ. καταλύσ.* t. ii. p. 132. Aug.] *ἐξαιτούμεθα μὴ ἡμᾶς ἀντὶ μὲν ἐπιτίμων ἀτίμους ποιήσετε.* Haud unum vero fuisse Athenis *ἀτίμων*, seu qui infames declarati erant genus, quum aliunde præterea, tum maxime e dicta Andocidis Orat. i. p. 208. s. [p. 35. s. Reisk.] liquere potest; ubi *ἄτιμοι τὰ σώματα, corpore infames*, tam ipsi quam eorum posteri dicuntur, quibusque ex causis, ibidem traditur; alii nempe, qui, quum publico deberent, duplum solvere tenebantur, et quorum inde facultates vænirent; alii rursus, qui bona retinerent, quique *οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν, non per omnia infames erant.* Andocidis vero interpres minus accurate alio loco oratoris illius verba de dicto Patroclidis decreto *κατὰ μὲν ψήφισμα τουτὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ἐποιήσατε* vertit: *hoc decreto inglorios gloriosos reddidistis*, pro, *iis qui infamia notati erant, integram famam reddidistis.* Quale nempe est illud hic apud Comicum, ut paullo ante diximus, *λῦσαι τὰς πρότερον ἁμαρτίας priora peccata remittere*, prout id etiam hic tangit Schol. ad 677. ipse eadem occasione emendandus, *τουτέστιν ἐπιτίμους* (quod vel superiora arguunt, non *ἀτίμους*) *ποιῆσαι τοὺς ἀτιμωθέντας*, et ubi nempe dixerat Comicus 677. *ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας, exæquare cives* oportere, demto iis, quod addit, ob priorem lapsum metu. Immo, quod infra adhuc ab eo dicitur, remittendam omnibus, qui prælio (nempe ad Arginusas) navali interfuerant, noxam, quo ita se omnes (701.) *κἀπιτίμους καὶ πολίτας et famæ restitutos et cives* esse intelligant. Spanh. Ut causæ *ἀτιμίας* variæ fuerunt, perfidia in bello, abjectio clypei, ignavia, corruptio, perjurium, adulterium, furtum etc. ita gradus diversi; capitis deminutio s. amissio omnium civilium jurium et publicatio bonorum omnis familiæ; jactura jurium civilium cum multa aut publicatione bonorum civis; amissio quorumdam jurium, translatio e nobiliori in inferiorem civium classem. Conz. *λῦσαι* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. *χῦσαι* Elb. *τὰς προτέρας* Borg. Dind.

691. *μηδέν' εἶν' ἐν τῇ πόλει.* Sic tres Codd. In membr. verbum *εἶν'* omissum. V. ad Thesm. 916. Brunck. Prava scriptura est *εἶν' ἐν.* Plene in Cod. K. *εἶναι ἐν.* Scribe *εἶναι 'ν τῇ πόλει.* Male etiam infra 794. excudi passus sum *διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε* pro *διαγωνιεῖσθαι 'φασκε.* Diphthongi ante vocalem brevem rarissime eliduntur. Id. Id solum iis, quæ modo de *ἀτίμοις* apud Athenn. adtigi, hic addam; quod, sicut haud unum dixi extitisse eorum genus, ita haud una etiam essent illi conditione: dum aliis ex eorum numero cetera quidem omnia, quæ reliquis civibus, concederentur, nisi quod in concione populi verba facere vel consulere iis non liceret; alii vero accusare neminem possent; alii non deferre; aliis vero in Hellespontum, aliis in Ioniam navigare, quibusdam forum ingredi esset interdictum, quæ singula in dicta Andocid. or. p. 209. [36. Reisk.] enarrantur. Adde, quod inter intestabiles fuerint, ut istud e Demosth. adv. Neær. observavit Petit. de Leg. Att. p. 351. [440. Wess.] Omnes vero promiscue, qui *ἄτιμοι* adhuc erant, nempe tales senatus populique Athenn. judicio declarati, neque priori famæ restituti, nullo civium loco habiti, omnique reip. administratione indigni ha-

bebantur. Quomodo etiam ab Ulpiano ad Midianum dicitur: ἄτιμοι τῆς τῶν κοινῶν ἀπολαύσεως οὐ μετεῖχον. Spanh. L. εἶναι 'ν τῇ — εἶναι plene B. Pors. φημὶ et sup. γρ. φησὶ 1. μηδὲν 2. Dobr. Hic vers. deest Elb. Dind.

693. Πλαταιᾶς pro Πλαταιέας, a Πλαταιεύς. Schol. τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι. [Hic locus est supplementum historiæ Xenoph. qui I. Hell. [vi. 24. Schneid.] de hoc negotio ita scribit de Athenn.: ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, δούλους καὶ ἐλευθέρους. Ex h. l. igitur adde, præmium propositum fuisse servis, qui bonam operam in ea expeditione navassent, si reverterentur victores, liberos fore, et Athenis eodem jure usuros, quo Platæenses, qui in civitatem pridem recepti fuerant. Palmer. p. 774.] Intelligit autem prælium ad Arginusas: Platæensibus jus civitatis fuisse Athenis constat. Berg. κἄντι Ven. I. (κἂν τι Ven. II. etc.) Dind.

694. κοὐδὲ ταῦτ' (ut Brunck. edidit) membr. bene; quum sequatur μόνα γὰρ αὐτά. Vulgo τοῦτ'. μὴ οὐ in unam syllabam coalescunt, quod non Atticis solum, sed quibusvis poëtis usitatum. V. Clark. ad Hom. Il. E'. 349. Meleager epigr. xliii. in pentametro: καὶ χαρίεις, ἵν' ἔχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν πρόφασιν. Brunck. Frischl. ego certe non possum dicere, hoc se habere sat probe; sensu prorsus contrario. Ait enim Aristoph.: neque dicere possim, hoc factum minus recte se habere. Probat nimirum et laudat factum Athenn., qui servos ob rem in pugna navali strenue gestam libertate donaverant. Kust. Vulgo τοῦτ' in utroque Inv. libro est. Hopf. μὴ καλῶς (omisso οὐ) Bav. Dind.

696. πρὸς δὲ, τούτοις—. Ita distinguo aliter, quam omnes edd., quæ comma ibi non habent, quum sit necessarium. [Id Brunck. toties in Berg. invectus, prætermittere non debebat. Verissimum enim est. Reisk. conjecit: πρὸς δὲ τούτους. Dind.] Illos cives, qui sæpe pugnassent pro patria et tamen honoribus essent exuti, opponit illis, qui quum semel tantum pugnassent et insuper fuissent servi, tamen et libertatem essent consequuti et jus civitatis, vultque dicere, minus decorum esse, quod cives et viros de repub. bene meritos ob levia peccata inclementer tractent, quum interea servos, (quamvis non plane immerito, propter utilem eorum semel navatam operam) tantis beneficiis ornent. Hæc autem subobscure dicuntur, quum oratio aliter cœpta aliter desinat; nam 692. dicebat: αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν etc.; itaque hic 696. debebat dicere: τοῖς δὲ πολλὰ δὴ—ναυμαχήσασι — μὴ παρεῖναι μίαν ξυμφορὰν [non remittere unam noxam, scil. αἰσχρόν]. Nempe in orationis cursu convertit sese ad adhortationem. Berg. ἡμᾶς Elb. Dind. ἡμᾶς, sed ὑμῶν 2. Dobr.

697. χοἰ Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. προσήκουσι Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. Dind.

698. συμφορὰν Bav.—αἰτουμένοις Ven. II. Dind. συμφοράν B. Pors.

699. ἀνέντες Rav. lib. παυσάμενοι. Hopf. Egregie Athenienses σοφωτάτους dicit φύσει. Nam a demagogis inducebantur, ut sæpe contra ingenium facerent insipide. Non minus præclara est, quæ sequitur, sententia, operam esse dandam, ut omnes homines sibi cognatos reddant. Dind.

700. συγγενεῖς B. Pors.

701. κἀπιτίμους, per prætores utique male hic verti, quivis vel e modo dictis intelligit, pro, famæ restitutos, aut, ab infamia liberos, remissa nempe iis ἀτιμίας pœna, si in eam incurrissent; ut ubique in his Comici fabulis verba et loquendi genera occurrant ex usu fori Attici desumta et ex eo proinde illustranda. Spanh. ξυνναυμάχῃ Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Dind.

702. εἰ δὲ τοῦτ' ὀγκ. Sic meus. In B. τοῦθ' in C. ταῦθ', vulgo ταῦτ'. Brunck. Debebat Inv., si constare sibi volebat, et hic ex utroque suo libro reponere vulg. ταῦτ'. ταῦτ' Ald. et cett. edd. τοῦτ' etiam Bav. ὀγκωσόμεθα Elb. Dind.— σόμεθα 1. 2. Dobr. Verbo ὀγκοῦσθαι eodem sensu pro fastu tumescere, superbire, utitur aliquoties Eurip. ut, Hecub. 623. εἶτα δὴ ὀγκούμεθα, Androm. 320. βιοτὸν ὀγκώσας μέγαν. In Ione vero pro sepeliri, 388. ὀγκωθῇ τάφῳ, condatur sepulcro: nempe prout ὀγκωτοῦ τάφου, editi tumuli vel sepulcri, mentio fit in vet. epigr. Anth. i. c. 32. ἤνυσεν ὀγκωτοῦ Πύῤῥος ὕπερθε τάφου. Spanh.

703. Constructio est: καὶ ταῦτα, τὴν πόλιν ἔχοντες etc. i. e. et præsertim quum civitas nostra in ulnis fluctuum (i. e. in summo discrimine) constituta sit. Kust. τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντες— Sic bene distinctum in meo Cod. πόλιν pendet a præced. verbo ἀποσεμνυνούμεθα, et ἔχοντες neutraliter adhibetur, ut 792. ἕξειν κατὰ χώραν. Brunck. κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Æsch. Choëph. 585. πόντιαι ἀγκάλαι, ubi interpres nullo sensu, marinæque, ulnæ, pro, maritimi sinus, ut ap. eumdem Tragicum Prom. 1018. πετραία δ'

ἀγκάλη (*petreous sinus*) σε βαστάζω. Spanh. Rempublicam comparat cum navi, in mari fluctuante, aut naufragis inter fluctus natantibus. Sic Eurip. Rhes. 246. ὅταν ᾖ δυσάλιος ἐν πελάγει καὶ σαλεύῃ πόλις. V. Soph. Œd. T. 22. Schol. dicit, ex quodam Æsch. loco id esse, quem adducit: ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Berg.

704. ὑστέρῳ χρόνῳ. Eurip. χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑστέρῳ δώσει δίκην, ex fragm. in Phryxo [v. 10.]. Æsch. Agam. 1675. ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι. Etiam ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ. Soph. Œd. Col. 607. τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ τὰ τερπνὰ πικρὰ γίνεται. Berg. τότ' [ut olim lectum] αὖθις. Ms. Vat. U. rectius: ποτ' αὖθις. Kust. Sic meus. In B. ποθ' αὖθις. Vulgo πότ' —. Brunck. τότ' Ald. etc. edd. ποτ' Elb. et Bav. Dind. Ms. ποτ' Bent. ποτ' B. Pors. ποτ' 1. Dobr.

705. Ut v. 685. vulgo præfixum erat Ἡμίχορος, ita hic Χορὸς et infra 717. Ἡμίχορος. Dobr. Ἡμίχορος præfixum est in Elb. ἀντιστροφή in Ven. i. ii. Raph. Port. (in qua supra non erat στροφὴ præmissum) Lugd. Amst. Id. ἔγωγ' 1. 6. βίαν 2. Dobr.

706. καὶ τ. 1. 6. ἢ 2. Dobr.

707. Verba νῦν ἐνοχλῶν vulgo sequenti versui adtribuuntur. πολὺν cohæret cum voc. χρόνον, quod inferius sequitur. Sensus: non diu inter nos versabitur, vivet. Dind. ὁ πίθηκος γ' οὗτος ὁ — Vulgo in alienum locum translata cum metri labe particula ὁ πιθ. οὗτός γ' ὁ—Male illa in A. C. omissa est. Brunck. [quem recentt. edd. sequuti sint]. Schol. dicit, videri hunc etiam circa remp. versatum fuisse; erit itaque populi adulator, sive uno verbo, δημοπίθηκος, ut Comicus loquitur infra 1083. Berg. De balneatore hoc Cligene, et cur a poëta fuerit notatus, parum constat. Ita scribuntur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. Οὐ πολύν, οὐδ' ὁ πίθηκος οὗτος γ' ὁ | Νῦν ἐν. Κλ. ὁ μ. γ' οὗτος, ὁ etiam Elb. Dind. Ms. γ' οὗτος. Bent. γ' om. B. Pors. γ' om. 1. 6. Dobr.

708. Κλειγήνης Junt. ii. iii. Dind. κλεισθένης B. non Suid. Pors. κλεισθένης 1. t. et sch. 6. in text. nescio an sch. κλειγ. 2. Dobr.

709. ὁπόσοι pendet ab omisso πάντων, quod ad πονηρότατος subintelligitur. κυκησίτεφρος est, *cinere permixtus ideoque adulteratus*. κρατεῖν κονίας (*pulverem tenere, obtinere*) dicuntur, qui eum tractant, qui eo utuntur. Dind.

711. ψευδονίτρου τε κονίας. Dele τε. Bent. Locum hunc citat Poll. vii. 39. Suid. v. Κλειγένης et Eustath. ad Hom. p. 488. et 1714, 62. ed. Rom. Et Suid. quidem agnoscit vulg. lectionem ψευδονίτρου. At Pollux et Eustath. dictis locis habent ψευδολίτρου per λ, quod idem significat, ut πνεύμων et πλεύμων et similia alia. Kust. Vulgo inserta copula τε, reclamante metro: eam non agnoscunt Codd. B. D. Præterea scribi debuit ψευδολίτρου. Sic enim olim fuisse in Omnibus Codd., grammaticorum testimoniis constat. Eustath. p. 488, 8. Ἀθηναῖοι γὰρ ἀντὶ τοῦ ν ἔστιν ὅτε λ τιθέασιν· ὥσπερ καὶ τὸ νίτρον καὶ ὁ πνεύμων, ἃ ἐκεῖνοι λίτρον φασὶ καὶ πλεύμονα, ὡς δηλοῖ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, ψευδολίτρου κονίας, καὶ ἐν τῷ, [supra 477.] πλευμόνων ἀνθάπτεται. Pollux vii. 39. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν πλυντικῶν καὶ τὴν κονίαν καὶ τὴν Κιμωλίαν εἶναί φησιν ἐν Βατράχοις, εἰπών, ψευδολίτρου τε κονίας καὶ Κιμωλίας γῆς. Mœris [p. 246.] λίτρον, Ἀττικῶς· νίτρον, Ἑλληνικῶς. In Thesm. ii. fragm. viii. v. 1. pro νίτρον reponendum etiam λίτρον e Ms. Cod. in quo perperam λίτραν. Brunck. ψευδολίτ. ed. Hopf. Post ψευδονίτρου addunt τε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind. ψευδομίθρου Suid. Ms. in Κλειγ. sed ψευδολίτρου in κυκησ. sed τε retinet. Pors. τε om. 2. Dobr.

712. Κιμωλίας γῆς. v. Bochart. Canaan i. 14. p. 454. et Eustath. ad Dion. Perieg. 530. Duck. Add. Hill. ad Theophr. de Lap. §. 106. p. 304. ss. vers. vernac. et Schmieder. ad eumdem Theophr. p. 73. Fuit argillæ s. cretæ pinguioris genus in litore insulæ, Cimolos, (Κίμωλος) lectæ. Dind. γῆς male Junt. i. Id. κιμωλίας B. Pors.

713. διατρίψει Elb. et pro οὐκ in eodem est οὐ. Dind. ἐκδίατρ. B. Pors. Ms. ἐνδιατρίψει: mox fo. ἰδὼν vice εἰδώς. Brunck. Borg. ἐνδιατρίψειεν ἐν χρόνον εἰδὼς, quod nihil est. Hopf. χρόνον multis verbis a πολὺν, quod est in 707. separatum, hoc in loco pæne nimia sedulitate inculcatur, in Borg. autem post verbum transpositum est. Inde colligas, a glossatore adscitum esse ad ellipsin enucliandam. Et id ita est, ut mihi videtur, versusque sic restituendus anapæsticus: ἐνδιατρίψει εἰδὼς ὅτι τάδ' οὐκ. Reisig.

715. κ' εἰρηνικὸς Elb.—κᾀ-πολυθῇ Junt. ii. iii. Gel. Dind.

716. s. ἄνευ ξύλου βαδίζειν. Locum hunc citat Suid. v. Ἄνευ ξύλου. Kust. In B. D. κἄνευ ξύλου. Melius abest copula. In exemplari, quod habeo ed. Rom. Juntæ emendavit olim nescio quis ἀπολυθῇ pro ἀποδυθῇ. Sed fefellit eum ratio.

Brunck. μαθόων vitiose Junt. I. κ' ἄ-Βεν. Dind. κἄνευ 2. Dobr.

717. πολλάκις γ' ἡμῖν. Nescio qua typothetæ aut mea oscitantia particula γε loco suo mota fuit. [Scilicet in Brunck. ed. legitur: πολλάκις ἡμῖν γ'—.] Corrige πολλάκις γ' ἡμῖν —. In C. particula prorsus omissa, ut ultima producatur ob sequentem aspirationem eadem ratione qua infra in προσῖλοῦμεν. Brunck. Hæc verba a quo proferantur, non notatur in Elb. nec in vett. edd. In Ven. I. II. Raph. Lugd. Amst. præfixum: ἀντεπίρρημα. In Port. 'Αντεπίῤῥημα ἐν στίχων κ. Dind. γ' om. B. Pors. γ' om. 1. 6. Dobr.

718. Comparatio est inter cives καλοὺς κἀγαθοὺς et τὸ ἀρχαῖον νόμισμα. Quæ debebat referri ad τὸ καινὸν χρυσίον, non apparet. Cives enim boni ac probi conferantur cum veteribus numis, non cum recentibus. Ut omnia congruant et plena sit oppositio, puto legendum: καλούς τε καὶ 'γαθούς· *mihi videtur civitas eamdem sequi rationem in civibus bonis ac malis, quam sequitur in numis veteribus et recens cusis aureis.* Duck. At ea emendatio adversatur constanti loquendi usui, neque plena oppositione est opus. Dind.

719. ἔς τε τἀρχαῖον—. Sic tres Codd. cum primariis edd. Aliæ cum Cod. C. εἴς τε τἀρχαῖον. Kust. εἴς τε τἀρχεῖον, quam mendam servavit novissima Batav. (Berg.) Brunck. Notabilia sunt hæc et seqq. Comici verba usque ad 726. τῶν πολιτῶν: quibus nempe magnum veteris ac recentis monetæ Atticæ discrimen, ac prioris præ altera præstantia et integritas tangitur: qua de re vix aliud, certe singulare adeo et expressum in Atticis, qui supersunt, scriptoribus vel monumentis testimonium exstare videas. Veterem quidem ac recentem Athenn. numum cum bonis ac malis inter eos civibus comparat, ita ut, quod in proximis mox verbis legitur, id redarguat Comicus, quod veterum numorum loco, qui omnes probi essent, sinceri, affabre cusi, immo *omnium*, quod ait, *pulcherrimi*, ac summo inde apud Græcos barbarosque in pretio, iis tamen rejectis recenter demum percussi, adulterini licet ac pessimi commatis, tum Athenis obtinerent. 'Αρχαῖον νόμισμα proinde de *prisco aureo Attico* hic dicitur; qualis vulgo, ut aliunde liquet, ac monuerunt jam veteris monetæ tractatores, Διδράχμον s. stateris etiam nomine vocabatur. [Nimirum *aureus* stater duarum drachmarum pondere fuit, sed *argenteus* tetradrachmo Attico par. V. Eckhel. Prolegg. ad doctr. num. vett. p. xl. s. Dind.] Unde, quod hic ei opponitur, καινὸν χρυσίον omnino de *recenti* id genus *aureo* explicandum liquet, qualis nempe superiori anno sub archonte Antigene, quod hic in Scholl. dicitur, cudi Athenis cœperat; neque proinde ea verba in καινὸν χαλκίον, quod conjiciebat vir eruditissimus, hic mutandum: ut ea de re mox ad 726. adhuc dicetur. Spanh. Notandum est, τὸ καινὸν χρυσίον paulo post ἐν ἀποδόσει respondere πονηροῖς χαλκίοις: unde alterutrum dicendum est, vel, per καινὸν χρυσίον Comico hic intelligi numos aureos recentiores ære mixtos, vel pro κ. χρυσ. scribendum esse, καινὸν χαλκίον. Considera rem, lector, et videbis, nodum hujus loci aliter solvi non posse. Kust. εἴς τε Port. Lugd. Amst. τὰ 'ρχαῖον Ald. Junt. II. III. Recte in Junt. I. Crat. etc. scribuntur. τἀρχεῖον Port. ἐς valet, *ad*, *quod attinet ad*. Dind.

718-9. εἰς bis B. Pors. κακοὺς 1. 2. Dobr.

720. Observandum bis positum τούτοισιν, priori loco pro ἐκείνοις esse dictum, et post hoc τούτοισιν comma ponendum, post κεκιβδηλ. autem delendum esse. Dind. οὐ κεκιβδηλευμένοις minus opportune interpres vertit per *numos, qui plumbei non sunt*, pro, *qui non sint adulterini:* quum de priscis Athenn. numis aureis iisque, quod hic dicitur, sinceris nec adulterinis agi, e superiori versu sat liqueat. *Plumbei* alioquin numi pro *vilissimis* subinde appellati, ut Plaut. Casin. ii. 3. 40. 'cui hodie homini peculi numus non sit plumbeus.' κεκιβδηλευμένοι vero haud minus ac κίβδηλοι dicti Atticis *numi adulterini*, quibus vilius aliquod metallum erat admixtum, quo sensu etiam vox illa legitur Polluc. iii. 10. 56. ubi id non e Platone solum, de Legg. l. iii. sed ex hoc Comici nostri loco illustrari insuper poterat. Ei vero opponitur ἀργύριον ἀκίβδηλον, *argentum sincerum s. non adulterinum*, apud eumdem Poll. Spanh.

722. μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι. Quales nempe exstiterint, ut hic traditur, superioribus, paullo ante quam fabulam Aristoph. docuit, temporibus veteres Athenarum numi. Prout vero χρυσὸν vel ἄργυρον κόπτειν apud Græcos, ita apud Latt. *aurum, argentum, cudere, percutere, ferire*, unde Romæ IIIVIRI s. *Triumviri*, iique toties in numis ævi Augustei signati A. A. A. F. F. *auro, ære, argento, flando, feriundo;* et in linguis vernaculis *battre la monnoye*. Quod vero hic dicuntur veteres illi Athenarum numi *soli probe percussi*, ac superiori etiam versu ἁπάντων κάλλιστοι, *omnium pulcherrimi*, idque, ut continuo hic additur, constanti apud Græ-

cos ac barbaros fama, adserenti id Comico in publico illo Atheniensium theatro fides omnis haud videtur deneganda. Quamquam id de numis illius ævi, qui supersunt adhuc magno numero, iique in omni metalli genere, aurei, [Paucissimos tamen adhuc innotuisse aureos Athenn. numos, eosque incertos, contra Spanh. observat Eckhel. Doctr. num. vet. ii. 206. idemque censet, Comicum h. l. καινῷ χρυσίῳ ironice dixisse, neque Athenienses vulgo aureis numis sed argenteis usos esse, (v. Eccles. 817.) et impugnat grammaticorum fidem, qui de aureis loquuntur. Dind.] argentei, ærei, et cujusmodi plures in tot præclaris cimeliarchiis vel museis versare mihi sæpenumero licuit, statui hodie haud possit: immo ut mirari haud semel mihi contigerit inconcinnam vulgo eorum fabricam, ac minime ad aliarum inter Græcos urbium, Siculorum maxime et Magnæ Græciæ, numorum venustatem, nullatenus ad reliquam urbis illius Græcorum principis famam civiumque elegantiam comparatam. [De artis defectu in numis Athenn. agens Eckhel. D. N. V. ii. p. 211. monet, καλλίστους non propter artem sed propter internam probitatem appellari a poëta. Dind.] Adeo ut pristinos illos tam pulchros et probe ac scite cusos omnibusque aliis præstantiores Athenn. numos nobis sequior ætas inviderit, et pro iis, quales mox depingit Comicus, recentes tum, aureos forte haud ita multos, sed argenteos æreosque plurimos, de quibus mox ait v. 725. κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι nobis reliquerit. Spanh. Borg. male κοπεισῶσι. Hopf. κωδωνισμένοις male Junt.
ὡς
II. III. Gel. Dind. ὀρθοῖς (ὡς rub.) 1. (v. Pors. ad Hec. 562.) Dobr.

723. τοῖς βαρβάροις ἁπανταχοῦ (ut Brunck. edidit). Sic meus. In C. βαρβάροις πανταχοῦ, claudicante metro: alii [etiam Inv.], ut vulgo: βαρβάροισι πανταχοῦ. Brunck. βαρβάροις B. Pors. βαρβάροις ἁπανταχαῦ Rav. Monac. Dind.

724. Citat Poll. ix. 91. Kust. χαλκίοις. [Hemst. ad Poll. ix. 6. 92. putat, ex h. l. patere, χαλκία peculiariter dicta numos aureos, quibus plurimum æris erat admixtum. Sane, quæ hic χαλκία, paulo ante dixerat χρυσίον. Jungerm. ib. n. 91. putat Pollucem, qui ibi h. l. laudat, dixisse, χαλκίον singulari numero dici ut ἀργυρίον, apud Aristoph. tamen et Eubulum dici etiam χαλκία. Duck.] Cur *ferreos*, pro, *æreos*, numos hic vertat interpres, quum *ferrei* cæteroquin non Atheniensium fuerint, sed Lacedæmoniorum, ex Lycurgi instituto, quod præter Plutarch. in ejus vit. [c. 9.] observat Porphyr. de abstin. iii. p. 250. [De eo tamen recte dubitatum est. V. Manso in lib. Sparta i. p. 162. ss. Dind.] immo quales Byzantiorum etiam fuisse tangit Comicus Nub. 637. Nisi forte inde se tueatur interpres, quod eodem sensu σιδηροῦς τ' ἀνὴρ de homine *impudente* vel *improbo* dicatur Ach. 490. ac paullo post 742. τοῖς δὲ χαλκοῖς de *hominibus* itidem *protervis* dicitur, ubi *ferreis* similiter vertit Frischl. Ut vero de vilitate Atheniensis tum monetæ præ veteri, tam ex materiæ quam ex formæ inter utramque discrimine, plenius constaret, post aureos, superiore demum anno sub archonte Antigene, eosque inconcinnos admodum nec sinceros cudi cœptos, *æreos* etiam numos, eosque *pessimi commatis* primum Athenis cusos hic memorat itidem Comicus. Inductam vero illam monetæ Atticæ minus florentibus Athenn. rebus, et recenter quidem, quod hic legimus, χθὲς καὶ πρώην, ac modo dicta arguunt, mutationem mox emendatam statuit in præclaro opere de Pecun. vet. p. 111. I. F. Gronov. Quod tamen haud brevi adeo contigisse, ex ipso hujus Comici loco, quo mox factam mutationem adstrui putat vir doctissimus, firmari potest: nempe Conc. 816. Ἀνέκραγ' ὁ κήρυξ, μὴ δέχεσθαι μηδένα χαλκοῦν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα. Actum vero hoc Ἐκκλησιαζουσῶν drama iv. Ol. xcvi. ut statuit Sam. Petit. Misc. i. 15. nec improbante Palmer. Exercc. ad Gr. auct. p. 784. archonte Athenis Demostrato, ac proinde duodecim circiter annis post editas Ranas, a. iii. Ol. xciii. archonte, ut diximus, Callia: intra quod annorum [xiii.] spatium cusos Athenis et communi usu receptos eosque pravos et adulterinos æneos numos, ex iisdem illis Comici verbis liquet. [Videntur etiam sequentibus temporibus plures ærei numi Athenis cusi esse. Hinc tanta æreorum superest copia. V. Mionnet descriptioe de Med. ant. ii. p. 111. ss. Utrum autem ex eo, de qua poëta loquitur, ætate æreus numus servatus sit, dubitari potest. v. Eckhel. l. l. p. 218. Dind.] Unde etiam paullo ante quærit Atheniensis Pheidolus v. 810. τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους ἡνίκα ἐψηφισάμεσθ'; Neque vero inde colligitur, argenteos vel aureos, qui soli, ut adducti modo duo priores Comici versus videntur arguere, deinceps recepti sint, Atheniensium numos cum priscis illis ἁπάντων καλλίστοις καὶ μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι, potuisse de præstantia et integritate contendere. Quod utique haud

comprobat, uti supra diximus, ea, quæ præstant etiamnum, veterum Atticorum numismatum, argenteorum inprimis et aureorum, penes. E quibus hactenus adnotatis, illud certe sat liquet, quod ad illud magnum, quod postea contigit, veteris ac recentis tum Athenn. monetæ discrimen plenius declarandum, viles etiam et pessimi commatis numos æreos, quum soli aurei et argentei antea Athenis iique pulchri et boni cuderentur, tum primum invectos tangat. Adde insuper, ut inde cum æreis illis ac pravis urbis Athenarum numis, viros itidem χαλκοῦς, uti eos paullo post vocat v. 729. seu *nauci vel improbos*, exactis probis et frugi civibus, in urbem adscitos, manifestius compararet. Ut proinde nihil mutandum esse in superioribus Comici verbis, nempe ut καινὸν χάλκιον pro καινὸν χρυσίον reponatur, haud negaturus sit, ut opinor, vir eruditissimus. Et hoc forte, ac præter institutum, aliquanto fusius, quo huic Comici, de magno priscæ ac recentis tum Athenn. monetæ discrimine, et singulari quidem eam in rem loco, lux aliquantum plenior adferretur. SPANH. 724-5. Suid. v. χαλκίοις. DIND.

725. χθές τε καὶ πρώην. De hac formula loquendi multa cumulavit loca Gatak. ad Marc. Antonin. x. 7. ad verba illa: πᾶν γὰρ τοῦτο ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν etc. KUST. Proverbiale de rebus nuperis et recentibus; dicitur autem fere cum contemtu. Demosth. c. Leochar. de cive novitio [p. 1093. t. ii. Reisk.] τὸν πρώην καὶ χθὲς ἐγγραφέντα. Idem de Corona [p. 270. t. i.] ὀψὲ γάρ ποτε, ὀψὲ λέγω, χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμα Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονεν· quem locum citavit Camerarius, cum aliis tribus, in Soph. Antig. ad hæc verba 462. οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε ζῇ ταῦτα. Juncus ap. Stob. (Serm. cxvi. p. 596. ed. Gesn.) σὺ δὲ ἄκουε λόγον οὐκ ἐμὸν οὐδὲ νεώτερον, ἐχθές που καὶ πρώην εὑρεθέντα καὶ μόλις εὐδοκιμήσαντα, παλαιῶν δὲ ἀνδρῶν σοφῶν τε, τεθαυμασμένον. BERG. Plut. 863. τοῦ πονηροῦ κόμματος. Ach. 516. ἀνδράρια παρακεκομμένα — παράσημα. ID. κακῷ Suid. ed. Ms. χαλκ. PORS.

726. τῶν πολιτῶν — Versum hunc et decem sequentes citat Stob. Ecl. xli. p. 241. KUST. Exstat alius, neque hic prætereundus, Comici locus, ubi insuper improbi homines adulterinorum ac pessimi commatis numorum nominibus appellantur, nempe Ach. 516. ubi veniam præfatus Dicæopolis, se de Athenarum urbe, hoc est, genuinis ejus ac præstantibus civibus non loqui, addit: ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρά, παρακεκομμένα, Ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παράξενα, *homunciones pessimi, notæ improbæ, infames, perperam signati et ignobiles*. SPANH.

727. καὶ ante δικαίους deest Elb. καὶ ante καλοὺς deest Junt. I. DIND. καλοὺς κα. (sic accent.) B. PORS. καὶ ante καλ. om. 1. 6. DOBR.

728. Stob. p. 241.=169. παλαίστρᾳ et in 734. ἀξίου γάρ: Grot. γοῦν. BENT. χοροῖσι B. PORS. Complectitur μουσικὴ omnium liberalium artium et disciplinarum orbem. v. ad Plut. 190. De musica proprie dicta, quæ cum saltatione et gymnastica exercitatione ex Solonis instituto ad educationem puerorum ingenuorum pertinebat, accepit Conz. DIND.

729. προστελοῦμεν, *procul ablegabimus*, scribi jussit Reisk. DIND. προσελοῦμεν. Lectionem hanc exhibet etiam Stob. l. l. itemque Suidas qui ad h. l. Comici proculdubio respexit, dum ait: προσελοῦμεν, ἀντὶ τοῦ προπηλακίζομεν. Est autem τὸ προσελοῦμεν a προσελεῖν, quod secundum magistros Græcos significat, *injuria et contumelia aliquem afficere*. Hes. προσέλει (lege προσελεῖ), προπηλακίζει. Etym. v. Προσέληνοι· προσουλλεῖν (lege προσελεῖν) τὸ ὑβρίζειν. His adde Schol. nostrum. Ceterum quamvis vox προσελοῦμεν auctoritatibus suis non destituatur, adversus metrum tamen contumax est, neque video, quomodo cum eo conciliari possit. Quare amplius de loco hoc cogitandum censeo. KUST. προσελοῦμεν Ms. Ald. Suid. et Stob. at Ms. unus Stob. προυγελοῦμεν: quæ vera est lectio. Hes. Προυγελεῖν. At Grot. προὐξελῶμεν: male. BENT. προσηλοῦμεν. Ita scribendum puto propter metrum et sensum. Demosth. c. Mid. [p. 549. t. i. Reisk. s. c. 29. extr. Spald.] λειποταξίου γραφὴν ἐκλελοιπέναι καὶ ἐφ' αἵματι φεύγειν καὶ μονονοὺ προσηλῶσθαι, ubi Scholia: τῷ δημοκοίνῳ παραδίδοσθαι, τῷ σταυρῷ τοῖς ἥλοις περιπήγνυσθαι, quæ posterior significatio est propria, prior synecdochica, speciei pro genere. Proprie usurpavit Plutarch. de aud. poët. (t. vi. p. 68. ed. Reisk.) τῷ τροχῷ προσηλῶσαι. Accipitur etiam latius pro, *exponere aliquem injuriæ aliorum, contumelia afficere*. Æl. epist. iii. εἰ Εὐπειθίδης ὁ Κορυδαλλεὺς ἐμαυτὸν περιόψομαι προσηλούμενον. V. et Stanl. ad Æsch. Prom. 437. Omnes autem edd. et citationes, προσελοῦμεν. BERG. προσέλοῦμεν. Gl. ὑβρίζομεν, ἀτιμάζομεν. Prima producitur vi aspirationis. V. not. ad Æsch. Prom. 438. et ad

Lys. 551. Mendose in novissima Batava προσηλοῦμεν. Versum 727. et decem sequentes excerpsit Stob. titulo περὶ πολιτείας, apud quem προσέλοῦμεν etiam legitur, perperam a Grotio Floril. p. 169. mutatum in προὐξελῶμεν. Schol. Ms. προσελεῖν, τὸ ὑβρίζειν Ἀττικοὶ φασίν. Brunck. V. Dawes. Misc. Crit. p. 162. Pors. προυσελοῦμεν edidisset Pors. quum Æsch. Prom. 441. προυσελούμενον ediderit. Ms. Stobæi et Hes. apud Bent. προυγελ. dant, mera confusione similium

σ

Γ et C vel σ. Id. προσελοῦμεν 1. 2. προυσε. 6. Id. Recte Blomfield. ad Æsch. Prometh. 447. προυσελοῦμεν. v. Kidd. ad Dawes. p. 295. προσελοῦμεν Bav. edd. Ald. Junt. i. Crat. etc. προσελθοῦμεν Junt. ii. iii. Gel. Hinc in Exc. Scal.: προσελθοῦμεν alii. πυρίοις (aut πυρίαις) Elb. Πυῤῥίαις Port. Lugd. Amst. Dind. πυῤῥίαις, *servis*, ut dicit Schol. Imponebant autem servis nomina a colore quandoque, ut *Pyrrhias, Xanthias:* aut a gente, ut *Cario, Syrus, Syra, Thratta:* aut ab officio, ut *Dromo, Sosias:* et aliunde; ut patet ex Terent., Plauto et Aristoph., apud quos omnia, quæ dixi, occurrunt. Lucian. in Tim. [c. 22. ubi omnino vid. Hemst. i. p. 132. ss.] ἢ καταπύγων οἰκέτης—ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς, Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Berg. Suid. ed. Ms. προσελοῦμεν. Pors.

730. Suid. ed. Ms. πονηροῖς. Pors. κἀκ (καὶ ἐκ) πονηρῶν. Subintelligitur participium γεγονόσιν aut οὖσιν aut simile; in Eqq. 185. μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Deinde alter: μὰ τοὺς θεοὺς εἰμ' ἐκ πονηρῶν γε. Berg. Hac forma loquendi Græci sæpe notant homines improbos. De probis e contrario: οὐ κακὸς οὐδ' ἐκ κακῶν. v. Theocr. Id. xxv. 38. Duck.

732. φαρμακοῖσιν. [Respexit huc Aristides Orr. t. ii. p. 312. 9. ed. Jebb. οἷς οὐδὲ φαρμάκοις (scrib. φαρμακοῖς) τὸ τοῦ κωμῳδιοποιοῦ χρήσαιτ' ἄν τις ῥᾳδίως. Dind.] Frischl. pessime reddidit, *unguentariis;* quum vox ea dicatur de hominibus illis, qui tanquam victimæ piaculares pro salute populi publice occidebantur: de quo ritu et more sat multa a viris doctis observata sunt, quæ hic repetere non attinet. V. saltem Vales. ad Harpocr. v. Φαρμακός, Meurs. Lect. Att. iv. 22. itemque Schol. nostrum ad Eqq. 1133. Kust. Reprehendit Isocrates illam imprudentiam Athenn. circa eligendos magistratus, de Pace [p. 204. t. ii. Auger.]: τοιούτοις συμβούλοις χρώμεθα, ὧν οὐκ ἔστιν, ὅστις οὐκ ἂν καταφρονήσειε, καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους τῶν κοινῶν ἁπάντων καθίσταμεν, οἷς οὐδεὶς ἂν τῶν ἰδίων οὐδὲν ἐπιτρέψειε. τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι. Berg. φαρμακοῖσιν. Gl. καθάρμασιν. Schol. in C. φαρμακοῖς, καθάρμασι. τοὺς γὰρ φαύλους, καὶ παρὰ τῆς φύσεως ἐπιβουλευομένους, εἰς ἀπαλλαγὴν αὐχμοῦ, ἢ λιμοῦ, ἤ τινος τῶν τοιούτων ἔθυον, οὓς ἐκάλουν καθάρματα. V. Meurs. Gr. Fer. in Θαργήλια. Imitatus est Comicus noster Eupolidem, cujus fragmenta duo opportune advocavit Berg. Prius est apud Athen. p. 425. e Fabula cui titulus Πόλεις. οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ, | νυνὶ στρατηγοὺς λεύσσομεν. ὦ πόλις, πόλις, | ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς. Alterum est apud Stob. Floril. Grotii p. 163. καὶ μὴν ἐγὼ, πολλῶν παρόντων, οὐκ ἔχω τί λέξω· | οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ, τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν. | ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες, | ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ | ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι, | οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν. | ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν. νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν, | στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι ΚΑΘΑΡΜΑΤΑ στρατηγούς. Καθάρματα Eupolidi idem est quod Comico nostro φαρμακοί. Est autem illud Eupolidis fragmentum pars parabasis, in qua loquebatur ad spectatores conversus Chorus e senibus constans, unde v. 3. pro vulgato ὦ γέροντες, lego ἡμεῖς—οἱ γέροντες. Grotii versionem subjiciam. 'Ex multis quæ dicenda sunt non video unde incipiam. | Adeo hanc videre civitatem nequeo sine dolore. | Nos, ô senes, rempublicam non talem habuimus olim: | sed imperatores erant ducesque civitati | de gentibus primoribus, deque eminente censu, | quos venerabamur ut deos: et erant dei profecto. | Ita res secura tum stetit. Nunc, sicubi militandum est, | præficimus bello et copiis homines piaculares.' Brunck.

733. ἀλλὰ καὶ νῦν — Similiter Eupolis et eodem carminis genere ap. Stob. Serm. iv. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε πάντες, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους· μὴ φθονεῖτε etc. Berg. ἀλλὰ νῦν (sine καὶ) Rav. Bav. Dind.

734. Locus hic male ab interprete Latino acceptus est; quem sic scribendum et interpretandum esse ratio suadet: χρῆσθε τοῖς χρηστοῖσιν αὖθις, καὶ κατορθώσασι πρίν. | Εὔλογον γὰρ κἄν σφαλῆτ', ἐξ ἀξίου γοῦν etc. *Utimini rursus viris bonis*

et qui antea rem bene gesserunt. Laudabile enim id est, etiamsi (ducibus illis) offendatis. Namque a digno saltem ligno (i. e. a dignis et laudandis viris), *si quid patiamini, pati sapientibus videbimini.* Nimirum malum aliquando auctoris gloria reddit levius, licetque interdum dicere cum Acheloo, qui ap. Ovid. init. l. ix. Metam. [5. ss.] pugnam suam cum Hercule, a quo victus erat, commemorans, ait:—*nec tam Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum: Magnaque dat nobis tantus solatia victor.* Kust.

735. Ms. σφαλεῖτ'. Bent. του ξύλου. Perperam vulgo τοῦ. Hic posita illa vocula pro indefinito τινος. Allusio est ad proverbium: ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι, i. e. *si pereundum est, saltem decore perire oportet.* Hoc est, quod ait Nicias Eqq. initio: κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν· ἀλλὰ σκόπει ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα. Brunck. ἄξιον γὰρ τοῦ ξύλου Stob. τοῦ ξύλου Junt. ii. iii. Ven. i. ii. Wech. etiam Port. (του Brub. Dind. κἂν τε Suid. ἄξιον. (edd. Med. Kust.) κἄν τις Ms. σφαλεῖτ' B. κἂν gl. B. [ad γοῦν, scil.] δὴ Suid. Ms. [v. ἄξ.] γοῦν Suid. ed. v. κἄν τι. Locum om. Ms. Pors. τις 1. Dobr.

737. Ms. Αἰακ.: sed ex alia manu Δοῦλος Αἰακ.: et sic deinceps. Bent. Æacus in scenam redit cum Xanthia, quorum e colloquio percipiunt spectatores, quid in' ædibus Plutonis actum fuerit, et præparatur nova dramatis constitutio. Codd. aliquot pro persona *Æaci* habent *Famulum*. Inde est, quod in recensione fabulæ personarum conspicitur vulgo Οἰκέτης, qui cum Æaco unus et idem est. In B. D. recte ubique adscripta est persona Αἰακός: in C. primo loco Οἰκέτης Αἰακοῦ, postea semper Οἰκέτης, in membr. modo Αἰακός, modo οἰκέτης, et perturbatæ admodum personæ. —ʹκ—κοῦ Brunck. δου αι· B. bis. et postea aliq. [aliquoties.] sed δοῦλος videtur a m. rec. Pors. Αἰακὸς semper 1. 2. Dobr.

738. γὰρ om. B. Pors.

739. Attici post ὃς et ὅστις particulam γε emphaseos gratia addere solent. Pors. præf. ad Eurip. i. p. liv. ed. Lips. βινεῖν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. Dind.

740. τὸ δὲ μὴ πατάξαι—Ellipsis: subintelligitur πῶς οὐ θαυμαστὸν aut simile. In Avv. 5. τὸ δ' ἐμὲ κορώνῃ πειθόμενον—περιελθεῖν. v. ad Plut. 593. Berg. ἐξελεγχθέντ'. Sic membr. [et uterque Cod. Inv.] Vulgo ἐξελέγξαντ'. Brunck. Pro πατάξαι σ' in Elb. πατάξας — ἐξελέγξαντ' Ald. et cett. edd. ἐξελεγχθέντ' Rav. Borg. Dind. ἐλεγχέντ' pro ἐξελέγξαντ' B. [Lege, "ἐλεγχθέντ' B." Ita Pors. sed nil de præpositione omissa notat lib. Ask. Dobr.] Pors. ἐξελεχθέντ' 1. ἐξενεχθέντ' 6. Vulg. 2. Dobr.

741. γ' ἂν primo 2. Dobr.

742. ᾤμωζε. Perperam vulgo οἴμωζε, omisso augmento nec observata temporum ratione. ᾤμωζε ἂν valet, *ploraret*: ᾤμωξε ἄν, *plorasset*, quod sententia hic flagitat. Brunck. Quod pro imperfecto aoristum dederim, id non sine auctoritate factum. In meo cod. perspicue scriptum οἴμωξε, quod monitum oportebat. Id. οἴμωζε. Ita Edd. Opportebat ᾤμωζε. Berg. Inv. dedit οἴμωζε, neque recte obloquutus est Brunck. quod ad augmentum attinet. οἴμωζε bis scriptum in Schol. libri Pogg. οἴμωζε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. Wech. Gel. etc. οἴμοζε Ven. ii. οἴμοζε Bav. (Monac.) Dind. Lege ᾨμωζε—Pors.

744. ἐποπτεύειν δοκῶ. Juxta interpretem, *prætor aliquis mihi videor;* quum ad litteram fere vertere potuisset: *summum mysteriorum finem adsequutus mihi videor.* Pro nota nempe verbi ἐποπτεύειν ac vocis ἐποπτείας et ἐπόπτου in Eleusiniis apud Athenn. mysteriis significatione, juxta quam ap. Plut. dicitur Symp. l. viii. [probl. 2. t. viii. p. 867. Reisk.] τέλος ἐποπτεία τελετῆς. Quo loco non repetam, quæ de variis in mysteriis Eleusiniis gradibus, καθάρσει s. *purificatione, initiatione*, primo in minoribus mysteriis, et in majoribus dein, postremo in *sacrorum arcanorum inspectione* s. ἐποπτείᾳ, ut summi tum boni fruitione, a Scal. de emend. temp. v. p. 419. Casaub. ad Athen. p. 446. ac plenius adhuc et accuratius a Petavio, de quo monuit jam Kust. [not. ad Schol.], ad Themist. p. 411. ac Ism. Bullialdo ad Theon. p. 215. sunt observata. Unde varii etiam illi sacrorum Eleusiniorum ministri vel antistites ap. Plut. in Alcib. p. 202. [c. 22.] enumerati, ἱεροφάντης, δᾳδοῦχοι, κήρυκες, μύσται καὶ ἐπόπται. Neque enim quivis mystæ seu qui majoribus illis mysteriis erant initiati, quod vel a Symmacho in his Schol. dicitur, continuo erant vel dicebantur ἐπόπται, sed qui altero, a quo erant initiati anno, ad eadem arcana mysteria inspicienda erant admissi, ac verbum ἐποπτεύειν, ut h. l. eam in rem usurpatum. Quo sensu idem etiam est a Juliano imp. adhibitum, Or. vii. p. 237. ed. ult. de Pythagora, qui in Ægyptum sit profectus et Persas viderit καὶ παντα-

χοῦ πάντα τὰ μυστήρια τῶν θεῶν ἐποπτεῦσαι καὶ τελεσθῆναι παντοίας πανταχοῦ τελετάς. [Casaub. in Athen. vi. 151. p. 447. "Ultima meta τῆς μυήσεως erat fieri *epoptam* et *ephorum*: quare ἐποπτεύειν proverbii instar de *fruitione summi boni* dicitur. Arist. Ran. cet. Quæ de tempore, quod inter μύησιν et ἐποπτείαν intererat, ibidem disputat Casaub., refelluntur a Salmas. ad Hist. Aug. i. p. 119. ss. Add. Petit. ad Leg. Att. p. 30. [99. ss. ed. Wess.] Duck. Diversis temporibus varia observabantur annorum spatia inter μύησιν et ἐποπτείαν, v. St. Croix p. 183. s. et 211. s. Incidit ἐποπτεία in diem 20. s. 21. Boëdromionis. Dind.] Eodem ceteroquin verbo ἐποπτεύειν quum pro *inspicere* usus est in genere Æsch. ut de Cassandra Agam. 1249. ac de sole ὁ πάντα ἐποπτεύων Choëph. 985. tum etiam pro *respicere quid*, et *attentius observare*, ejusd. dram. v. 1. Ἑρμῆ χθόνιε, τὰ πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη. Sic ap. eumdem Tragicum Prom. 299. ἥκεις ἐπόπτης, *venisti inspector* hujus atrocis meæ calamitatis: alibi vero ἐποπτῆρες de diis, qui exaudiunt preces mortalium, Sept. C. Th. 647. ἐποπτῆρες λιτῶν, ubi Schol. ἐποπτῆρες, ἐξακουσταί, πληρωταί, et quo sensu θεοὶ ἐπόψιοι a Soph. dicuntur Philoct. 1014. et Jupiter ἐπόψιος similiter a Callim. h. in Jov. 82. et Apoll. Rh. ii. 1124. Spanh. Plus erat epoptam esse in sacris initiationum quam mystam; quum ergo mystæ sint beati, epoptæ multo magis. Berg. μάλα γ' ἐποπτ. δοκῶ. Sic quidem in duobus Codd. scriptum esse video, sed perperam et e librarii conjectura. In membr. et in Cod. cui nunc conferendo operam do (E.), scriptum est: μάλ' ἐποπτεύειν δοκῶ. Omissum hic fuit καί, ut mox 750. ubi repositum fuit e membr. Quomodo hæc exhibeat Cod. C., non recordor: penes me jamdudum desiit esse. Brunck. μάλλ. ἐποπτεύειν Rav. μάλιστ' ἐποπτεύειν Borg. V. ad Avv. 109. χαίρεις ἱκετεύων. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. "ἱκετεύω, ut in textu." Exc. Scal. Dind. Lege μ' ἀλλὰ. v. 103. et sic in 750. Bent. Lege μή, 'λλ' ἐποπτεύειν ex Symmacho apud Schol. — μάλ' ἐ. B. [ἱκετεύων edd. Bas. et Wechel. tacentibus de B. Pors. et collatore Ask. Dobr.] Pors. ἱκετεύω 1. -ων 2. μάλ' 1. μάλα γ' 2. Dobr.

745. δεσπότη μου B. Pors. Borg. incuria librariorum τὸν δεσπότην. Hopf.

746. τονθορύζων. Sic Vesp. 608. τονθορύσας, *murmurans*. Exstant Pherecratis Athen. Comici versus apud Poll. vi. 58. et Athen. vi. p. 268. in quibus τονθορυγοῦντες, nulla facta a viris eruditis ad Pollucem hujus verbi τονθορύζειν gemino apud Comicum nostrum loco mentione. Cui accedit Oppian. de elephantis Cyneg. ii. 541. φθογγὴν δ' ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθορύζοντες, quæ est genuina lectio hujus verbi, quam hic etiam adderit Comici Schol. Spanh. Ms. τονθορύζειν. Bent. τονθυρίζων B. Pors. τονθορίζων 1. t. et Sch. -ύζων 2. Dobr.

747. ἀπῄς (ut olim lectum). Scribe ἀπίῃς θύραζε, ab ἄπειμι, *abeo*. Kust. Sic bene Kust. in not. V. ad Thesm. 944. Brunck. τοῦθ' Rav. (τοῦδ' Borg.) ἀπῄς θύρ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind. ἀπῇς 1. 2. 3. Dobr.

748. πολλὰ πράττων. Male gl. in Cod. meo πάσχων. πολλὰ πράττειν, πολυπραγμονεῖν, *male curiosum esse*, de eo dicitur, qui se negotiis immiscet, quæ ad eum non spectant. Pac. 1058. πολλὰ πράττεις, ὅστις εἶ, *magnus es ardelio, quisquis es*. Brunck. Ad ὡς μὰ Δί' etc. repetendum χαίρω: *ita lætor, ut nulla alia re me lætari scio*. Ad postrema Reisk.: f. οὐδὲν ἄλλ' (i. e. ἄλλο) ἐγὼ sc. ἥδομαι. Dind.

749. Fratrum est, invocare Jovem ὁμόγνιον. Schol. Eurip. Hec. 346. Berg.

750. Ms. Vat. U. rectius ὅτ' ἂν (pro ὅταν) λαλῶσι. Kust. Sic recte A. C. [et Inv. Codd.] Vulgo ὅταν λαλῶσι. Membr. καὶ μάλα πλεῖν. Vulgo μάλα γε πλεῖν. In C. utraque particula omissa et καὶ et γε. Brunck. Perperam Cod. E. hunc versum exhibet: ὅταν λαλῶσι;— μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι. Vides καὶ hic etiam male omissum fuisse, ut in C. Sinceram optimamque lectionem dederunt membranæ, ad quem modum similes aliis in locis librariorum errores corrigendi sunt. Id. μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι, i. e. *insanum in modum*. Phrasis hæc legitur etiam supra 103. Ceterum Ms. Vat. hic habet: καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι, prout legitur etiam supra loco laudato. Kust. Qui vehementer gaudent, illi quasi insaniunt. Eurip. Cycl. 463. ἰοὺ ἰού· γέγηθα, μαινόμεσθα τοῖς εὑρήμασι. Comicus paulo post (775.): ὑπερεμάνησαν. Berg. ὅταν λαλῶσι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. μάλα γε πλεῖν (sine καὶ) Rav. Ald. Borg. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. (v. Avv. 109.) Dind. γε om. 1. 6. non 2. πλὴν (sic) 2. 6. Dobr. μάλα γε πλεῖν ἢ μαίνομαι. Lege (deleto γε) μή, 'λλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι. V. supra 103. 684. 757. γε om. B. Pors.

751-2. τοῖς θύραζε. Gl. τοῖς ἐκτός. Subauditur οὖσι. Vides θύραζε hic *foris* significare, nec verbo jungi motum ad locum significanti. Cfr. not. ad Thesm.

69. Brunck. ἐγώ, μὰ Δί', ἀλλ'—prave ista sunt distincta, prave etiam Latine conversa. Excudi debuit: ἐγώ; μὰ Δί', ἀλλ'—. Refertur μὰ Δία ad id, quod tacite negatur. Elliptica est phrasis, ad hunc modum supplenda: οὐ μὰ Δία χαίρω μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὅταν δρῶ τοῦτο, ἐκμιαίνομαι. Verterim: *egone? non gaudeo modo, quando hoc facio, sed mehercle semen etiam emittere mihi videor.* Brunck. Postrema sic Reisk. correxit: τουτοὶ κἀκμιαίνομαι. Pro καταλαλῶν in Elb. est simplex λαλῶν. καταλαλεῖν ex Aristoph. affert Pollux ii. 125.: ex perdita Aristoph. fabula Γῆρᾳ Antiatt. Bekk. p. 102, 15. Dind.

752. Citat Phot. Μιαίνεσθαι. Bent. κἀκμιαίνομαι. Gl. ἀποσπερματίζω. ἁγνισμὸν λογίζομαι. Brunck.

753. ἔμβαλέ μοι τὴν δεξιὰν—Soph. Trach. 1179. ἔμβαλλε χεῖρα δεξιὰν πρώτιστά μοι. Noster Vesp. 550. ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρα. Diphilus ap. Athen. p. 292. τὴν δεξιὰν ἐνέβαλον. Soph. Œd. Col. 1126. aliter: καί μοι χέρ' ὦ 'ναξ δεξιὰν ὄρεξον, ὡς ψαύσω φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα. Berg.

754. κἀμοί. Vulgo καί μοι. (sic Rav.) Illud magis ex usu Atticorum poëtarum. Brunck. Confirmavit Cod. Borg. καί μοι φράσον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

755. ὁμομαστιγίας. Verbero verberonem obsecrat per Jovem converberonem, ut frater fratrem oraret per Jovem ὁμόγνιον, sodalis sodalem per ἑταιρεῖον. Berg.

756. οὗνδον. Sic cum primariis edd. B. D. In C. οὗνδον. Perperam Kust. ὁ ἔνδον. In membr. ὁ 'νδον. Brunck. οὗνδον. Sic et Ald. male ed. Kust. ὁ ἔνδον. Pors. χ' ἡ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Correxit Wech. θόρυβος καὶ χἠ β. Brub. καὶ βοὴ Rav. Dind. χ' ἡ βοὴ Borg. Hopf.

757. λοιδορισμός. Vocem hanc a puriore Atticismo abhorrere notat Tho. M. [p. 581. ubi v. Intpp.], ejusque loco λοιδορίαν dicendum esse pronunciat. Sed possumus ipsi observatiunculæ hujus facile gratiam facere, quum neminem fore putem, qui judicium magistelli hujus auctoritati Arist. præferendum censeat. Kust. λοιδορησμός. Ita edd. Ald. Juntæ, Farr. et Brub., non λοιδορισμός. Tale est ὀρχησμὸς et μελλησμός. V. ad Alciphr. p. 87. a. [121. ed. Wagn. ad i. 22.]. Berg. Sic tres Codd. cum primariis edd. Perperam Kust. λοιδορισμὸς, quæ prava est etiam cod. mei scriptura et Tho. Mag., cujus observationem hic ipse locus refellit. In hujus formæ verbalibus sæpe peccarunt librarii pro η scribendo ι. V. quæ notavi ad Æsch. S. C. Th. 563. Brunck. καὶ εὑρ. B. Pors. et λοιδορησμὸς habet ut videtur. Dobr. λοιδορησμός defendit Barker. ad Steph. Thes. vol. i. part. iii. p. 81. not. 5. Dind. λοιδορησμὸς etiam Ald. Junt. i. χῴλοιδορησμὸς Junt. ii. iii. Gel. χῴλοιδορησμὸς Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. χὠ λοιδορησμὸς Brub. χῴ λοιδορισμὸς Port. Lugd. Amst. Id. αἰσχύλου κεὐριπίδην (sic) 1. Dobr.

758. Ms. et Ald. πρᾶγμα πρᾶγμα: mox γὰρ omittit Ms. Bent. In Kust. ed. sic legitur hic versus: Ξα. ἆ. Αἰακ. πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα, uno deficiente pede. Quod librariis sæpe contigisse jam plus semel observavi, ut vocem bis ab auctore positam semel tantum scriberent, eamdem hic admiserunt culpam operæ in officina Wecheli, ubi primum sic excusus hic versus. Inde in Frob. ed. et aliquot deinceps alias transiit menda. In minoribus tamen Batavis, ut in quinque primariis, recte excusum fuit: ἆ.—πρᾶγμα, πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα. Sunt igitur edd. ad minimum septem, e quibus Kust. hunc versum restituere poterat: nec conjecturis opus erat, nec Vat. Cod. [Est versus mutilus, quem Ms. Vat. sic exhibet: Ξα. Ἆ πρᾶγμα, πρᾶγμα. Αι. μέγα κεκίνηται πάνυ. Recte, si numeros spectes. At quod ad personas attinet, malo cum edd. vulgg. solam tantum exclamationem Ἆ Xanthiæ tribuere, reliqua vero Æaco, ad hunc modum: Ξα. Ἆ. Αἰ. πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίνηται πάνυ. Kust. Etiam in Elb. πρᾶγμα bis ponitur. Idem bis legi in ed. Farr. in cett. edd. semel, mutilo versu, animadvertit etiam Berg. Dind.] Consentit Cod. meus vett. editionibus. Alii varias contraxerunt labes. In membr. αἰ.—πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίνηται πάνυ. In C. totus versus Xanthiæ tributus sic legitur: ὦ πρᾶγμα πρᾶγμα σφόδρα κεκίνηται μέγα. In B. male distinctis personis et mutilo versu: ὦ πρᾶγμα πρᾶγμα.—κεκίνηται μέγα. Brunck. Ex hac varietate, a qua etiam Borg. discrepat, intelligitur jam olim hæc non uno modo interpolata esse. Interim placet duorum vocabb. repetitio, quam ex Rav. recepit Inv. ἆ.—πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίν., μέγα, ἰ. τ. ν., utpote animo vehementer commoto congrua. Borg. ἆ.—πρ. πρ. γὰρ σφόδρα μέγα κεκ. Dind. πρᾶγμα, πρᾶγμα γὰρ κεκίν. μέγα Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Semel tantum πρᾶγμα habent Wech. Gel. Port. et seqq. πρᾶγμα etiam in Elb. bis scriptum. Id. Ξ. ἆ, πρᾶγμα, πρᾶγμα. Αἰ. μέγα κεκίνηται πάνυ Ms. Vat. Lege ex edit. Ald. Ξ. ἆ. Αἰ. πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ

κεκίνηται μέγα. πρ. πρᾶγμα κ. μέγα (om. γὰρ) B. Pors. Δι. ἆ. Ἱερεύς. πρ. 6. cetera ut vulg. 1. 2. 6. Dobr.

759. νεκροῖς Elb. et Bav. Dind. πάνυ πολλὴ B. Pors.

760. ἐκ τοῦ; *Quare.* Markland. ad Eurip. Suppl. 131. Pors. τὶς edd. vett. Dind.

761. ὁπόσαι μεγάλαι membr. Vulgo ὅσαι μ. Brunck. qui recepit. Sed non placent duo anapæsti, deinceps positi. Dind. ὅσαι Borg. et Rav. Hopf.

762. ξυντέχνων, quod nulla auctoritate reposueram (pro συντ.), exhibet Cod. E. Attica litera. Brunck. Ms. ξυντυχόν: et mox κατῆλθ'. Bent. συντέχνων Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind. ξυντ. B. Pors. ξυντ. 1. Dobr.

763. ἐν Πρυτανείῳ. Nempe ut apud superos Athenis. Berg. Lex erat Athenis: τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντέχνων σίτησιν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν καὶ προεδρίαν. Conz.

764. θρόνον—λαμβάνειν, i. e. *juxta*, vel *proxime, Plutonem sedem capere;* non, ut Frischl. *solio Plutonis deinceps insideat.* Kust. θρόνου Elb. Dind. τότε δὴ B. Pors. τε 1. 2. Dobr.

766. τότε δὴ 1. τότε δὲ 2. Dobr.

23. καγαθιζομένας [ut vulgo legitur]. Biset. τὸ ἀγαθιζομένας hic exponit ἀγαθὰ λεγούσας. At Palmer. vocem hanc deductam putat ab ἀγαθὶς, *glomus*; putans scilicet locum hunc sic interpretandum esse: *Oportet meretrices, etiam cum glomerant, latere.* Sed neutra interpretatio mihi probatur. Non viderunt enim vocem illam mendo laborare, ejusque loco scribendum esse, ἐγκαθιζομένας, ut recte conjecit Magnus Scal. Sic infra 98. ἣν δ' ἐγκαθιζώμεσθα πρότεραι, etc. V. etiam Fabrum ad h. l. Kust., cujus notam repetens Berg. hæc addit "vertendum itaque: *oportet meretrices, etiam cum in medio sedent, latere.* Nempe ut meretrices inter matronas sedentes sæpe fallunt, et pro matronis etiam habentur; ita nos etiam oportet clam inter viros sedere ornatas habitu virili. Alludere autem videtur ad dictum aliquod Sphyromachi illius: aut potius decretum quoddam ejus aliorsum torquet; ut infra 1085. Canoni Psephisma. Schol. monet legi etiam Κλεόμαχος aitque Cleomachum fuisse Histrionem Tragicum. et irrisum esse, quia in dramate aliquo inepte quiddam et κακεμφάτως pronunciaverit; forte eo respexerit Comicus. Ut in Ran. 303. ubi de Eurip. Histrione: ἔξεστι δ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν, ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. quamvis autem Edd. et Schol. consentiant in Σφυρόμαχος, tamen mallem Φυρόμαχος." Berg. Nititur, ni fallor, hæc conjectura locis Athen. ubi Phyromachi nomen exstat, t. ii. p. 127., t. iii. p. 264., ad quem locum Coray ap. Schw. Not. t. iv. p. 559., in eandem cum Berg. suspicionem incidens, "Forsan idem qui apud Aristoph. Conc. 22. vocatur Σφυρόμαχος." denique t. iv. p. 14. Dind. ἐγκαθιζομένας λαθεῖν, idem est quod ἐγκαθίζεσθαι λάθρα, Thesm. 184. Sic recte emendasse videtur Scal. In Codd. scriptum: δεῖ τὰς ἑταίρας καθαγιαζομένας πως λαθεῖν. Ald. edidit δεῖ τὰς ἑταίρας καθαγιζομένας [imo κἀγαθιζομένας.] λαθεῖν, quæ lectio per ceteras deinceps edd. propagata fuit. Brunck. Codd. fere καθαγιαζομένας, Rav. δεῖ τὰς ἑταίρας πῶς κωλαθιζομένας λαθεῖν. Faber conjecit δεῖν et λαβεῖν, quæ vera puto, commate posito post ἔτι, legendumque adeo esse: — — καταλαβεῖν ἡμᾶς ἕδρας, | ἃς Σφυρόμαχος ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι, | δεῖν τὰς ἑταίρας πως καθαγιζομένας λαβεῖν. καθαγιζομένας (ἕδρας), sacrificio quasi consecratas, tanquam templum; quod ridiculum in personis turpioribus. Nescio, quid displicuerit hæc lectio viris doctis. Hotib. Lege κἀγκαθ — vel δεῖν — κἀγαθιζομένας; v. Hes. et Etym. Ἀγαθιζομένη. Bent. πῶς κἀγαθιζομένας Ms. Monac. Dobr. Eadem hæc omnia laborant difficultate. Nam cur Praxagora se reliquasque mulieres vel comparet cum ἑταίραις, vel eas se sedes occupaturas esse dicat, quas Sphyromachus ἑταίραις assignaverit, intelligi plane non potest. Tenendum equidem puto Scal. ἐγκαθιζομένας, idque multo graviorem quam Scal. auctoritatem habet ab Schol. ad. v. 1., quam rem editores solita negligentia prætervideruut. Ex quo duo lucramur: ἐγκαθιζομένας et πῶς vel πως, quod præterea utriusque Cod. Paris. et Rav. auctoritate confirmatur, ut repudiari nequeat. unde enim illatum dicas? Quæ si vere dixi, necesse est ἑταῖραι ejiciantur. Hermanni emendationem ἑτέρας (scil. ἕδρας) confirmatam reperi optima Bern. Juntæ ed. ne, in qua scriptum exstat δεῖ τὰς ἑτέρας κἀγαθιζομένας λαθεῖν. Sic igitur legendum: καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας, | ὡς Σφυρόμαχος ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι· | δεῖ τὰς ἑτέρας πως ἐγκαθιζομένας λαθεῖν. Quæ res his verbis spectetur sic nihilo quidem clarius; at sensus tamen inest. De Schol. interpretatione, qua nihil offensus esse videtur Casaub. ad Theophr. c. 5. p. 71. Fisch., suo loco dicetur. Dind.

24. Hic versus et duo sqq. in neutro Cod. leguntur. Horum in ultimo male vulgo excusum θοιμάτια, et κλεψάσαις λαθεῖν. Frequens in permutatione verborum λαθεῖν, λαβεῖν, λαλεῖν librariorum lapsus. Brunck. τί δῆτ' ἂν εἴη. Terent. et Plaut. ubique: 'Quid hoc sit; Quid dicam esse.' Non minus belle. Faber. Eurip. Rhes. 577. τί δῆτ' ἂν εἴη; μῶν λόχος βέβηκέ πη; Ceterum ut hic mulier in concionem itura, ceteras præstolatur, et de causis disputat secum, quæ eas domi detineant; ita Vesp. 273. viri eodem ituri, quendam exspectantes dicunt: τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν etc. Berg.

25. τοὺς πώγωνας. Et infra 68. Berg.

26. θαἰμάτια recte Ald. (v. 75. et

275.) θοιμάτια citat Toup. Cur. Posterior. in Theocr. v. 19. Pors. λαβεῖν Ms. Monac. Dobr.

29. μή καί τις ἂν ἀνὴρ ὁ προσιὼν τυγχάνῃ. Sic in altero Reg. at in membr. τυγχάνεις. Scribere debuit librarius τυγχάνει, quod et genuinum esse posset. μὴ, eo quo hic ponitur sensu, cum indicativo construi potest; quod alibi ostendetur. Brunck. τυγχάνεις Ms. Monac. Dobr.

30. ὁ κῆρυξ. Iste præco, si Diis placet, gallinaceus est, qui Prudentio alicubi dicitur, ales diei nuntius. Ideo autem gallum præconem habuerant mulierculæ, quod πρὸς ὄρθρον ἦν ἡ ἐκκλησία. Faber. τις γυνὴ præf. Ms. Monac. Dobr.

31. ἡμῶν προσιόντων. Bene interpres ad manifestum loci sensum, poëtæque mentem, *prodeuntibus nobis domo:* sed leviter Græca depravata sunt. Legendum προϊόντων. προσιὼν bene positum erat 29. quod librario fraudi fuit. Nihil frequentius permutatione verborum προϊέναι, προσιέναι: προελθεῖν, προσελθεῖν. V. Abresch. ad Aristænet. p. 24. Quia autem mulier hic de se loquitur, non ideo plurale participium genere feminino poni debuit, quod censebat Faber. V. quæ notavimus ad Eurip. Med. 316. Brunck. Lege προσιουσῶν. Bent. κεκόκκυκεν. κοκκύζω, ait Interpr. in Βατράχοις [Schol. ad 1427. ed. Kust.], est, δίκην ἀλεκτρυόνος ᾄδειν. Proprie autem et κυριολεκτικῶς, cuculli vox est κοκκύζω. Eustath. [p. 1277, 1. ed. Rom.] Faber. Nempe, ut et Faber autumat, Præco ille est gallus gallinaceus: qui etiam dicitur κοκκύζειν, ut docet Poll. lib. v. 89. Berg.

32. ἐγρηγόρουν. Sic alter Reg. In membr. ἐγρηγορεῖν. Vulgo ἐγρηγορῶ. Brunck. ἐγρηγορεῖν Rav. quoque. Inde ἐγρηγόρειν scribendum esse recte monuerunt Censor. ed. Inv. in Diar. Ienens. a. 1797. Nr. 227. Schneid. ad Xen. Anab. p. 239. et Reisig. i. p. x. — Pors. ad Xen. Anab. p. lii. (in Schneid. ed. l. l.) corrigit ἐγρηγόρη. Dind.

34. θρυγανῶσα. Suid. locum hunc citans, pro θρυγανῶσα legit τρυγονῶσα, per τ et ο; idque cum Schol. vertit, ἠσύχως κνῶσα, *leniter scalpens:* quæ interpretatio recte se habet. Significat enim idem quod κνύειν; unde κνῦμα: de qua voce in nota sequente dicetur. Quare miror, doctissimum Fabrum τὸ θρυγανῶσα hic vertisse, *leniter concrepans digitis:* quod longe aliud sonat. Kust. θρυγονῶσα. Ita Edd. pristinæ, in Schol. etiam. Nupera [Kust.] θρυγανῶσα. Berg. τρυγονῶσα τὴν θύραν. Sic alter Reg. In membr. τρυγανῶσα. Primariæ edd. θρυγονῶσα: recentiorum quædam θρυγανῶσα. Posteriorem scripturam tuetur Hes. θρυγανᾷ· κνᾶται, ξύει. Nostram Suid. τρυγονῶσα, ἠσύχως κνῶσα. Ἀριστοφάνης· τρυγονῶσα τὴν θύραν. Brunck. Lege θρυγανῶσα ex Hes. Bent.

36. γυνὴ præf. Ms. Monac. Dobr. τὸ κνίσμα. Rescribendum est τὸ κνῦμα, auctoritate Suid. v. κνῦμα, et Herodiani Grammatici apud Eustath. ad Od. Ν. p. 1746, 7. [τὸ κνῦμα. Sic recte membr. In altero τὸ κνῆμα. Perperam vulgo τὸ κνίσμα. Suidas: κνῦμα, ὁ ἠρεμαῖος κνησμός. ubi hunc Comici locum profert. Brunck.] Est autem κνῦμα, non, ut Faber vertit, *pulsatiuncula digitorum;* sed ὁ ἠρεμαῖος κνησμὸς, (ut Suid. recte) i. e. *lenis scalptio*, quæ fit unguibus vel digitis. Solebant enim amantes, qui noctu ante amicarum ædes stabant, intromitti ab illis cupientes, januas potius digitis scalpere, quam easdem pulsare, vel digitis concrepare; quoniam pulsatio et crepitus sunt soni distinctiones, et qui facilius animadvertuntur, præcipue quia non nisi ab hominibus proficisci solent. At scalptio, licet audiatur, vel ob hoc ipsum tamen magis fallit, quod causa ejus ad animalia etiam domestica, puta, feles, canes, etc. referri queat. Est autem κνῦμα a κνύειν; qua voce usus est Comicus noster in Thesm. 488. ubi fœmina de amante ait: οὗτος πόθῳ μοῦ ᾿κνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν. Suid. qui locum illum adducit v. ἔκνυεν, vocem eam exponit, ἔξυεν ἠρέμα, leniter scalpebat: quod confirmat nostram de significatione vocis κνῦμα sententiam. Ad τὸ κνύειν vel κνῦμα (ut hoc obiter moneam) refero etiam locum illum Tibulli lib. i. Eleg. 2, 31. 'Et vocet ad digiti me taciturna sonum.' Interpretes quidem illic aliter: sed, ut puto, falluntur. Kust. κνῦμα Gry. [De illa ed. v. ad Thesm. 2.] Bent. κνῦμα Suid. ed. Ms. In Schol. lege λαβοῦσα. Pors.

38. Σαλαμίνιος. Quippe nautæ, (tales autem erant plerique Salaminiorum,) in Venerem effusi. Rem autem mire expressit Aristoph. cum dixit ἤλαυνε, quæ vox rei est nauticæ, nec minus uxoriæ. Latini *agitare*. Exempla utriusque linguæ in propatulo sunt. Scaphas autem dici mulieres, pertractatum est. Faber. Σαλ. Hoc præmittit, quia verbum ἐλαύνειν inferet, quod de *agitatione narium* usurpatur. Erant autem Salaminii insulani, ac proinde sæpe navigabant. Nisi potius vult dicere remigem navis Salaminiæ; quos inprimis oportebat strenue remos ducere: nam navis illa, ut et socia ejus Paralos, erant μάλιστα ταχυναυτοῦ-

σαι. Schol. δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Σαλαμινίας νεὼς νοεῖσθαι τὸ Σαλαμίνιος. Berg.

39. ἤλαυνέ με. Tanquam de nave, sed simul aliud significatur. Ut in oraculo de Adonide, quod Plato Comicus ejus Patri redditum dixit, in dramate cognomini, referente Athen. x. p. 456. Ὦ Κινύρα βασιλεῦ κυπρίων ἀνδρῶν δασυπρώκτων, Παῖς σοι κάλλιστος μὲν ἔφυ θαυμαστότατος τε Πάντων ἀνθρώπων, δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ἔχητον· Ἡ μὲν ἐλαυνομένη λαθρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων. Berg.

40. λαβὼν Ms. Monac. Dobr.

41. Hic et seq. versus eidem vulgo continuantur mulieri: in membr. diversæ tribuuntur, præfixa persona, γυνή. Similis locus est Lys. 65. Brunck. Person. om. et 46. Ms. Monac. Dobr. V. 41. 42. Brunck., ut Inv., assignavit Γυν. A. Reisk. "41. est Praxagoræ." Dind.

43. οὐκοῦν ἐπείξεσθ'. Malim ego legi, ἐρωτηματικῶς, sic οὔκουν ἐπείξεσθε; Faber. Tacite sequuti sunt Brunck. et Inv. Recte. Dind.

44. Versum hunc et seq. adducit Schol. ad Ach. 960. Kust. τὴν ὑ. Ms. Monac. Dobr. οἴνου. Facete admodum. Hinc intelligi vult Comicus merobibas et multibibas esse mulieres; sed cum ἐρεβίνθων addit, salaces esse innuit. Ἐρέβινθος enim, cicer, vox est flagitiosa; αἰδοῖον scilicet: cujus significationis apud hunc nostrum plura sunt vestigia. Ait enim in Βατρ. [544. Br.] ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων τοῦ 'ρεβίνθου 'δραττόμην. Ad quem locum τοῦ 'ρεβίνθου, inquit interpres, τοῦ αἰδοίου. In Ach. autem [801. Br.]: Δ. Τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους; Κ. κοΐ, κοΐ. Ἔπαιζε πρὸς τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς, ἐπεὶ καὶ ἐρέβινθον αὐτὸ καλοῦσι. [sunt verba Schol.] Hujus autem significationis ratio ex eo petenda videtur, quod ἐρέβινθος sit ἐπεγερτικὸς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Deinde in ἐρέβινθος est aliquid ad ἐρᾷν et βινεῖν, quod etsi novum affero, placebit tamen; et Comici genii est. Cum autem cicer frixum aut tostum bibendi ὄρεξιν faciat, ideo statim post vini mentionem cicer addit. Sensus autem hujus loci est, (nam opinor, haud abs re fuerit, ridere) 'Quæ postrema omnium venerit, ea nobis et florem Liberi, quantum sit satis, dare tenebitur; tum validos artitosque virgatores præbeat, qui nos strenue et belle.' Faber.

45. ἡμῶν. Sic bini Codd. et primariæ editt. Male in aliis ἡμῖν. Ordo est: τὴν ὑστάτην ἡμῶν ἥκουσαν ἀποτίσειν τρεῖς χοᾶς οἴνου. Suid. etiam in χοᾶ, ubi hos versus profert, legit ἡμῶν. Brunck. ἡμῖν ἀποτίσειν. L. ex ed. Ald. Suid. v. χοᾶ, ἡμῶν ἀποτίσειν. Vulgatum citat Schol. ad Ach. 960. ἡμῶν om. Suid. in χοᾶ. et alia corrupta. [i. e. Suid. Ms. nam edd. Med. Ald. Kust. habent ἡμῶν. In Schol.] ἕκοντον. Lege ἕκαστον. Idem mendum ex Aristot. Hist. Anim. ix. 35. sustulit Hemst. ad Plut. p. 314. Pors.

46. Lege Αλλ. Γυ. Bent. Perperam rursus in impressis continuantur Praxagoræ hi versus, quos lineola in membr. præfixa indicat alius esse personæ. At id multo melius adhuc monstrat ipsa dialogi ratio. Brunck. "46. est alterius mulieris. 47. καὶ μοὶ δοκεῖ etc. est Praxagoræ." Dind.

48. κατὰ σχολήν. Suid. ἀντὶ τοῦ μόλις, ἢ ἀψοφητί. Non placent istæ interpretationes. κατὰ σχολὴν est *otiose*, eo sensu quo dixit Terent. Andria [ii. 3, 25.] 'aliam otiosus quæret.' ἑτέραν κατὰ σχολὴν ζητήσει. *A son aise.* Brunck. παρά τ' ἀνδρός. Lege παρὰ τἀνδρὸς ex Suid. v. κατὰ σχολήν, et ita ed. Kust. Pors.

49. γυνή τις præf. et 54. 60. Ms. Monac. Dobr.

51. Φιλοδωρήτου — Χαιρητάδου. Sic recte scripta virorum hæc nomina exhibent membr. In altero Χωρητάδου. Brunck. Ald. φικιδωρίτου. Bent. φιλοδωρίτου — χαρητάδου Ms. Monac. Dobr.

53. Ὅ,τι περ ἔστ' ὄφελος. Schol. τουτέστιν εὐγενεῖς, *nobiles et generosæ* fortasse. Sed tutius multo, et propius est ea ratione intelligere, qua verti, *mulieres scilicet quæ alicui rei sunt*, ut diceret Comicus Afer. Faber. Locum hunc adducit Suid. v. ὅ,τι περ et v. ὄφελος; ubi phrasin hanc cum scholiaste exponit per εὐγενεῖς, i. e. *nobiles, generosæ*: quæ interpretatio tamen non tam late patet, quam sensus et vis verborum Græcorum. Nam τὸ ὄφελος apud Græcos, et præcipue Atticos, non solum dicitur de iis, qui genere, sed etiam qui divitiis, honoribus, virtute, fortitudine, etc. inter reliquos excellunt. Phrasis est elegans et nostra animadversione digna. Lucian. in Herodot., sub finem [t. i. p. 837. ed. Reitz.]: αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, ὅ,τι περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως. Ubi interpres non male: *Vos itaque convenistis ex singulis civitatibus præstantissimi quique.* Arrian. de Expedit. Alex. M. lib. ii. cap. vii. p. 71. ed. Gronov. ἀλλὰ Περσῶν ὅ,τι περ ὄφελος καὶ Μήδων. Ubi interpres Latinus male, *sed summam imperii Persici ac Medici.* Vertendum enim erat: *Sed florem Persarum et Medorum.* Vel, *Persarum et Medorum lectissimos quosque.* Synes. de Regn. p. 31. ed. Petav. ἀνάγκη συνεραστὰς σοι γενέσθαι πολλοὺς, ὧν τι καὶ ὄφελος. Ubi Petav. recte: *Necesse*

enim erit, rivales tibi esse multos, qui quidem aliquo in honore ac pretio sint. V. eundem in notis ad illum locum, ubi ad phrasin hanc illustrandam præter alia adducit etiam illud ex Theocr. Idyll. xiii. 18. —*οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο, Πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι, ὧν ὄφελός τι.* Id est, *Præstantissimi quique et lectissimi ex omnibus civitatibus eum sequebantur.* Huc facit, quod *τὸ ὀνήϊστος* (quæ est vox Ionica, et, ut notum est, proprie significat idem quod *ὠφέλιμος*) simili sensu capiatur in dicto illo Heracliti apud Laert. lib. ix. sect. 2. *ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον λέγοντες· Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων.* Hic enim *τὸ ὀνήϊστος* significat eum, *qui excellit*, interprete ipso Cic. qui *ῥῆσιν* illam Heracliti sic Latine reddidit lib. v. [c. 36.] Tuscul. Quæst. 'Est apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Universos ait Ephesios esse morte mulctandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt: Nemo de nobis unus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco, et apud alios sit.' Idem dictum Heracliti refert etiam Strabo lib. xiii. p. 950. ed. noviss. Amstel. Kust. *ὄφελός ἐστ'* Petav. ad Synes. p. 31. *ἐστιν ὄ.* Suid. Ms. *ὄφελος.* ubi *τε* om. Pors. *πάρεστ'* Ald. Bent.

55. *τὴν νύχθ' ὅλην.* Locum hunc adducit Schol. ad Eq. 659. Kust.

56. *τριχίδων.* Sunt qui Sardas putant; alii pro alosa sumi volunt. Quam tamen pro *θρίσσᾳ* accepit Theodor. Qui piscis, ut ait Schol. *τὴν βῆχ' ἀνεγείρει*: ita enim lego, non *ἀναγείρει.* Faber. *ἐμπλησμένος.* [sic veteres edd.] Suid. legit *ἐμπλήμενος*, h. v. quæ lectio præferenda est. Nam et Eq. 931. Comicus noster dixit *ἐμπλήμενος τευθίδων*: et Vesp. 422. *ὀργῆς ἐμπλήμενος.* *Ἐμπλησμένος* vero pro *ἐμπεπλησμένος*, insolens est, nec usitatum Atticis. Kust. *ἐμπλήμενος.* Membr. *ἐμπεπλησμένος*: alter, ut vulgo, omisso augmento, *ἐμπλησμένος.* Suid. nostram lectionem habet in *ἐμπλημένος.* At in *τριχίδες*, ubi locum hunc iterum profert, habet *πεπλησμένος.* Proba est utraque lectio: at Comicus priorem frequentat. V. Vesp. 1127. Brunck. *πεπλησμένος* Schol. ad Eq. 659. At v. Vesp. 422. Bent. *ἐμπλησμένος.* [Ita tres primæ. Dobr.] *ἐμπεπλησμένος* citat Casaub. ad Athen. vii. 24. p. 570, 46. *πεπλησ.* Suid. ed. Ms. *τριχίδες.* *ἔβιττε* Suid. Ms. Pors. *ἐμπλησμένος* Ms. Monac. Dobr.

57. *ὡς ἂν ἀνέρωμαι τάδε.* Certissima est Dawes. [Miscel. p. 300.] emendatio. Vulgo *ὡς ἀνείρωμαι τάδε*, duplici vitio. Primum *εἴρομαι* vel *ἀνείρομαι* dialectus Attica respuit. Tum *ὡς*, ut finale significans, non solet Noster sine particula ἂν cum subjunctivo adhibere, quod observavi ad Lys. 384. et quantum ad hoc spectat emendatior est binorum Codd. scriptura, *ὡς ἂν εἴρωμαι τάδε.* Brunck.

61. *λόχμης δασυτέρας.* Eadem metaphora utuntur Latini, 'silva comæ,' et 'pilus fruticans,' apud Juvenal. (Athenienses tum temporis affectabant hirsutos esse sub axillis, quo scilicet fortes et atroci animo viderentur. Hinc in suffragiis ferendis, quæ fiebant per *χειροτονίαν*, brachia altius extollebant, ut latere nudato pars illa fruticante pilo neglecta conspiceretur. V. Casaub. ad Theophr. Charact. [cap. 19. p. 199. sq. Fisch.] Faber. *λόχμης.* Nescio quid cogitavit alterius R. librarius, quum scriberet *λέχους.* Brunck. *λόγμης* Ms. Baroc. Dobr. *κατάπερ.* *ὥσπερ* Suid. ed. Ms. *λόχμη.* *ξυγκ.* Ms. Post *εἶναι* addit Ms. *ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡ. ἐχλιαίνετο πρὸς τὸν ἥλιον ὥστε μελανθῆναι ὡς ἀνήρ.* [Omittit ista ed. Kust. non Med. Ald. quæ *καὶ ἀλειψάμεναι ἐχλιαίνοντο.* Dobr.] Pors.

62. *ὁπόθ' ᾿ἀνὴρ* Dawes. Misc. Crit. p. 217. et mox *ἐχλιαινόμην*, cujus prima [secunda] producitur Lys. 387. Pors.

63. *δι' ἡμέρας.*. Hæc verba male vulgo cum *ἀλειψαμένη* conjunguntur, et in versione ab interprete neglecta fuerant. Brunck.

64. *ἐχλιαινόμην πρὸς τὸν ἥλιον.* Id Græcis dicebatur *ἡλιοῦσθαι* et *ἡλίωσις*: Latinis *insolari* et *insolatio.* Verum cui non dictus Hylas? Faber. Dawes. l. l. *ἐχλιαινόμην* propter Lys. 387. *χλιαινᾶς*, monente Pors. apud Kidd. Dind.

65. *τὸν ξυρόν.* Sic Ald.: at bini Codd. ed. Bern. Junt. et utraque Veneta *τὸ ξυρὸν*, quod præstat et reponi debuit. Neutro genere hoc nomen Comicum nostrum extulisse inde probabile est, quod masculinum *ξυρὸς*, tanquam rarius, notatione dignum judicaverit Poll. eoque usum fuisse Archippum observet, l. x. 177. *τὸ δὲ ξυρὸν πολλῶν εἰρηκότων, παρατηρητέον, ὅτι Ἄρχιππος ἐν τῷ Ῥίνωνι ἀρρενικῶς αὐτὸ εἴρηκε.* Brunck. 65. 70. 71. *ἑτέρα γυνὴ* præf. *τὸν ξ.* Ms. Monac. Dobr.

67. *προσφερής.* Lege *προσφερὲς*, (recte. Bent.) etiam si vulgata lectio ferri possit: tamen hanc nostram aio esse *Ἀττικωτέραν.* Faber. Ignoscendum hoc Fabro, ut multa hujusmodi in ejus notis. Dind.

68. *δὲ* Ms. Monac. Dobr.

69. *ὑμῶν* Ms. Monac. Dobr.

70. *τὸν καλὸν ἔγωγε.* Vulgo omissus articulus cum metri labe et contra Atticis-

mi rationem. Ignoranti poëtas Atticos in καλὸν primam semper corripere, melior videri posset alterius R. lectio. νὴ τὴν Ἑκάτην, ἔγωγε καλὸν τουτονί. Qui voces hoc ordine disposuit librarius metro se recte consulere arbitrabatur. Markland. viro alioqui doctissimo, fucum forte fecisset. Is enim ad Eurip. Suppl. 728. dubitat an vera sit illa de quantitate nominis καλὸς observatio, Scenicorumque versus aliquot profert, quorum vulgata scriptura aliud quid suadere videtur. Sed a corruptelis librorum non minus quam ab *hypothesibus* cavendum est. In Iphig. A. v. 21. recte edidit optimus Musgr. τοῦτο δέ γ' ἔστιν τὸ καλὸν σφαλερόν. In Eurip. versu ex Archelao, quem ignorans Musgr. undenam desumtus esset inter incerta fragmenta retulit xxxiv. Regius Stob. Cod. præter dramatis titulum sinceram lectionem exhibet, quæ absque eo etiam reponi poterat et debebat: σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. In Soph. Philoct. 1304. (vulgo 1342.) e Codd. legendum est: ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἔστιν, οὔτε σοι. Versum autem 1381. (vulgo 1421.) quomodo legi debeat jamdudum declaravi ad Æsch. S. Th. 784. ἃ σοί τε κἀμοὶ κάλ' ἰσορῶ τελούμενα. Nec harum rerum perito cuiquam non probabitur illa emendatio, quam abunde confirmant quæ ad Lys. 408. et alibi observavi, præ inepta τοῦ δεῖνα [Vauvillerii] conjectura, ἃ σοί τε κἀμοὶ κάλ' ἂν ὁρῶ τελούμενα. Quid, malum, sibi vult eo loco particula ἂν in certa affirmatione? Anne dicere debuit Neoptolemus? *quæ tibique et mihi honesta futura videre possim.* At dubitantis hoc est: ille vero minime dubitat, certusque ait: *quæ tibique et mihi honesta futura esse perspicio.* Emendationem hujus comici versus præcepit Dawes. [Misc. p. 300.] quem adeas. Brunck. Veram scripturam præbet Cod. Rav. in quam dudum inciderat Bent. apud Kidd. l. l. Cf. Reisig. i. p. 178. Heindorf. ad Plat. Phæd. p. 62. Dind. Lege καλόν γ'. Bent. νὴ τὴν Ἑκάτην καλὸν ἔγωγε τουτονί. τὸν καλὸν Dawes. Misc. Crit. p. 307. Pors. In marg. ed. 1532. Athen. p. 574. d. Mss. τὸν ἁβρόν. V. Adv. p. 137. et ad Ach. 1048. De prima in καλὸς semper ab Atticis correpta, præter Brunck. v. Gaisford. ad Markland. Suppl. p. 162. De Philoct. 1381. (1421.) Pors. Opusc. p. 220. In Eurip. Stob. xxix. p. 200, 8. (129.) μυρίοισι habere Trincavellum notat Pors. Gnomæ εἰς εὐτυχίαν. κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν. Versus est Menandri apud Stob. xli. p. 241, 8. (167.) apud Cler. p. 220. κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο, χρηστὸς εὐτυχῶν. Lege ob metrum τοῦτ' ἔστι, et compara Demosth. F. L. p. 271. n. 604. (450.) κοινὸν γὰρ ὑμῖν ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῦτο ἀγαθὸν γίγνεται. Ita recte Mss. sine articulo, qui delendus et in Xen. Œcon. vii. 12. (p. 487, 39. HSt.) κοινὸν γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο ἀγαθόν. V. Plat. Phæd. p. 68. d. Gorg. p. 505. e. HSt. Ut in Menandro, ita in Thesm. 744. καλὸν pro ἀγαθὸν irrepsit; vide Pors. Gnomæ; Εἰς Γυναῖκας. Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, οὐδὲ τῆς καλῆς. | Εἰς Δούλους. Δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ. Recentiores versificatores prodere videntur καλῆς et καλοῦ isto sensu. Hactenus hæc; sed forsan aliquis malit cum Bent. et Rav. καλόν γ' ἔγωγε τουτονί. Primum igitur meminerit, semper fere ubi duplicatur γε, utrique particulæ suam rationem constare, ut Plut. 74. Deinde probet, γ' ἔγωγε apud nostrum jungi. Postremo, ne quem offendat adjectivi positio in Pors. lectione, ἔγωγε τουτονὶ καλὸν, conferat σαπρὸν Plut. 542. σαπροῦ Ach. 1100. ἄβυσσον Ran. 138. μέγαν, ἐπίχαλκον, Vesp. 16, 18. ἀπείρονα fragm. ap. Schol. Villois. Il. Z. 200. (Epigenem Athen. ix. p. 384. a. Menandrum Piscat. 8. ex Pors. emendationibus, Opusc. p. 315. et Adv. p. 292.) Verte, *By Hecate have I; see, a fine one.* Dobr.

71. Ἐπικράτους. Erat hic ampla uberrimaque barba nobilis; quamobrem, ut quidem videtur, a Plat. Comico [ap. Schol. ad h. l.] Σακεσφόρος eo dictus est, quod ea latitudine illius barba foret, ut scutum referret. Erat autem Epicrates rhetor, aut tribunus, seu demagogus. Plat. autem versus, quia summæ elegantiæ est, et ad ridiculum facit, afferam. Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε. Faber. Ita vocatur etiam ab Aristippo in Epistola, quæ est inter Socraticas 13. cum inquit: καὶ τῶν τὰ κοινὰ πρασσόντων Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον. Alias σακεσφόρος cognominatur Aj. a Soph. in cognomini dramate 19. quia præ ceteris Heroibus magnitudine insignem gerebat clypeum. Scite autem transfertur; nam cum σάκος, σάκους, sit *clypeus*, σάκος, σάκου, i. e. *saccus*, accipitur quandoque pro *barba*; v. 502. unde σακεσφόρος dicitur pro σακοφόρος· quod idem est ac σακκογενειοτρόφος. Berg. V. Suid. v. πώγων, et v. Ἐπικράτης; itemque Maussac. ad Harpocr. v. Ἐπικράτης. Kust.

72. καταινεύουσι γάρ. Sic bene membr. In altero καταινεύσαιτε γάρ. Bern. Junta, καταινεῦσαι γάρ. Male Ald. quem alii fere omnes sequuntur pro γὰρ dedit γοῦν. Brunck. γοῦν Ms. Monac. Dobr. καταινεύσαιτε γάρ confictum ex scriptura,

quæ in exemplari Bern. Junt. extat. Reisig.

74. Λακωνικάς. Ἐμβάδας scilicet, quarum in aliis fabulis sæpe apud Aristoph. nostrum mentio est. Calceamentum virile erat, rubro colore. Faber.

75. In Rav. τἀνδρεῖα καὶ θαἰμάτια—legitur. Nimirum τἀνδρεῖα primo forte omissum, tum oræ versus ascriptum fuit. Reisig. Lege θαιμάτια. V. 26. 99. 275. Pors. καὶ θ. τ. Ms. Monac. Dobr.

77. τὸ τοῦ Λαμίου. Lamia fuit femina, et Lamias vir, carceris custos; ut ait Schol. In masculino genere dicit Lamiam, et alludit ad locum Pherecratis, qui de Lamia femina: ὅτι σκύταλον ἔχουσα ἐπέρδετο. ut est apud Schol. cujus verba adduxi in Vespis 1177. ad hæc verba ἡ Λαμί' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο. Berg.

78. ὧν πέρδεται. Id est ὑφ' ὧν φερομένων πέρδεται, τοσοῦτο βάρος ἐστίν. ὅπερ ῥηθὲν εἰς ἄκρον τοῦ γελασίμου ἐλαύνει· quæ vel scriptoris facundissimi virtus est, naturæ tristiori commodissima. Faber. Legendum censeo: τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, τὸ σκύταλον, ᾧ πέρδεται: Hoc illud est, baculus, quamobrem pedit. Immanis fingitur ille baculus, ut pedat, cui sit gestandus. Abundabant ejusmodi jocis Comici: cf. Ranas primas, Eq. 1007. De Lamia pedente v. Schol. ad h. l., Brunck. ad Vesp. 1216. Hotib. cujus interpunctionem tantum, non reliquam mutationem, probat Reisig. i. p. 270. Sine caussa anonymus in Class. Journal n. iii. p. 507. ἐκεῖνο in ἐκείνων mutat. Dind. ἐκείνων Suid. ed. Ms. σκύταλον. Pors.

79. ἐπιτήδειος. Alludit hic proculdubio Aristoph. ad historiam aliquam suo tempore gestam; quæ cum ignoretur, non mirum est locum hunc esse obscurum. Kust. Cum hæc historia nulli, quod quidem sciam, adhuc innotuerit, eaque in altissimo silentio apud Schol. cubet, licebit, opinor, in ea investiganda ariolari. Mihi itaque persuadeo, carnifici cuipiam os sublitum fuisse, eique non verba data, quod vulgo dicimus, sed prægrandem aliquem stipitem, qui veste virili exornatus ei suppositus fuerit, miseri alicujus loco, qui ad mortem rapiebatur. Utrum autem antagonistarum aliquem, in cujus dramate id sit factitatum, mordeat Aristoph. haud sane affirmarim; sed nec negare in animo est. Ait autem mulier attulisse se baculum, qui ea sit magnitudine, ut aptissimus decipiendo carnifici possit haberi. Credo ego hanc historiam Cratinum spectasse. Nam a pluribus veterum video illum laudari ἐν Πανόπταις: quemadmodum in ὑπομν. εἰς τὰς Νεφέλας [ad v. 981. Kust. p. 405. Hermann.]. Ceterum quod ego monendum judico, non modo τὸ σκύταλον, sed et ὁ σκύταλος dici necesse est. Alioqui non sit quo referatur ἐπιτήδειος, etc. Faber. ἐπιτήδειος scil. ὁ Λάμιος: male Faber ad σκύταλον refert. Bent. Hic et sqq. — ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν, Τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος, εἴπερ τις ἄλλος, βουκολεῖν τὸν δήμιον. Hæc manus Comici. Excarnificant eum cum suo carnifice (nam vulgo legitur τὸν δήμιον) interpretes Græci ac Latini. Quamobrem fere sugillari soleant Clisthenes, Cleonymi et ejus farinæ homines quam plurimi, dixi ad Vesp. 22. Eorum e numero et hunc Lamiam fuisse arbitror, etsi Schol. norint tantum eum πένητα καὶ ἀπὸ ξυλοφορίας ζῶντα: nam de δεσμοφύλακι nugæ, exortæ illæ ex falsa lectione τὸν δήμιον. Pastori Argo comparatur Lamias, ingentem baculum ferenti; populus Athenn. Ioï vaccæ, quem optime ille queat pascere, homo quadratus, sicut Cleon, ut qui tantum gestet baculum. Nosti, quid sæpe sit βουκολεῖν, pascere, quo pertinet proverbium Vulpes bovem ducit. Hotib.

80. τοῦ Πανόπτου. Æsch. Suppl. 310. ποῖον πανόπτην οἰοβουκόλον λέγεις; respondetur: Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανε. Berg.

81. Vulgo legitur: εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸν δήμιον. In membran. vox ἄλλος omissa. At in altero scriptum: εἴπερ τι βουκολεῖν ἐθέλει τὸν δήμιον. Quod recepi, mutato tantum ἐθέλει in ἐθέλοι. βουκολεῖν non pro *custodire* accipio, sed pro *decipere*. Ordo est: ἐπιτήδειος ἂν ἦν — βουκολεῖν τὸν δήμιον, εἴπερ τι ἐθέλοι. Referuntur autem ista ad Λαμίαν, non vero ad ὁ σκύταλος, ut arbitratur Faber. Obscurus est locus, quia rei tum publice notæ, ad quam Comicus alludit, non supersunt hodie satis manifesta vestigia, quibus insistentes, sensum deprehendere possimus. E Schol. colligere est Lamiam illum fuisse carceris custodem, et alludere Comicum ad Soph. Inachum, quo in dramate inducebatur Argus Ionem servans. Utique nomine πανόπτου Argus innuitur. Hoc fundamento nititur conjectura viri elegantissimæ doctrinæ E. H. van Eldik, locum sic legentis et explicantis: ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν, | τὴν τοῦ πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος, | εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸν δέσμιον. 'Juvencam exspectasses, cujus custodia Lamias, Argi instar, dignetur: præter opinionem intulit, ni fallor, τὸν δέσμιον. Schemate isthoc παρὰ προσδοκίαν gaudet Comicus, sæpius non animadverso.' At ego nullus video cur contra Codd. fidem τὸν δήμιον loco moveri debeat; prorsusque me fugit,

si quid faceti est in eo quod sic præter exspectationem infertur. In eadem allusione ad Soph. Inachum permanens, per τὸν δήμιον Mercurium intelligo, qui Argum obtruncans *carnificis* munere fungebatur. 'Lamias iste, si Argi renonem indueret, nedum a carnifice obtruncaretur, ipse carnifici quibus vellet modis os sublineret.' Longe vero probabilius est quod primo ait Schol. Lamiam fuisse hominem pauperem ἐκ ξυλοφορίας victitantem, qui sæpe magna onera ferens pedebat, quod nimio pondere pressis contingere solet: vide Ran. 9. et Petronium cap. 117. Ferebatur autem fabula de larva quadam, cui nomen Λαμία, in qua narrabatur, ὡς ἡ Λαμί' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο, ut est in Vesp. 1177. Ex his omnibus collatis intelligendus est jocus, qui est in 78. Brunck. τὸν δήμιον. Videtur omnino nomen proprium esse debere hominis alicujus in carcerem conjecti, aut potius digni, qui eo conjiciatur, ad quem custodiendum aptus sit Lamias cum suo scipione. Sed quia tam mali ominis nomina non sunt usitata; quis enim filio suo imponeret nomen Δήμιος, quod carnificem significat? putarem pro δήμιον scribendum esse Δημέαν. Hanc conjecturam non possum aliunde confirmare, nisi quod videatur ad hujus Demeæ opificium respexisse, cum Lamiæ, quem custodiendo Demeæ aptum dicit, tribuit διφθέραν· nam Demeam Collytensem, victum sibi quæsivisse ἀπὸ χλαμυδουργίας dicit Xen. ii. Apomn. [c. 7, 6.] Berg. τὸν δήμιον ministrum publicum, qui metuendum erat ne mulieres ex his locis abacturus esset, recte intelligere videtur Herman. Dind. v. Reisig. i. præf. ix.

82. λέγοιτ' ἂν ὅπως. In membr. λέγεθ' ὅπως. (et sic Monac.) Vulgo λέγοιθ' ὅπως. Particula potentialis hic omnino requiritur. Mirum est quam sæpe illius omissio editores fefellerit. Exstant apud Stob. Menandri versus ex Bœotia, misere depravati, qui sic ad Cod. fidem legendi sunt: πολλὰ δύσκολα | εὕροις ἂν ἐν τοῖς πᾶσιν· ἀλλ' εἰ πλείονα | τὰ συμφέροντ' ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν. V. jam quid sit in Floril. Grotii p. 455. λέγοιμ' ἄν, λέγοις ἂν centies in his fabulis occurrunt. Infra 132. Lys. 97. 119. Ran. 1401. et alibi passim. Brunck. Primo pede amputato in Rav. et vacuo relicto spatio, Γυ. . . . ὅπως καὶ τἄλλ' τούτοις δράσομεν. Restituo νῦν οὖν: quæ ut interirent, aliquid caussæ videtur quærendum esse in præmisso personæ signo, fallente nonnihil litterarum similitudine, Γυ. νῦν οὖν ὅπως καὶ τἄλλ' τούτοις δράσομεν, Fieri etiam potuit, ut inutile illud et vitiosum personæ signum ipsum ex νῦν nasceretur, ex quo genere errorem in eisdem Eccl. libro ii. expediam. nam verba illa sunt Praxagoræ tribuenda, et fecit tacite Brunck. versus autem 78–81. a Brunck. mulieri assignati, in exemplaribus ante eum editis meis quidem omnibus Praxagoræ sunt, excepto uno Brub. in quo commode versus 78. Praxagoræ est datus: 79-81. mulieri cuidam: deinceps sequentes itidem Praxagoræ. Nam λέγεθ' ante ὅπως, in Ms. Brunck. membr. Monac.que, et exemplaribus Junt. A. 1515. et 1540., Gormontiano, Brub. principio grammaticus posuit, ut haberet illud, unde penderet: metricus corrector in λέγοιθ' convertit, quod in cæteris typis impressis inde ab Aldo legitur: triplicem interpolationem adhibuit Brunck. λέγοιτ' ἄν. Reisig. λέγοιθ' suspectum. forte deest unus versus, a quo id verbum olim pendebat, aut σπεύδοιθ' vel potius σπεύδετε δ' ὅπως. Reisk. Quærendum quomodo id quod excidit probabiliter restitui possit. Elm. ad Ach. p. 118. scribendum videtur οὕτω(ς) δ' ὅπως. posses etiam—et hoc quidem paulo probabilius — ἄγε νυν ὅπως, ut in Eq. 1011. Sed suspicor antiquitus scriptum fuisse ΠΡΑΞΑΓΟΡΑΔΟΠΩΣ (i. e. Πραξαγ. ὅρα δ' ὅπως), quod male intellexerunt. V. infra 300. Verba νῦν οὖν enim ut interierint, aliquid caussæ quærendum esse videri in pravo personæ signo Γυ. Meam conjecturam Hermanno placere memini. Quod in Codd. hæc alii mulieri tribuuntur, librariorum est emendatio, facta ex quo 79-81., quas mulieris cujusdam esse paulo ante vidimus, Praxagoræ continuati sunt. Dind.

85. ἐξ ἕω. V. Supra 20. et Ach. 19. Berg.

87. λίθῳ. Βήματι Schol. ita et Aristoph. Ach. [683. Br.]: quo loco senes de se aiunt: τονθορύζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν. Ubi vetus interpres annotat fuisse βῆμα ἐν τῇ Πνυκὶ δικαστηρίῳ. Adeundus Meurs. qui hæc, ni fallor, alicubi pluribus persecutus est. [Attic. Lectt. i. 6. p. 15. sq.] Faber. V. Pace 679. Berg.

88. ταυτί γέ τοι. Elm. ad Ach. 108. p. 116. corrigit: ἔγωγέ τοι. rarissima enim esse apud Aristoph. ὁδί γε, οὑτοσί γε, et similia. Vulgata scriptura sanissima est. Dind.

90. τάλαινα. Ita vulgo Græci: Theocr. [iv. 60.] ἀκμάν γ', ὦ δείλαιε. Non quod miseros haberi vellent quos ita προσεφώνουν; aliquando enim φιλοφρονητικόν, erat, aliquando ἐπιτιμητικόν. Faber. cf. Seidler. ad Eurip. Electr. p. 154. Dind.

92. ἐστί μου. Sic bini Codd. Elegantius

esset: γυμνά δ' ἐστί μοι τὰ παιδία. Brunck. Facile caremus hac elegantia, quæ etiam alibi Brunckio mirum quantum placet. Dind.

94. Ἴθει. Unde fac καθημένοισι δεῖ. Ms. Monac. Dobr.

95. πλήρης ὁ δῆμος. Eurip. Androm. 1097. ἀρχαί τ' ἐπληροῦντο. Iphig. T. 306. πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ. Berg. Ceterum Elm. ad Ach. 323. sine idonea caussa corrigit καλά τὰν πάθοιμεν. Dind. Frob. τύχῃ. Ald. Gry. τύχοι [ita Kust.] Bent.

97. Ald. et Edd. Vet. τό. Lege τὸν ut Suid. in Φορμίσιος. Bent. Φορμίσιον. Quia Phormisius quidam δασὺς ἦν, ideo ejus iconismo usus est Poeta, ut et eugium significaret. Eugium autem ea pars qua mulieres maxime mulieres sunt. Faber. V. Schol. hic et ad Ran. 996. Berg.

99. L. θαιμάτια ex Ald. Pors.

102. Ἀγύρριος. Muliebris patientiæ scortum Agyrrius. Pronomus autem aulœdus fuit bene barbatus. Hoc nomen sæpe commutatum vidi in Agyrium. Studiosi emendabunt. Faber. Citat Suid. v. Ἀγύριος. Ejusdem Agyrrii mentio in Pluto 176. ubi nos vide. Kust. τὸν Πατρονόμου Suid. in Ἀγύρριος: at recte Προνόμου in Πρόνομος. Bent. In πρόνομος Ms. ἀγύρρι (sic). ἐλάνθανεν ed. Ms. [Pejus ἀσσύριος ed. Med. Dobr.] Pors. Ἀγύρριος. Sic bene membr. ut in Pl. 176. At alter eodem errore qui ibi notatus fuit, Ἀργύριος. Similem mendam in Philemonis versibus apud Athen. p. 340. e. corrigendam esse monuit summus Bent. Hujus Agyrrii meminit etiam Plato Comicus his versibus [apud Plutarch. x. orat. vit. p. 801. b.]: λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου· | μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύρριον. Brunck.

103. πρότερον δ' ἦν οὗτος γυνή. Eadem ratione vir vocatur fœmina apud Æsch. contra Tim. [p. 128. Reisk.]: ἐκκλησίας οὔσης, εἶπεν, ἀναστὰς, ὦ Ἀθηναῖοι, κλέπτουσιν ὑμῶν κοινῇ ἀνὴρ καὶ γυνὴ χιλίας δραχμάς. θαυμασάντων δὲ ὑμῶν, πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ, καὶ τίς ὁ λόγος, εἶπε μικρὸν διαλιπών· ἀγνοεῖτε, ἔφη, ὅ,τι λέγω; ὁ μὲν ἀνήρ ἐστιν Ἡγήσανδρος ἐκεῖνος νυνὶ, ἔφη· πρότερον δ' ἦν καὶ αὐτὸς Λεωδάμαντος γυνή· ἡ δὲ γυνὴ Τίμαρχος. Berg.

104. νυνὶ δ' ὁρᾷς. Pro ὁρᾶτε: ut apud Hom. Il. H'. [448.] Ita ἄγε pro ἄγετε, et alia id genus apud Latinos. Potest et aliter verti: *Nunc, ut vides, civitatis longe potentissimus est.* Faber. πράττει τὰ μέγιστα. Id est, *potentia, opibus et honoribus præstat reliquis:* vel, *summum in Republ. locum tenet:* non vero, ut interpretes [Faber.], *maximas res gerit.* Vide quæ de phrasi hac Attica notavimus supra ad Plut. 341. Kust. V. Av. 800. εἶτ' ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει. qui locus, si et antecedentia species, similis est huic. Berg. πράττει: latet forte obscenum. Theocr. Id. ii. 143. Ἐπράχθη τὰ μέγιστα καὶ ἐς πόθον. Bent. τὰ om. Ms. Monac. Dobr.

105. Lege τουτί γε (sed v. Elm. ad Ach. 108. in Auct.). Bent. Somniant de nescio quo hyperbato, Schol. audientes, quos jam Faber merito retudit. Servanda est lectio librorum, τοσούτου γ' οὕνεκα, propter ea, quæ jam dictura est Praxagora, ut rempublicam feminæ capessant. Eam ob causam, inquit, τούτου (Ἀγυρρίου) τόλμημα τολμῶμεν, i. e. viris nos assimilemus, sicut ille fecit. Nihil planius. Hotib. Tum τὸ τόλμημα potius dicendum fuisset. Vera est Schol. ratio, Reisk. quoque probata. "Pertinet, inquit, οὕνεκα ad præcedens τούτου." cf. Brunck. not. ad v. sq. Dind. νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν. Paulo aliter jurant apud nos plebeiæ mulierculæ, *oui par le saint jour de Dieu qui luit.* Atticæ autem jurabant non per præsentem diem, sed per crastinum; itaque idem erat ac si dixissent, *Ne vivam die crastino, nisi etc.* quod et rusticæ nostræ dicunt, *Que je ne voie jamais le jour de demain.* Qui verterunt ἐπιοῦσαν ἡμέραν per *diem præsentem*, habebant in animo ἐπιούσιον ἄρτον Evangelii: sed miror hactenus non vidisse doctos ἐπιούσιον ἄρτον significare panem, seu cibaria, quæ in diem crastinum necessaria sunt, ut absque omni sollicitudine Deo vacemus. Verum his locus non est; alibi erit, si quando notulas meas ad N. Testam. vacabit relegere, quod erit aut non, certe dormire haud malum est. Faber.

106. Gry. τοσοῦτόν γ': et sic Schol. recte: male Faber. Bent. τοσοῦτον οὕνεκα. Sic bini Codd. Immo in altero posita distinctio post τοσοῦτον, recte. Edit. B. Juntæ τοσοῦτόν γ' οὕνεκα. male in ceteris τοσούτου γ' οὕνεκα. Verborum constructionem, et quomodo hyperbaton resolvi debeat, distinctio indicat: τούτου γέτοι οὕνεκα, νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον, ἤν πως — Brunck.

109. οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν. Alludit ad Proverbium: ἂν ἀργύριον ᾖ πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται *Si pecunia adsit, omnia ventis remisque feruntur.* Meminit Schol. et Suid. in θεῖ. Occurrit apud Aristænet. Epist. 14. lib. i. — ubi meretrix avara adolescenti: ἀλλ' ἐὰν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται. ubi v. Mercerum. Berg.

110. θηλύφρων ἐξουσία. Eurip. sapit,

Condimentum comœdiæ lascivientis, characterum mixtio, quod hic observandum. Itaque θηλύφρ. ἐξουσία, ut *cor Ennii, Is* Ἡρακλείη, etc. Faber. θηλύφρων ξυνουσία. Sic bini Codd. et ed. Bern. Junt., recte. Vulgo θηλύφρων ἐξουσία. Brunck. ἐξουσία Ms. Monac. Dobr.

112. λέγουσι γάρ. Huc pertinet illud in Eq. 874. οὐκ ἴσθ' ὅπως etc. Berg. ὅσα Ms. Monac. Dobr.

113. Hes. σποδεῖσθαι. περαίνεσθαι. Isto sensu hic accipiendum. hinc jocus in Eq. 425. et rursus 879. Brunck.

115. δεινὸν δ' ἐστίν. Media particula in binis Codd. omissa. Utique sine ullo incommodo abesse potest. Brunck. ἡ μὴ 'μπειρία. Hanc vocem in versione innovare necesse fuit [vertit *inexperientia*], quo exprimerem illud ἡ μὴ 'μπειρία. Ita enim legi debere et ratio postulat, et jam pridem viderat ex Phav. Canterus vir summæ in Græcis diligentiæ. Igitur ἡ μὴ 'μπειρία; (non autem ἡ 'μὴ 'μπειρία, ut vult Schol., qui ait dictum pro ἡ ἐμὴ ἐμπειρία, quod disertim falsum est) erit hyphen, cujusmodi est apud Comicum minorem [Terent. Andr. i. 2. 4.] 'semper-lenitas;' apud Lucret. [ii. 929.], 'non sensus: Scire licet gigni posse ex non sensibus sensus.' Ita Virg. 'ante mala.' Tibul. 'ante-comas.' Catul. 'olim furores.' Plaut. 'nunc-homines.' Ita et apud Herodian. [i. 8. 3.] est ἀεὶ καταφρόνησις, *perpetuus contemtus*. Faber. ἡ 'μὴ 'μπειρία. ἡ μὴ 'μπειρία Suid. v. ἡ μὴ, ubi vulgatum male probat Kust. Sic μὴ-σπάνις, *copia*, Eurip. Hec. 12. οὐ-σπάνις Orest. 912. οὐκ-ἀπόδειξιν Hippol. 197. Male igitur solicitavit Musgr. Bacch. 455. πλόκαμός τε γὰρ σοῦ ταναὸς, οὐ-πάλης ὕπο. Οὐ-πάλης ὕπο idem est quod ὑπ' ἀγυμνασίας Aristoph. Ran. 1120. V. et Eurip. Bacch. 1288. Cf. et C. A. Duk. ad Thucyd. i. 137. Pors. V. Valck. ad Schol. Phœn. 15. ad Hippol. 191. notas ad Greg. Dial. Att. xlii. Tyrwhitt. ad Dawes. p. 215, 6. ed. Kidd. Lock. Paraphras. ad Rom. i. 21. 'Set up to themselves fictitious no gods.' Dobr. ἡ 'μὴ Ms. Monac. Id.

116. Suid. v. ἐπίτηδες. Pors. ubi in fine addit Pors. ex ed. Med. καὶ αὖθις· ὥσπερ ἐπίτηδες. Dobr.

117. ὅπως προμελετήσωμεν. Rarissime apud Comicum occurrere ὅπως, *ut* finale significans cum subjunctivo constructum sive particula ἂν, observavi ad Lys. 384. et Ran. 1363. Aliud exemplum est in Vesp. 1525. Nihilominus hic legi mallem: ὡς ἂν προμελετήσωμεν, ἅ'κεῖ δεῖ λέγειν. Brunck. Kidd. ad Dawes. Misc. p. 137. ὅπως προμελετήσαιμεν. Nihil mutandum. V. Hermann. Obss. in Æsch. et Eurip. p. 21. Dind.

118. οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη; Observa particulam ἂν geminatam, ut in Eurip. versu ex Heraclidis [721. Elm. quem vide.], quem protuli ad Pl. 1133. φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας; Hujus Comici versus si Musgr. in mentem venisset, futilem inepti hominis conjecturam non recepisset. Brunck.

120. οὐ λαλεῖν ἐπίσταται. In loquacitatem mulierum; unde Eunomia apud Plaut. [Aulular. ii. 1. 5.] facetissime: 'Nam multum loquaces merito omnes habemur, Nec mutam profecto repertam ullam esse Hodie dicunt mulierem ullo in seculo.' Et in Cistellaria [i. 2. 3.]: 'Largiloquæ extemplo sumus, plus loquimur quam sat est.' ὦ μέλε. Ita et infra ὦ τάλαν. Dicendum autem erat ὦ τάλαινα; sed apud Comicos frequenti in usu est, neque generis ratio habetur, quemadmodum aliquando numerus negligitur; ut εἶ δ' ἄγε πάντες et οὐχ ὁρᾷς; cum interjicitur, pro οὐχ ὁρᾶτε; Faber.

121. περίδου. Rhetores enim seu δημαγωγοὶ coronati dicebant. Aristoph. in Θεσμοφ. [379.]: Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Γ. Ἐγώ. Κ. περίθου νῦν τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν. Per τόνδε autem intelligit στέφανον, non autem indumentum, quod quidam μαμμάκουθος existimavit. Infra autem planissime est: Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Γ. ἐγώ. Πρ. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχ' ἀγαθῇ. Faber. ἴσθι σὺ Suid. Ms. περίδου. Pors.

123. τοι pro τι Ald. Pors.

124. σκέψαι τάλαν. Schol. inepte: παρέλκει τὸ τάλαν. Legendum puto σκέψαι τάλιν. Hotib. Recte legitur τάλαν. V. Jacobs. Addit. Animadv. in Athen. p. 311. Dind.

126. σηπίαις. Mira vero εἰκασία, quam recte ἀπρόσλογον ait esse Schol. [Talis est et illa in Vespis 1307. ἔοικας, ὦ πρεσβύτα, νεοπλούτῳ τρυγί. Nempe talibus etiam risus captatur. Berg. Ceterum ἀπρόλογος, vitium ed. Kust., e Schneid. Lex. ejiciendum. Dind.] quibus sæpe utuntur mulierculæ, ubi incaluerunt in dicendo, et vernilitate dicendi κωτίλλουσι. Hujusmodi autem multæ εἰκασίαι in nostro idiomate sunt, quas nec urbanitas refugit. Faber. V. Ach. 1040. τὰς σηπίας στάθευε. Berg.

128. ὁ περιστίαρχος. Quis apud veteres Athenn. diceretur Περιστίαρχος abunde constat ex Suid. Poll. et aliis. Kust. περιφέρειν, *circumferre*. Vox lustrationibus solennis. Utuntur et Latini, sed significa-

tione paulo alieniore. Plaut. in Amphitr. [ii. 2. 144.]: 'quæso, quin tu isthanc jubes Procerrita circumferri.' Virgil. [Æn. vi. 229.] quoque non abhorruit: 'Idem ter socios pura circumtulit unda.' Ad quem locum Servius: *Circumtulit* est *purgavit*. Nam lustratio, etc. quæ inde petito, si sit tanti. Græci περικαθαίρειν dicunt. Faber. Alias ad lustrationem comitii adhibebatur χοιρίδιον, *porcellus*, et dicebatur καθάρσιον de quo Poll. viii. 104. unde χοιρίδιον περιφέρειν idem est quod καθάρσιον περιφέρειν Æschin. in Tim. [p. 48. Reisk.], cujus locum plenius describam, propter illa, quæ mox apud Comicum sequuntur: ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ, καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται· προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων, καὶ κηρύκων, καὶ πρέσβεων, καὶ ὁσίων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ. τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Illud καθάρσιον a Comico nostro alibi dicitur κάθαρμα· locum adducam nota seq. Berg. τὴν γαλῆν. Comica licentia pro τὸ χοιρίδιον. Porcello enim lustrabatur concio: qui autem lustrabat περιστίαρχος appellabatur. Poll. viii. 104. περὶ Περιστιάρχων. ἐκάθαιρον χοιριδίοις μικροῖς οὗτοι τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θέατρον. καθάρσιον δὲ ἐκαλεῖτο τοῦτο τὸ χοιρίδιον. Sic constituendus videtur Onomastici locus. κάθαρμα etiam vocabatur illa hostia. Noster. Ach. 44. πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος. Locus Æschin. in Orat. c. Tim., quem Schol. ad illum versum adducit, est in edit. Reisk. p. 48. Brunck. Sunt qui putent dictum παρὰ προσδοκίαν et ridiculi gratia, cum χοιρίδιον dici oportuerit: porcellum scilicet (καθάρσια enim, seu περίστια, erant porcelli, quibus ad lustrationem utebantur veteres). Usos autem vel fele vel mustela, (utrumque enim significat γαλῆ,) sane nullus memini. Ita tamen intellexit summus ille Casaub. cum in Theophr. Characteres [c. 16. p. 177. ed. Fisch.] scripsit: 'Quid quod etiam purgandi vim quandam in hoc animali (mustela) inesse crediderunt Athenienses? qui propterea quando in concionem conveniebant, circumferri felem (γαλῆν) jubebant; eratque hoc purificationis et lustrationis certum genus. Aristoph. Conc. ὁ περιστίαρχος περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. Faber.

129. πάριτ'. Lege πάριθ', non πάριτ', id est, *prodi*, non *prodite*. Faber. V. Ach. 43. ubi etiam idea concionis exhibetur. Berg. παρίτ' Ms. Monac. Dobr. Ἀρίφραδες παῦσαι λαλῶν. Quasi mulieribus sit immistus, garriatque plusquam illæ, quæ tamen valde sunt loquaces. Solebat autem iste ἐς τὰ πορνεῖ' εἰσιὼν ἑκάστοτε λείχειν τὴν ἀπόπτυστον δρόσον, ut Comicus de eo loquitur partim Vesp. 1281. partim in Eq. 1280. Ceterum παῦσαι λαλῶν, κάθιζε. ut alias in Conc. σίγα, κάθιζε. in Ach. 123. Berg. Ariphrades notus ex Eq. 1281. et Vesp. 1280. Facete hic fingit Comicus eum inter mulieres sedere. Brunck. Ἀρίφραδες. Salem Atticum! Nam qui poterat ingeniosius hominem traducere, quam facere ut immistus muliercułis conventus particeps foret, eique, utpote plus paulo loquaciori, silentium a Praxagora imperaretur? Schol. citharœdum fuisse ait, qui αἰσχρὸς πρὸς τὰς γυναῖκας fuerit, id est cunnilingus, ut Latine et simpliciter a Martiale dicitur. Unde ἐν Ἱππεῦσιν scriptum est: τὴν γὰρ αὑτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται, ἐν κασαυρίοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον. *Quem rorem?* Dii boni! Nunquam erit ille, *Humor algens quem serenis astra sudant noctibus*. Nunquam *uniones*, nunquam *cœlestia mella*, ex illa provenient, scio. O vere fœdas, fœtidasque ineptias! o nasi, ubi eratis cum hæc fiebant? *Per pice torrentes atraque voragine ripas*. O salsamentum, quod sola Mephitis amet! Sed audi quod superest: καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην, καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας. Notum autem quid intelligat per ἐσχάρας, videlicet τὰ τοῦ Φορμισίου χείλη. Latini, si memini, *landicam* vocant. In Vesp. Γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάστοτε. Faber. Hæc nota est ridicula. Dind. λαλῶν Suid. v. Ἀριφράδης. Pors.

130. τίς ἀγορεύειν βούλεται; Formula erat in concionibus et comitiis populi Athenn. olim usitata, qua cuivis, qui vellet, dicendi potestas concedebatur. Eandem formulam habes et infra Thesm. 386. et apud Lucian. in Deorum Concil. sub init. ubi Mercurius ut præco Deorum hæc pronuntiat. Ἄκουε, σίγα. Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν; V. plura hac de re apud S. Petit. de Leg. Attic. p. 209. [p. 291. Wessel.] Kust.

131. Loci hujus meminit Suid. v. περίθου. Cf. etiam Nostrum infra in Thesm. 387. ubi itidem fœmina concionatura coronam sibi jussu præconis imponit. Kust. τύχῃ 'γαθῇ. Priores ed. τύχ' ἀγαθῇ: quod vel metrum respuit. Id. Perperam membr. et primariæ edd. τύχ' ἀγαθῇ. Brunck. παράθου Ms. Monac. Dobr.

132. πρὶν πιεῖν. Hæc in bibacitatem mulierum. In eam rem sæpe lusit Plaut. præsertim vero prima Curculione act. i. sc. i. Interim Athenn. ipsos non minus exagitat quam has malas merces. Faber.

ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὦ ποτίσταται, κἀκ παντὸς ὑμεῖς μηχανώμεναι πιεῖν. inquit in Thesm. 745. Berg.

133. Veteres coronati potabant, ut satis notum. Berg.

135. κἀκεῖ. Sic bene Cod. uterque et ed. Bern. Junt. Vulgo ἐκεῖ. Brunck.

136. ἰδού γε, σοὶ — — ecce, bibere tu putas cives in concione. Sic recte Reisig. i. p. 25. Dind.

138. Potest defendi ἐνθυμουμένοις si quis secum reputet atque expendat ipsorum actiones. f. tamen leg. ἐνθυμούμενοι, quæ agunt destinato consilio. Reisk. ὅσοι ἂν Ms. Monac. Dobr.

139. ὥσπερ μεθύοντ' ἐστί. Legi et restitui, μεθυόντων. Neque aliter ferri potest; et id metrum et ratio efflagitant. Faber. μεθυόντων in Junt. [anni 1515.] legi annotat Berg. Dind. μεθυόντων post Fabef. Kust., atque ita Suid. v. παραπεπληγμένα, ed. et Ms. Pors.

140-41. σπένδουσι. Quod ex religionis præscripto fiebat a viris, ubi in concionem ventum erat, id amore vini fieri interpretatur muliercula sitiens. Faber. Vulgo legitur ἢ τίνος χάριν τοσαῦτα γ' εὔχοντ' — quæ venustus Faber sic reddidit: *Sin minus, cujus rei gratia ita diis supplicarent, vinum nisi adesset?* Recte ad poetæ mentem et loci sententiam: sed depravata erant Græca. Bern. Junt. edidit: τοσαῦτ' ἐπεύχοντ'. Potentialem particulam, quam linguæ ratio abesse non patitur, reposui. Sed ἐπεύχοντ' in imperfecto indicativi servari debebat. V. quæ notavi ad Lys. 149. [cf. Herm. ad Viger. p. 812. s.] et ad Pl. 583. locus itaque sic legendus: ἢ τίνος ἂν χάριν | τοσαῦτ' ἐπεύχοντ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν; In membr. scriptum τοσαῦτά γ' εὔχονται εἴπερ ἐμπεπτωκότες.— In altero τοσαῦτά γ' εὔχοντ' εἴπερ ἐκπεπτωκότες, intermediis in utroque omissis. πεπωκὼς et πεπτωκὼς in libris sæpe permutantur, quod observavimus ad Lys. 395. Brunck. Ediderat Brunck. ἢ τίνος ἂν χάριν τοσαῦτ' ἐπεύχοντ'. — τοσαῦτά γ' εὔχοντ' legi voluerant Faber. et Reisk. Veterem lectionem recte revocavit Inv. Dind. Gry. τοσαῦτ' Ald. τοιαῦτ'. Bent. τοσαῦτ' ἔχοντ' Ms. Monac. Dobr.

142. ἐκπεπωκότες. Scal. legit, ἐμπεπωκότες: quod præfero. Kust. ἐμπεπωκότες. Ita ed. Far. quædam edd. male ἐκπεπωκότες. Berg. ἐμπ. primus edidit Bern. Junta. Dind. Lege ex ed. Ald. ἐμπεπωκότες. V. ad Pac. 1143. Pors. ἐμπεπτωκότες Ms. Monac. Dobr.

143. καὶ τὸν παρ. ἐκφ. οἱ τοξόται. Nempe ut in conviviis; Aristoph. Comici parasitus apud Athen. p. 238. dicit: Ἄν τις ἑστιᾷ, πάρειμι πρῶτος· ὥστ' ἤδη πάλαι Ζωμὸς καλοῦμαι· δεῖ τιν' ἄρασθαι μέσον τῶν παροινούντων; παλαιστὴν νόμισον αὐτάργειον μ' ὁρᾶν. Ita etiam infra 258-60. Berg. τοξόται. Ita vocant lictores, satellites, apparitores. Noster alibi sæpe. Cæterum plerumque Scythæ erant. Faber.

144. Frob. κάθησ': Ald. κάθιζ': [sed] v. 169. κάθησ'. Bent. οὐδὲν γὰρ εἰ. V. Eurip. Herc. F. 634. Φιλοῦσι παῖδες etc. Iphig. Taur. 115. τοὺς πόνους etc. V. ad Aves 800. Berg.

146. ἀφαναυθήσομαι. Dissiliam: ἐκ τοῦ ἑπομένου scilicet. Quæ enim extra modum sunt exsiccata, dissiliunt. Ita et in Ran. [1089. Br.]: μὰ Δί' οὐ δῆθ', ὥστ' ἀπαφαυάνθην Παναθηναίοισι γελῶν. Faber. In binis Codd. ut in ed. Bern. Junt. ὡς ἔοικε φαναυθήσομαι. V. not. ad Ran. 1098. Brunck. Recte Rav. ὡς ἔοικ'. V. Herman. Præf. ad Epitom. doctr. metr. p. xiv. Idem vitium in Anaxandride Athen. t. iii. p. 95. Dind. Schol. ἀλλαχοῦ. Eq. 391. Pors.

157. δεῖ et om γ' Ms. Monac. Dobr.

420. σκυλοδεψῶν. Ita ed. nupera. Ald. vero et Juntina κυλοδεψῶν vitiose. Farr. et Brub. σκυτοδεψῶν. Berg. Vestium et κωδίων interpolatores. Ita malui vertere quam *coriarios*, cum id ratio suadeat, et σκῦλον etiam ἔνδυμα sit. Emenda Hes. Σκυλοδέψιος, etc. leg. σκυλοδέψης, etc. Nam σκυλοδέψιος Græcum non est. Ita βυρσοδέψης, ῥινοδέψης, σκυτοδέψης, etc. Suid. autem meo judicio ridiculus est, qui hoc explicat, ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων λαθεῖν. Hominem vide. Faber. ἐς τὸ σκυλοδεψῶν. Subintellige, οἶκον, vel δῶμα: quæ Ellipsis, ut constat, Atticis est frequentissima. Sic Nub. 961. ἐς κιθαριστοῦ, *in domum citharistæ:* 969. ἐν παιδοτρίβου. 999. εἰς ὀρχηστρίδος. Thesm. 802. καταδαρθῶμεν ἐν ἀλλοτρίων. Theophrast. in Charact. cap. [19.] περὶ δυσχερείας: εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης. Lucian. in Sympos. p. 644. ed. Amst. [t. iii. p. 435. r.] ἐν γειτόνων οἰκῶν: ut plurima alia loca hic omittam. Kust. "Ἐς τῶν σκυλοδεψῶν. Ita Ald. ed. et Suid. in Σκῦλα. Legitur καὶ σκύτος ἀμφιδόρου in Ἀμφίδωρον Ἀχαΐνη et Ἀχαΐνη: quod tu tamen ex integro Epigrammate recte dedisti in Θίασος [ubi] dixeram Τὸ σκύλος ἀερέης: sed postea incidi in Suid. locum Ἀγρεία. Τὸ σκύτος ἀγρείης εἵνεκα τῆς πλατάνου." Hæc sunt ex Addend. Epist. Prior. Bent. σκυλοδεψῶν ceteræ edd. recte. V. Kust. ad Plut. 514. et ita Suid. in v. τὴν θύραν Suid. v. ἀλφιταμοιβούς. ἐς τῶν σκ. Ms. τετρ. Pors. ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. Locus hic sine dubio corruptus est. Multa conjicio; quid eorum verum sit, vid. ἣν δ' ἀποκλείῃ τῆς θύρας, vel ἀποκλείῃ τὴν θύραν, vel ἣν δ' ἀποκλεισθῇ ἡ θύρα. Vel, quod probo magis, ἣν δ' ἀποκλείῃ τις θύραν. Nam sequitur ὀφειλέτω. Si quidem sensus pateretur, explicari posset, ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. *Si quis eos ad januam cubare jubeat.* Sed etc. Faber. Recte quidem locum hunc corruptum esse vidit acutissimus Faber, sed frustra emendare conatus est. Nam conjecturæ et suspiciones, quas affert, ne ipsi quidem satisfacere videntur. Nos nulli dubitamus, quin levissima mutatione reponendum sit, ἣν δ' ἐπικλινῇ ἡ θύρα, i. e. *si claudatur janua:* vel ἣν δ' ἐπικλίνῃ τὴν θύραν, *si quis claudat januam;* quod proxime accedet ad lectionem Suid. v. ἀλφιταμοιβούς, ubi legitur, ἣν δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν. Idem tamen v. τετραστατήρον, eundem locum citans, cum vulgatis edd. Aristoph. habet, ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. Non videntur autem intellexisse librarii phrasin illam ἐπικλίνειν τὴν θύραν, quæ apud Græcos significat, *claudere januam:* ut clare testatur Poll. x. 25. Contrarium huic est τὸ ἀνακλῖναι τὴν θύραν, quod *januam aperire* significat. Poll. loco laudato; τῷ ἀνοῖξαι (τὴν θύραν) ταυτὸν ἐστὶ τὸ ἀνακλῖναι, ἀνεῖναι, ἐκπετάσαι. Suid. ἀνακλῖναι. ἀνοῖξαι. Ὅμηρος. Idem v. ἐπισπαστῆρες: τῶν θυρῶν τὰ προσηλωμένα σιδήρια, δι' ὧν ἀνακλίνεται καὶ ἐπιτίθεται ἡ πύλη. Notandum est, τῷ ἀνακλίνεσθαι hic opponi τὸ ἐπιτίθεσθαι, quod idem significat ac ἐπικλίνεσθαι, i. e. *claudi:* quo sensu vox ista manifeste capitur in notissimo illo hemistichio: θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις: *claudite januas profanis:* ne scilicet templa et loca sacra intrarent. Vulgo quidem apud Lucian. de Sacrific. sub finem [t. i. p. 537.], et alios scriptores, qui hemistichium illud citant, legitur, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι, pro βεβήλοις: sed nullo sensu. Nam non ipsi profani januas claudebant, sed illis januæ templorum ab aliis occludebantur, ne scilicet sacris interesse possent. Quare apud Lucian. dicto loco pro βέβηλοι elegantissimus Græv. ex Cod. Ms. recte reposuit βεβήλοις. Sed hæc obiter. Pro ἐπιθεῖναι τὴν θύραν, Græci interdum etiam dicunt, προσθεῖναι τὴν θύραν. Phrasis occurrit apud Laert. [ii. 105.] in Phædone: ἀλλὰ τὸ θύριον προστιθεὶς μετεῖχε Σωκράτους: qui locus a Magno Casaub. tanquam mendosus immerito sollicitatur. Nam contra τὸ θύριον προστιθεὶς ibi est phrasis singularis elegantiæ, significans, *cum clausisset ostiolum:* ut recte locum illum interpretatur doctissimus Kuhn. vir literarum Græcarum peritia nulli suo tempore secundus. Certe Pollux loco ante dicto, ubi de vocibus et phrasibus ad *januam* pertinentibus agit, inter reliqua verba, quæ *claudendi* significationem habent, expresse etiam ponit τὸ προσθεῖναι τὴν θύραν· quod hic monere non abs re visum fuit, quia id a modo laudato Kuhn. prætermissum videbam. Kust. [Cum extrema notæ Kust. parte cf. Wessel. Lectio de Aristobulo p. 129. sq. quem hæc Kust. fugisse videntur. Dind.] ἣν δ' ἐπικλίνῃ τὴν θύραν. Sic omnino legendum, ut Kust. vidit, quod ad membran. men-

dosam scripturam proxime accedit. Est in illis, ut apud Suid. in ἀλφιταμοιβοὺς, ἣν δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν. Proprium est in hac re verbum ἐπικλίνειν, oppositum τῷ ἀνακλίνειν. In altero Reg. scriptum: ἐς τὸν σκυλοδεψόν. ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῆς θύρας. In Comici vero edd. mendosissime legitur, ut et apud Suid. in τετραστατῆρου, ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. [Sic etiam Rav. et Ms. Monac. ap. Reisig. i. p. xi. Dind.] Pronum esset emendare ad alterius Reg. scripturam, ἣν δ' ἀποκλείσῃ τῆς θύρας. Sic Lys. 423. ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλεισμαι τῶν πυλῶν. Æsch. Prom. 675. ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων. Sed probabilior et præstantior est altera lectio. Scribi etiam potuit, ἣν δ' ἀποκλείσῃ τῇ θύρᾳ. [Similiter Abresch. Lectt. Aristænet. lib. ii. p. 270.: ἣν δ' ἀποκλείῃ τῇ θύρᾳ, merito probante Reisig. l. l. Dind.] ut in Solonis lege apud Lysiam, p. 359. [Reisk.] ὅστις δὲ ἀπείλλῃ τῇ θύρᾳ, et in Vesp. 775. οὐδεὶς σ' ἀποκλείσει Θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι. Sed quod dedimus probabilius est. Brunck. ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ Ms. Monac. Dobr.

421. ὀφειλέτω. Sic Suid. ed. Ms. τετρ. sed ἀφείλετο in σισύρα. Pors.

422. εἰ δὲ κᾀκεῖνα π. Suid. ἀντεχειροτόνησεν. Pors.

424. ἀλφιταμοιβὰς Ms. Monac. Dobr.

425. κλαίειν Suid. v. ἀλφιταμοιβοὺς. Pors. ἢ κλάειν μακρά. Ed. Farr. ἢ κλάειν μακράν. utrumque usitatum. Berg.

426. Ναυσικύδους. Schol. ait hunc fuisse ἀλφιταμοιβὸν ex quorundam sententia; quod verum puto. Nam idem patet ex Xen. Apomn. ii. p. 440. [7, 6.] ubi eum ex ἀλφιτοποιΐαις divitem esse factum scribit: εἶτ' οὐκ οἶσθ' ὅτι ἀφ' ἑνὸς μὲν τούτων ἀλφιτοποιΐας Ναυσικύδης οὐ μόνον ἑαυτόν τε καὶ τοὺς οἰκέτας τρέφει, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις καὶ ὗς πολλὰς καὶ βοῦς, καὶ περιποιεῖται τοσαῦτα, ὡς καὶ τῇ πόλει πολλάκις λειτουργεῖν. Berg.

427. εὐπρεπής. Γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν, ut in Thesm. 198. loquitur. Erat autem Praxagora, uxor istius Blepyri. Berg. In altero R. εὐτρεπής. Nomina hæc sæpissime commutari, tironibus notum. Sic etiam πρέπω et τρέπω. Scripserat Eurip. in Danae [fr. 2.]: φεῦ· τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ | πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν. Sic in Stob. Cod. Ms. In Musgrav. ed. et in Grot. Florileg. legitur τρέπει. Brunck.

428. Lege ἀνεπήδησ' (v. Elm. ad Ach. 178. in Auct.) Bent. "Citat Suid. v. λευκή τις." Toup. in Suid. ii. p. 127. Numerosior vero incedet versus, si cum Suid. legamus, ἀνεπήδησ'. Suid. Ms. om. λευκή τις. Pors. Intellige Niciam illum, clade sua nobilem. Fuit enim simplicissimis moribus, et εἰρηνικώτατος. Faber. Non turbare aliquem debet hic locus, ut inducatur credere, Nicia duce illo celebri adolescente hanc fabulam actam fuisse. Nam plures eo nomine fuerunt Niciæ; et hic, de quo loquitur Aristoph. fuit, ut puto, Niciæ illius ducis, qui in Sicilia periit, ex Nicerato filio nepos; qui Niceratus sub xxx. Tyrannis occisus est: de quo loquitur Lysias in oratione περὶ τῆς δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ, de quo etiam mentionem fecit Æl. lib. iv. c. 23. et tempus bene concordat. Nam de Nicia, ut de adolescente imberbi loquitur, cujus pater ante duodecim, aut circiter, annos Archonte Pythodoro perierat. At ille Nicerati filius, de quo Lisias loquitur, erat adhuc infans, et positus est super genua Pausaniæ. Poterat igitur tempore hujus didascaliæ natus esse sexdecim aut septendecim annos, et imberbis esse, ut mulier. Palmer. Nicias, cujus hic mentio, diversus est a nobili expeditionis Siculæ duce, hujus forte nepos, ut censet Palmer. Brunck.

429. κἀπεχείρησε λέγειν. Xen. v. [6, 34.] Exp. Cyri: ὁ δὲ Σιλανὸς ἐβόα, καὶ ἐπεχείρει λέγειν ὡς δίκαιον εἴη ἀπιέναι τὸν βουλόμενον. Berg. κἀπεχείρησεν. Sic bini Codd. Claudicat vulgo metrum ob omissionem ν paragogici. Brunck.

431. εἶτ' ἐθορύβησαν, — ὡς εὖ λέγοι. Xen. v. [1, 3.] Exp. Cyri: ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται ἀνεθορύβησαν ὡς εὖ λέγοι. Berg.

437. μή πω τοῦτ' ἔρῃ: Ne adhuc me istud roges. Cur adhuc? Malim equidem μή που. Hotib. ἔρου, interroga. Reisk. ἔρει Ms. Monac. Dobr.

438. Frob. κλέπτειν [ideoque mox συκοφαντεῖν voluit Bent. at Ald. κλέπτην. Dind.]. Bent.

440. ἄλλως Ald. et Gry. Bent. τίς δὲ τοῦτ' ἄλλως λέγει; Sic Codd. et primariæ edd. Perperam in recentioribus ἄλλος. Brunck.

441. νουβυστικόν. Id est νοῦ βεβυσμένον, *sapientia refertum*. V. ad Vesp. 1285. Berg. Ald. γυναῖκα δ' ἔφη πρᾶγμ' εἶναι Suid. in Νουβυστικόν. ut editum. Bent. ἔφη π. ε. νουβαστικὸν Ms. Monac. Dobr.

442. κοὔτ' ἀπόρρητ' ἔφη. Ex mysteriis, quæ in honorem Cereris et Proserpinæ a mulieribus celebrabantur. Ceterum

emendandus hic versus. Lege, κοὔτε τ' ἀπόῤῥητ' ἔφη. Illud, τ' ἀπ. longum erit, ἐκ [scripsit opinor ut. Dawes. l. l.] τ' ἀγαθά. Faber. Versus hic claudicat, ut recte vidit Faber: qui proinde eum sic fulciendum censet, κοὔτε τ' ἀπόῤῥητ'. Sed et ita syllaba ei deerit. [Mirus error, notatus a Brunck. ad Nubes p. 344. ed. Lips.] Quare, ut versus omnino ἄρτιπους fiat, scribendum erit, κοὔτε τά γ' ἀπόῤῥητ'. Kust. Faber κοὔτε τἀπόῤῥητ': et sic Gry. Bent. κοὐχὶ τἀπόῤῥητ'—. Legebatur in impressis κοὔτ' ἀπόῤῥητ' labante versu. Fabri emendatio κοὔτε τἀπόῤῥητ' recepta fuit in novissima Batava: huic patrocinantur membr. in quibus ad eum modum perspicue scriptum, κοὔτε τἀπόῤῥητ'. Sed mendosa est ea lectio, absolute posito οὔτε, sine relatione ad alterum vel οὔτε, vel τε, vel καί. In altero R. scriptum καί γε [Ineptam interpolationem notavit Reisig. i. p. xi. Dind.] τἀπόῤῥητ' —. Ob oculos proculdubio habebat librarius κοὔ γε, quod locum tueri posset: sed longe melius est quod dedimus ex Dawes. emendatione. Brunck. κοὔτε τἀπόῤῥητ', jam Bent. apud Kidd. probatum, confirmavit Cod. Rav. et est unice verum. V. Reisig. i. p. 213. Dind. κοὐχὶ τἀπόῤῥητ' Dawes. Misc. Crit. p. 316. Pors. κοὔτ' ἀ. Ms. Monac. Dobr.

443. ἐκ Θεσμοφόροιν. Bini Codd. ἐκ Θεσμοφόρων. Bern. Junta, ἐκ θεσμοφόρω. Brunck.

444. Veteres edd. cum Codd. δουλεύοντε. In permutatione literarum ΒΔ, quæ hic casu et librarii oscitantia facta, jocum quæsivit auctor nescio quis epigrammatis, cujus acumen prava scriptura obtusum est cum alibi, tum in Analectis nostris t. iii. p. 160. Sic autem scribendum est: Τοῦτο τὸ ΟΥΛΕΥΕΙΝ εἶχες πάλαι. ἀλλὰ τὸ Βῆτα | οὐκ ἐπιγιγνώσκω· Δέλτα γὰρ ἐγράφετο. In eodem Comici versu libri omnes habent τοῦτο δρῷν, bene. ταῦτα me imprudente et invito irrepsit. Brunck. δουλεύοντε Ald. Pors. δουλεύοντε Ms. Monac. Dobr.

446. συμβάλλειν. Suid. v. ἱμάτιον χρυσίον 447. Ms. et 448. [ut edd. 1532. Kust.] Pors.

447. χρυσίον, Suid. in Συμβαλεῖν: an χρυσόν. Bent.

448. μόνας μόναις γ', οὐ μαρτύρων ἐναντίον. [sic. voluit haud dubie ἐναντίον, ut certe edidit.] Sic Cod. In Ald. μόνας μόναις οὐ μαρτύρων γ' ἐναντίον. In edit. Bern. Junt., μόνας μόναις γ' οὐ μαρτύρων γ' ἐναντίον. Brunck. Cum B. Junta consentit Junt. a. 1540. et recte hoc prætulit Reisig. i. p. 249. Dind.

449. ἀποφέρειν. Hoc loco nil aliud esse potest quam, ἀποδιδόναι. Faber. Suid. ἀποφέρειν. Pors.

451. μαρτύρων τ' ἐαντίον. μαρτύρων γ' ἐναντίον. Reisk. et sic tacite edidit Inv., haud dubie e Cod. Rav. γ' prætulit Reisig. i. p. 253. Dind. τ' Ms. Monac. Dobr.

453. ἄλλα τε πολλὰ κἀγαθά. Vulgo corrupto metro ἄλλα πολλά τε κἀγαθά. In Cod. ἄλλα πολλὰ κἀγαθὰ, male omisso τε. Brunck. Dele τε. Bent. ἄ. πολλά τε κ. Ms. Monac. Dobr.

455. ἐπιτρέπειν γε τὴν πόλιν αὐταῖς. Pessime vulgo ἐπιτρέπειν σε τὴν πόλιν ταύταις. Quod reposuimus γε est in Cod. Brunck. σε Ms. Monac. Dobr.

456. ταύταις. 458. θ' αὐταῖς (sic). 459. τ' ἔμελλεν. Ms. Monac. Dobr.

462. στένειν. Hic, ut etiam infra, per ἀστενακτεὶ, intelligit stultam illam exclamationem, seu potius oscitationem sonoram, quæ post somnum cum pandiculatione fieri solet. Schol. in Ran. p. 255. (ad 954.) τί σκορδινᾷ· οὕτως ἔλεγον τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν, σκορδινᾶσθαι· τινὲς δὲ, περὶ τοὺς ἐγειρομένους, etc. Faber. ἔτι πρᾶγμ' ἐστι μοι. Sic Cod. Vulgo ἔτι πρᾶγμ' ἆρά μοι. Brunck. ἆρα recte revocatum e Cod. Rav. Dind. στέγειν Ms. Monac. Dobr.

464. ἀστενακτί. Sic Cod. Perperam impressi ἀστενακτεί. Sincera est prior forma, ut ἀστακτὶ, ἀνοιμωκτί. De his adverbiis in ι et ει legisse operæ pretium erit quæ notavit Valck. ad Theocr. Sel. Idyll. p. 228. Brunck. [Adde quæ Hermann. ad Ajacem p. 150. attulit. Dind.] οὐδ' ἀστενακτὶ Suid. ἀστ. σὺ δ' ἀστενακτὶ Suid. Ms. [eo loco ut videtur.] Pors. ἀστενακτεὶ, et pro μενεῖς tantum μ. Ms. Monac. Dobr.

465. τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν. V. Schæf. ad Lamb. Bos. p. 479. Dind.

466. τῆς πόλεως τὰς ἡνίας. Similia comparat Boiss. ad Marinum p. 81. 147. Adde Eqq. 1109. Dind.

467. πρὸς βίαν. V. ad Ran. 1029. Berg.

468. κινεῖν, et versu abhinc altero κινῇς habent Cod. et primariæ edd. Huic verbo suffectum a nescio quo recentiore ed. alterum ejusdem potestatis βινεῖν βινῇς, absque ulla necessitate. Brunck. Ed. Farr. κινεῖν, quod in eadem significatione sæpe usurpatur. Berg. κινεῖν ἑαυτὰς ed. Ald. [et Gry. Bent.] Pors. Post 468. ἀριστᾶτε — κινεῖς Ms. Monac. Dobr. Post h. v. inseruit Bent. e Gry.

BA. Ἄριστον οὐ δώσουσι. ΧΡ. σὺ δέ γε νὴ Δία | Δρᾷ ταῦθ' ἵν' ἀριστᾷς τε καὶ κινῇς ἅμα. Dind.

469. Hic versus et sequens non erant in Cod. e quo descripta fuit hæc fabula in Ald. officina: proinde desunt in ed. principe. Qui alium melioremque Cod. nactus fuerat B. Junta, ut ex infinitis lectionibus, Ald. longe præstantioribus, colligere est, binos versus in suum locum reposuit. Inde recepti fuerunt in Basil. Cratandri, in utramque Venet. porro in Paris. Wecheli. Jam mirare Kust. socordiam; sic ille ad hunc locum: "In edit. Paris. et aliis quibusdam sequentes duo στίχοι inserti leguntur:—Sed duo illi versus in duabus antiquiss. edd. Aldina et Florent. non reperiuntur, quarum auctoritas potior apud nos fuit, quam aliarum editt. recentiorum." Vides vere me alicubi in his notis dixisse, Kust. de optima ed. Bern. Juntæ ne fando quidem audivisse. Saltem Crat. aut Venetarum alterutram ad hunc locum consuluisset, unde didicisset hos versus in Paris. Wecheli officina non cusos fuisse. Sed hoc negligentiæ est: istud autem stoliditatis, non persensisse nullam esse sententiarum connexionem, si, sublatis his versibus, Chremis questioni ἣν δὲ μὴ δυνώμεθα; respondeat Blepyrus, τὸ πρὸς βίαν δεινότατον. Spreta Kust. crisi binos illos versus in textu restitui voluit Berg. insertique sunt in novissima Batava, uncis inclusi, quod nescio an ex Berg. sententia factum fuerit: hoc solum scio, signa illa, quæ νοθείας suspicionem injiciunt, inepte fuisse posita. Sunt autem duo illi versus in Reg. Cod. scripti, ut eos exhibui ne una mutata litera. Perperam in edit. Bern. Juntæ excusum δώσουσιν — ἀριστᾷ — κινεῖς. Personas absurde Faber, et post eum Berg. distinxerat. Brunck. Personas sic distinxerant: Χρ. ἣν δὲ μὴ — δώσουσιν. Βλ. σὺ δέ γε — ἅμα. Χρ. τὸ πρὸς βίαν—ὑγίαινε. Dind.

470. δρᾷ ταῦτ' ἵν' ἀριστᾶτε καὶ βινεῖς ἅμα. [sic enim vulgo.] Legendum, δρᾷ ταῦθ', ἵν' ἀριστᾷς τε καὶ βινῇς ἅμα. In contextu Græco personam Chremetis statue ante initium hujus versus τὸ πρὸς etc. Faber.

473. λόγος τέ τοι etc. Pia hæc sententia, de stultis Atheniensium consiliis, ope deorum bene cadentibus, exstat in Nub. etiam 588. φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι, ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν. In hanc sententiam et Eupolis apud Athen. x. p. 425. ὦ πόλις, ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. Berg. γέ τοι Suid. et γεραιτέρων v. γεραίτερος. γέ Suid. ed. τε Ms. v. γεραιτ. τί τι Ms. μῶρα. Pors.

474. ὅσ' ἂν ἀνόητα καὶ μῶρα βουλευσώμεθα. [ὅσα μῶρα κἀνόητα βουλευσώμεθ' ἄν. Reisk. Ferendamne putas talem ταυτολογίαν in Aristophane? Mihi non sic videtur, cumque librarius Rav. proculdubio aut exararit aut certe invenerit, quanquam nonnihil fortasse depravatum, hoc: ὅσ' ἂν ἀνόητα μῶρα vel ἀνόητ' ἢ μῶρα, reposuerim equidem: ἅτ' ἂν ἀνόητα μυρία βουλευσώμεθα etc. Hotib.] Lege ob versus rationem, ὅσ' ἂν ἀνόητα μῶρα τε βουλευσώμεθα. Faber. Ad illustrationem loci hujus non parum faciunt ea, quæ notat Schol. Comici nostri ad Nub. 857. V. etiam Suid. v. γεραίτερος, ubi hic ipse locus adducitur. Cæterum versus hujus metrum, quod claudicat, recte in integrum restituit Faber. Kust. Faber μῶρά τε: sed lege ἢ μῶρα: Suid. in Γεραίτερος et Μῶρα habet χ' ἢ μῶρα. Bent. ὅσ' ἀνόητα χἠ' μ. Suid. ed. Ms. utroq. l. βουλευσώμ. Ms. μῶρα. Pors. ἀνόητα καὶ μ. Ms. Monac. Dobr. ἀνόηθ' ὅσ' ἂν καὶ μῶρα βουλευσώμεθα. Sic optime Cod. In impressis prorsus ἀμέτρως legitur, ὅσ' ἂν ἀνόητα καὶ μῶρα βουλευσώμεθα. Eandem sententiam v. Nub. 587. et Suid. in Ἀθηναίων δυσβουλία, ubi qui laudatur Eupolidis versus, est ex fragmento quod protulimus ad Ran. 733. Brunck. Ad veram scripturam ὅσ' ἂν ἀνόητ' ἢ μῶρα — ducit Cod. Rav. Monuit Reisig. i. p. x. Dind.

475. Nub. 594. ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται. Berg. ἡμῖν. ἡμῖν Ms. μῶρα. Pors. ἧμιν hic et alibi Ms. Monac. Dobr.

478-503. Variis modis hunc locum corruperunt Critici, quorum notas deinceps apponam. Dind. Videri possint hi versus respondere sibi tanquam stropha et antistropha; sed quid tunc faciemus quatuor illis, qui sequuntur? Satius igitur est, hæc omnia proodum statuere, et reliqua demum cantionis strophica. Hotib. ἆρ' ἐστὶ τῶν ἀνδρῶν τις, ἡμῖν ὅστις ἐπακολουθεῖ; (στρ. α'.) | ἔμβα, στρέφου, χώρει, σκόπει, | φύλαττε σαυτὴν ἀσφαλῶς (πολλοὶ γὰρ οἱ πανοῦργοι.) (ἀντιστρ. α'.) | μή πού τις ἐκ τοὔπισθεν ὢν τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ, | (5) ἡμῖν δ' ἂν αἰσχύνην φέροι, | πάσαισι παρὰ τοῖς ἀνδράσιν τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐλεγχθέν | πρὸς ταῦτα συστίλλου σεαυτὴν (στρ. β'.) | τῇδ' εὖ περισκοπουμένη | κἀκεῖσε καὶ τἀνδέξια, | (10) μὴ ξυμφορὰ γενήσεται· ἀλλ' ἐγκονῶμεν κ.

τ. λ. usque ad | (16) κοὐ μή τις ὄψεθ' ἡμᾶς. | (17.) χἠμῶν τὸ πρᾶγμ' ἴσως κατείπῃ (ἀντιστρ. β'.) | ἀλλ' εἶα, δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς | ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον | παραβλέπουσα θατέρᾳ, | πάλιν μετασκεύαζε σαυτὴν αὖθις ἧπερ ἦσθα· | (22) ἀλλ' ὡς μάλιστα τοῖν ποδοῖν μετ' οὐ κτύπου βάδιζε· | καὶ μὴ βράδυνε κ. τ. λ. usque ad τὸ σχῆμα τοῦτ' ἔχουσαι. V. 5. Ita Ms. Rav. v. 8. Vulgo καὶ περισκοπουμένη κἀκεῖσε καὶ τά γ' ἐκδεξιᾶς. At Bent. εὖ περ — mox Brunck. καὶ τὰ τῇδε ἐκ δεξιῶν: dein Faber καὶ τἀνδέξια. Unde reposui τῇδ' εὖ περ — κἀκεῖσε καὶ τὰ 'κδέξια. Et sane τῇδε tuetur Thesm. 666. καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. Av. 424. τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο. Cf. quoque Orest. 1259. ἐκεῖθεν ἐνθάδ' εἶτα πάλιν. V. 10. Vocem πρᾶγμα, quæ vulgo sequitur γενήσεται, trajeci ad v. 17. ubi Rav. comprobat κατείπῃ conjecturam Kust. V. 22. Hic versus vulgo sedem habet post v. 3. sic scriptus; exceptis μετ' οὐ κτύπου: quæ erui ex ἐπικτύπων. De formula loquendi οὐ κτύπος pro σιγῇ v. Valck. et Monk. ad Hipp. 196. Burges. in Classical Journal, n. xxviii. p. 226.

478. ἔμβα. Redeunt mulieres ex Concione. Berg.

481. φύλαττε σαυτήν. Male Cod. φύλασσε σεαυτήν. Brunck.

482. τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ. In Cod. verbum est simplex φυλάξῃ, omissa præpositione, quæ solemnis librariorum culpa. Brunck.

483. ἐπικτυπῶν βάδιζε. Infra 545. Berg.

484. Vulgo legitur ὑμῖν δ' αἰσχύνην φέροι, solœca phrasi, et corrupto metro. Versus est dimeter iambicus, qui saltem in Cod. rectis incedit pedibus, ἡμῖν δέ γ' αἰσχύνην φέρει. Sed vera est lectio quam reposui: ἡμῖν δ' ἂν αἰσχύνην φέροι. Omissa fuerat particula potentialis ἄν, quod centies ad minimum in his fabulis contigisse animadvertas. Brunck. ἂν om. Ms. Monac. Dobr. Ald. ἡμῖν δ': lege δέ γ' vel δ' ἄρ'. Bent.

485. τοῖς ἀνδράσιν. Vulgo claudicat versus propter omissionem ν paragogici. Brunck.

486. Hæc strophica esse, deletis, tanquam glossematibus, verbis τὸ πρᾶγμα 509. totoque versu 491., proindeque probandum non esse Valck. commentum prolatum ad Eurip. Phœn. p. 96., dubium videri cuipiam hodie vix potest. Et de verbis quidem τὸ πρᾶγμα, ex prope antecedente loco traductis, qui dicam mihi scribat, neminem facile exorturum puto; sed cur, inquies, recidendus versus 491? Aio, non strophæ tantum rationi adversari hoc quicquid est versiculi, sed etiam, quod majus, sententiam nobis falsam propinare: nam qui, quæso, unus locus dici potest, unde omnes hæ mulieres ad concionem profectæ fuerint, quæ ex tota urbe et ex agris confluxerant ad ædes Praxagoræ? v. 52, 53, 281. Imo locum, i. e. plateam, dicit chorus et domum, ubi hæc habitat, dux sua: nam illuc primum redeunt sciscitatum, quid porro faciendum sit. Cf. 513. seqq. Ista igitur ὅθεν περ ἡ στρατηγὸς etc. ad τόπον pariter atque οἰκίαν referri, cum nescio quis non advertisset, verba τοῦ τόπου stolida glossa seorsim declaranda sibi sumsit, quæ postmodo utcunque versificata est. Hotib.

487. Nemo est qui non videat ἀνακολουθίαν hic esse, et suspendi orationem. Quamobrem ex sensu et ordine partium verti, quasi legeretur: περισκόπει κινουμένη | τὰ 'κεῖσε καὶ τὰ 'κδεξιᾶς. Quod quin eruditis placeat non diffido. Faber. καὶ περισκοποῦ πάντη (aut ταύτῃ aut τῇδε) κἀκεῖσε. Reisk. Hunc et seq. versum ex præclara Valck. emendatione, prolata ad Eurip. Phœn. p. 96. exhibui. Vulgo legitur numeris prorsus corruptis: καὶ περισκοπουμένη κἀκεῖσε, καὶ τά γ' ἐκ δεξιᾶς. | μὴ ξυμφορὰ —. At in Cod. scriptum: περισκοπουμένη κἀκεῖσε καὶ τά τ' ἐκ δεξιῶν | μὴ ξυμφορὰ γένηται τὸ πρᾶγμα. Inde præeunte viro doctissimo edidi: κύκλῳ περισκοπουμένη κἀκεῖσε, καὶ τὰ τῇδε | ἐκ δεξιῶν, μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα. Optime καὶ τὰ τῇδε restitutum, revocatis tribus quæ aufugerant literis: nam primariæ etiam edd. ut Cod. habent τα τ' — non τα γ' —. Sic Thesm. 666. καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. et Av. 423. σὰ ταῦτα γὰρ δὴ πάντα, καὶ | τὸ τῇδε, καὶ τὸ κεῖσε, καὶ | τὸ δεῦρο —. Quod autem ad illud καὶ attinet, quod initio versus exhibent impressi, Cod. vero non agnoscit, ex ipsa phrasi manifestum est inepti interpolatoris esse additamentum, vel potius e genuina voce depravationem. [Nihil minus: excidit verbum, ad quod καὶ pertinet, quod etiam Reisig. i. p. xi. extr. animadvertit. Sed de toto carmine dicam in animadversionibus. Dind.] Si quid velis, quod ad illud propius accedat, pro κύκλῳ, repone ex Thesm. supra laudato versu καλῶς, cujus evanida posterior syllaba isti καὶ ortum dare potuit. Brunck. Καί: lege εὖ: et cum Fabro τἀκεῖσε καὶ τὰ 'κδεξίας. [ita Rav.] Bent. κύκλῳ — κἀκεῖσε καὶ τὰ τῇδε 'Εκ δεξιᾶς Valck. ad Eurip. Phœn. 272. [Alibi confert Av. 1196. Dobr.] Pors. τά τ' Ms. Monac. cetera ut Kust. Dobr.

490. Scal. εἶμεν. Bent.

491. ἡ στρατηγός. Praxagora. v. 246. Berg.

494. Hoc versu finitur stropha, sententia quidem imperfecta, cujus rei plura exempla v. sis ad Pac. 584. seqq. Hotib. πώγωνας ἐξηρτημένας. Verti, *barbis aptas:* quod etiamsi barbare dictum cuidam videri possit, non est. Eadem ratione apud poetam, *stellis ardentibus aptum* (stellas προσημμένας habens) quod ipsum hic intelligi debet. Faber.

495. Sic dividit Bent. Χήμῶν—εκτη | Ἀλλ'—σκιᾶς | Ἐλθ—χιον | Παρα—ρῳ | Παλ—σαυτ—ἢν—ἦσθα. [et sic Rav.] Dind.] κατόπτη. Quædam editt. κατέπτῃ. Sed neutra lectio sana est. Puto scribendum esse, κατείποι. [Sic calami, opinor, lapsu scripsit, quum vellet κατείπῃ.— Hinc Berg. "ut minus recedatur, præstat in conjunctivo κατείπῃ." Reisk. "κατείπῃ. hoc aliquanto rectius quam Kust. κατείποι." Dind.] i. e. *deferat, accuset.* V. Thes. H. Steph. [t. i. p. 1224.] in quo reperies κατειπεῖν τινος, cum genitivo, pro, *aliquem deferre,* vel *accusare.* Deinde, quæ sequuntur, ob versus rationem sic scribenda esse judico, ἀλλὰ δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς γε. Kust. Pessime vulgo e quatuor versiculis, quorum primus dimeter est catalecticus, tres alii dimetri sunt acatalecti, duas lineas fecerunt, nobisque pro versibus obtruserunt. Hic autem scriptura Cod. hæc est: χήμῶν εἴσω κατέπτη. In Ald. excusum χήμῶν ἴσως κατέπτῃ: in ed. B. Juntæ, χήμῶν ἴσω κατέπτῃ. Quod ex Kust. conjectura in textum intulit Berg., χήμῶν ἴσως κατείπῃ, ineptissimum est. Multo satius erat corruptam lectionem intactam relinquere, quam sententiam tam absurdam ingenioso Comico affingere. Levis menda cuivis paulo acutius cernenti statim in oculos incidit. Scribendum erat: χήμῶν ἔσω καταπτῇ. *et medium in nostrum agmen involet.* Brunck. Errat. ἐς ante vocalem et ἔσω non dicunt Comici: v. quæ ad Vesp. 152. dicentur. Kust. κατείπῃ confirmavit Cod. Rav. Dind. ἴσω κατέπτη Ms. Monac. Dobr.

496. Citat Suid. in Παραβλέπουσα, et 507. in Παρεγρύσασα. Bent. ἐπὶ σκιᾶς. Male Cod. ἐπὶ σκιᾷ. ἐπὶ motum ad locum significans cum genitivo construitur. Brunck.

497. τειχίον. Non temere positum. Quid sit autem proprie, docet Hes. τειχίον, Ἀττικοὶ τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις etc. Ita in hac significatione vox est Attica. Faber.

498. θἀτέρῳ. Elm. ad Ach. 828. p. 128. θἀτέρᾳ. Dind.

499. (Br.) ἧπερ ἦσθα. Male Cod. ὅπερ ἦσθα. Brunck.

502. σάκον. Σάκος apud Græcos intermedium significat, *barbam prægrandem:* unde Epicrates olim dictus fuit σακεσφόρος; ob barbæ nimirum prolixitatem: teste Schol. supra ad 71. fabulæ hujus, et Harpocr. v. Ἐπικράτης. Kust. σάκον. Schol. τὸν πώγωνα λέγει. Inde petenda origo et ratio nominis σάκανδρος, quod significat τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον. V. Lys. 824. Hinc intelligendum acumen in Frontonis Epigrammate, quod ante nos ediderant Orvil. ad Charit. p. 615. [p. 577. Lips.] et Hes. præstantissimus interpres t. ii. col. 1140. demumque post nos Toup. Cur. Nov. in Suid. p. 141. [t. iii. p. 191. Oxon.] Μέχρι τίνος πολεμεῖς μ', ὦ φίλτατε ΚΥΡΕ; τί ποιεῖς; | τὸν σὸν ΚΑΜΒΥΣΗΝ οὐκ ἐλεεῖς; λέγε μοι. | μὴ γίγνου ΜΗΔΟΣ. ΣΑΚΑΣ γὰρ ἔσῃ μετὰ μικρὸν, | καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες ΑΣΤΥΑΓΗΝ. Quidquid Toupio libeat, ita legendum est ad Vat. membranarum fidem hoc carmen. πολεμεῖς με quam bene Græce dicatur, abunde ostendit Orvil. Quia in sequenti epigrammate scripsit Fronto ποιήσει σ' ὁ χρόνος ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΝ, non inde inferri potest eum in alio carmine, diverso tempore scripto, eadem forma usum fuisse: καί σε ποιήσουσιν dant eædem membranæ, quod tam bonum est ac καὶ ποιήσουσίν σ'. Veteribus poetis haud credo vitio daturum Toup. quod formulas suas variaverint. Sumta sunt nomina propria illius carminis omnia ex Xen. Cyrop. et ad alium sensum deflexa. Μῆδος alludit ad τὸν μὴ δόντα, μὴ χαριζόμενον: nomen est gentile, cui gentile alterum opponi debet: est autem hoc Σάκας: frequens Sacarum seu Scytharum in illa historia mentio: barbari erant, horridi et inculti, barbam alentes. Eo respicit Fronto, non autem ad Sacam Astyagis pocillatorem, qui pulcher erat, Regique in deliciis. Σάκας ἔσῃ, *hispidus fies,* quod declarat sequens versiculus, καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην. Postremi nominis ratio explicata ad Lys. 152. Non aliud gentile nomen in Xen. historia reperire poterat, quod τῷ Μῆδος opponeret, et τὸ Σάκας adsumens, ad σάκος barbam manifesto respexit. Brunck.

503. Quænam sunt istæ αὗται? et quomodo πάλαι τὸ σχῆμα significet τὸ πάλαι σχῆμα, vestem solitam? Legendum esse arbitror: καίτοι γ' ἀνῆκέν σοι πάλαι τὸ σχῆμα τοῦτ' ἐχούσῃ, quamvis deceret te modo hic habitus cum eo utereris. Legitur autem vulgo non ἥκουσιν, sed ἥκουσι. [ἥκουσιν ob metrum scribendum erat. Perperam vulgo ἥκουσι. Brunck.] De verbo ἐχούσῃ fefellit librarios iotacismus, sicut et 539. Hotib. Pro ἔχουσα

Reisk. vult ἀφελοῦσαι. Dind.

508. χλαῖνα ἠνίας Λακωνικάς. Quod antea ἁπλῶς dixit Λακωνικάς. Ceterum lege χάλα τε, non χάλα. Notum est autem, in stylo grandiori, *vincla pedum* pro calceis sumi: id quod et ὑπόδημα significat. Faber. "Temere Brunck. ne admonito quidem lectore, quod in Monac. quoque Ms. repertum est χάλα, mutavit in χαλᾶτε." Reisig. i. p. 238.

513. Lege ξυνενεγκάμην, vel ξυνενέγκαμεν. Faber. Ὅθεν περ ἔλαβον et ἃ 'πηνεγκάμην aut potius ἃ 'ξηνεγκάμην, quod in lectione a Fabro in notis citata latet. Reisk. Frob. ὅθενπερ: dele περ. mox Ald. ἃ 'ξενέγκαμεν. Bent. ὅθεν περ ἔλαβον, τἄλλα θ', ἃ 'ξηνεγκάμην. (corrige typothetæ errorem ['ξενηγκ.]) Sic legendus est hic versus. ὅθεν περ ἔλαβον est in Cod. et in ed. B. Juntæ. In ea etiam, ut in Ald. est ἃ 'ξηνέγκαμεν, activa forma pro media male posita: mendosius in Cod. ἃ ξυνέκαμεν. ['ξηνέγκαμεν Ms. Monac. Dobr.] In recentioribus edd. nescio quo corruptelæ auctore, legitur: ὅθεν παρέλαβον, τἄλλα θ', ἃ 'πηνέγκαμεν. Quod hic perperam fecerunt, ut περ in præpositionem mutatum sequenti verbo jungerent, id fieri debet in Vesp. 1060. ubi pro εἴπερ ἐλαύνων legendum est εἰ παρελαύνων. Frequentes sunt ejusmodi errores. Brunck. Omittit περ ed. Kust. Ald. ἃ ξυνεγκάμην. T. Faber, ξυνενεγκάμην vel ξυνενέγκαμεν. Ed. Kust. ἃ 'πηνέγκαμεν. Legendum vix lineola mutata ἃ 'ξηνεγκάμην, i. e. ἃ ἐξηνεγκάμην. Verbum occurrit supra 76. atque ita ed. Francofurt. Ald. Pors.

514. Lege κεῖται δ' ἤδη vel δή τοι. Bent. Metrum vitiosum est: lege κεῖται δὴ πάνθ' ἅπερ εἶπας, σὸν δ' ἔργον νῦν τ' ἄλλα διδάσκειν. Faber. Hic et qui sequuntur usque ad actus finem versus tetrametri sunt anapæstici, quorum primus fractis pedibus incedebat, deficiente in priore colo syllaba: κεῖται δὴ πάνθ' ἅπερ εἶπας. Legendum ἤδη κεῖται πάνθ' ἅπερ εἶπας. Pejus in Cod. κεῖται δὲ —. Brunck. Transpositione verborum nonnisi summa necessitate compulsi utimur. Monuit passim Brunck. et recte quidem, præpositiones verbales temere vel addi vel omitti solere a librariis. Reponam igitur: κεῖται δὴ πάνθ', ἅπερ ἐξεῖπας. ἅπερ ἐξεῖπας, *quæ prolocuta es, quæ edixisti.* Hotib. Olim conjecerat Pors. κεῖται μὲν δή. Dind. κεῖται δὴ Ms. Monac. Dobr.

515. Ὅ,τι σοὶ δρῶσαι ξύμφορον ἡμεῖς δόξομεν ὀρθῶς ὑπακούειν.· [Ita recte Juntina. Cæteræ quas vidi ἐπακούειν. Berg.] Quid facientes tibi utile videamur nos alacriter obedituræ. Quis tam obscuram, tam contortam, approbet sententiam? Legendum Ὅ τι σοὶ δρώσῃ etc. Δρῶσα dicitur sola Praxagora, ἡ τὸ πρᾶγμα εὑροῦσα: ceterarum mulierum non tam est ipsas δρᾷν, quam ὀρθῶς ὑπακούειν. Sic passim scriptores, velut soli agere dicuntur actores primarii, qui alios viliores mercede conducebant. V. C. A. Bœttigeri Prolusio de 4. ætatibus rei scenicæ apud veteres, ed. 1798. Hotib.

516. ξυμμίξασ' οἶδα. Sic Cod. et edd. septem primariæ. In Frob. primum, typothetæ, ut videtur, errore, excusum fuit ξυμμίξας, masculino genere pro feminino. Suid. Ξυμμίξασα; ξυντυχοῦσα, οὐδὲ μιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σου ξυμμίξασα οἶδα γυναικί. Nec ulla vetere inspecta ed. nec Suid. consulto, monuerat Faber., [Mulier loquitur; quare lege συμμίξασ' οἶδα. Et ita in quibusdam editionibus legitur. Lege etiam οὐκ οἶδα. Faber. Cf. Valck. ad Herodot. ii. 64.] ξυμμίξασ' in feminino scribendum esse. At Kust. nec Fabri, nec Suid. sui, nec veterum edd. ullam rationem habuit, et sicco pede mendam transiit. Sinceram scripturam scite revocavit Berg. ut et eam restituendam esse monuerat Dawes. [M. p. 310. (547. Kidd.)] et Toup. [in Suid. t. i. p. 423.] Nollem Th. Burges. ea scripsisse quæ in Dawes. emendationem adnotavit. ξυμμίξας solœcismus est nullo exemplo defendendus. Brunck. F. συμμίξασ'. sæpe tamen chorus mulierum de se in genere masculino loquitur. Reisk. ξυμμίξασ' edd. Ald. Wech. Bas. 1532. Suid. v. ξυμμίξασ', probantibus Dawes. Misc. Crit. p. 317. Valck. ad Herodot. ii. 64. Toup. in Suid. ii. p. 162. et ita T. Faber. Pors.

518. ξυμβούλοισιν ἁπάσαις ὑμῖν. Sic quidem libri omnes: vitium tamen est in hac lectione. Solutos pedes amare versum anapæsticum norunt tirones, vitaruntque poetæ, quantum fieri potuit, cæsuram post secundum pedem. Scripserat Comicus: ξυμβούλοισιν πάσαις ὑμῖν —. Brunck. cui assentitur Pors. Præf. ad Hec. p. lxii. ed. Lips. ἁπάσαις jure defendunt Herman. Elem. doctr. metr. p. 401. et Reisig. i. p. 173., hic etiam Monac. libri auctoritate. Dind. Lege χρήσωμαι. Bent. L. χρήσωμαι. Pors. ἡμῖν Ms. Monac. Dobr.

520. ὁ ἀνὴρ præf. Ms. Monac. Dobr.

521. ὡς εὐηθικῶς. Hæc verba recte viro continuantur in Cod. Brunck.

522. περί του μοιχοῦ. Perperam vulgo περὶ τοῦ μοιχοῦ, diverso et perquam absurdo sensu. Brunck. ἐνὸς Ms. Monac. recentioris. Dobr.

526. οὐ δῆ τάλαιν' ἔγωγε. οὐ δῆτα, τάλαν, ἔγωγε. aut saltem οὐ δῆτα, τάλαιν', ἔγωγε. Reisk. πῶς οὖν ὄρθριον ᾤχου σὺ καὶ πῇ; Sic Cod. optime. Tres ultimæ voculæ in unam coaluerant in Ald. Cod. nisi ipsius Aldi interpolatio est, σιωπῇ. In ed. B. Juntæ est ᾤχουσι πῇ — θοιμάτιον λαβοῦσά μοι. Sic libri omnes. At hic mallem λαβοῦσά μου [quod c. Rav. confirmat]. Brunck. Recte σιωπῇ e Cod. Rav. revocatum. V. Reisig. i. p. xii. Dind. Lege μοῦ [ita Rav.] Bent. μοι Ms. Monac. Dobr.

527. Lege μοῦ [ita Rav.]. Bent. μοι Ms. Monac. Dobr.

528. γυνή μέ τις — μετεπέμψατ' ὠδίνουσα. Alciphron. Epist. 28. lib. i. ὠδίνουσά με ἀρτίως ἥκειν ὡς ἑαυτὴν ἡ τοῦ γείτονος μετέπεμψε γυνή. Berg.

530. τῆς λεχοῦς δ' ἦν φροντίσαι. Sic Cod. Vim et venustatem habet istud ἦν quod mulier marito regerit. Vulgo τῆς λεχοῦς δ' οὐ φροντίσαι — cum interrogatione. Brunck. Vulgata scriptura recte e Rav. revocata. V. Reisig. i. p. xii. Dind. φράσουσαν Ms. Monac. Dobr.

532. Numeri innumeri. Reponas licet ἐνταυθί. Hotib. μὰ τὼ θεώ. V. nos supra ad 155. Kust.

534. μετῆλθε. Id est, *accersitum venit.* Sic enim scribendum est pro μεθῆκε, quod omnes, quas vidi, edd. priores habent. Kust. μεθῆκε. *Accersiit,* sive *accersitum venit,* a μεθήκω· quod occurrit in Eqq. 933. ubi v. Notam. Est etiam μεθῆκε a μεθίημι. ut apud Synes. Epist. 4. μεθῆκεν οὖν ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον· Sed istud est in tempore perfecto, alterum autem in imperfecto. Nempe μεθῆκον, *accersebam:* μεθῆκα, *dimisi.* Berg. μετῆλθε Kust. improbante Markl. ad Eurip. Suppl. 670. Pors.

536. An ἐπιβαλοῦσα? Bent. ἐπιλαβοῦσα. Me imprudente et invito menda hæc e prioribus edd. irrepsit. Nemo non videt legendum esse ἐπιβαλοῦσα, [Sic jam Faber. ἐπιβαλ. τε τοὔγκ. Kust. Dind.] quod in versione expressi. Sic etiam est in Cod. ubi hic versus sic scriptus conspicitur: ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασ' ἐπιβαλοῦσα τοῦ κύκλου. In primariis edd. est ἐπιλαβοῦσα τοὔγκυκλον, sine copula, quæ in recentioribus inserta fuit. Mulier sumta mariti veste, ei pallam suam reliquerat, qua indutus ille prodiit in scenam. V. 331. Miror œconomiam fabulæ non melius perspectam fuisse Fabro, qui locum hunc inepte vertit. Brunck.

537. προκείμενον. Mortuum, νεκρόν. Schol. Pers. Satyr. iii. 'beatulus alto compositus lecto.' Virg. [Æn. ii. 644.] 'At vos sic positum affati discedite corpus.' Locus quidam in eam rem est apud Lucian. in Timone: ut et de corona mortuorum. Faber. Verbum προκεῖσθαι de mortuo occurrit etiam in Av. 474. τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον. Res ipsa dicebatur πρόθεσις· Latine collocatio. Berg. Citat Suid. in Ὤιχου. Bent.

538. στεφανώσασ'. Mortui nimirum olim coronari solebant: de quo more v. præter alios Meurs. ad Lycophron. 799. Kust. Hæc etiam ad mortuos pertinent. Corona et ampulla cum unguentis. Infra 1032. ad vetulam sepulchro maturam: καὶ ταινίωσαι, καὶ παράθου τὰς ληκύθους. Berg. Mortui coronabantur. Eurip. in Phœn. 1626. ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ Ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται. Id. Vitiosam Ms. Monac. scripturam λύκηθον commemorat Reisig. i. p. 139. Dind.

540. ἵν' ἀλεαίνοιμι. Priores edd. corrupte habent ἵνα λεαίνοιμι: prout etiam legit vetus Schol., qui τὸ λεαίνοιμι exponit, θερμαίνοιμι. Sed veram lectionem nunc primum Comico nostro restituimus; quam etiam agnoscit Suid. v. ἀλεαίνοιμι [et Zonar. i. 135.], vocem illam recte exponens, θερμάνοιμην, i. e. *calefierem.* Kust. Add. Phryn. Bekk. i. 14. 24. ubi ἀλεαίνοιμι sine auctoris nomine affertur. Hinc quod ibid. 376, 1. ἀλέοιμι ex Aristoph. citatur, quomodo corrigendum sit apparet. Integer versus ibid. 381, 25. sic scriptus affertur: οὐκοῦν ἵν' ἀλεαίνοιμι, τοῦτ' ἠμπεσχόμην. Dind. Frob. ἵνα λεαίνοιμι: lege ἵν' ἀλεαίνοιμι B. [fortasse ed. B. Juntæ: sed v. ad 888.] v. Suid. Ἀλεαίνοιμι: qui ita legit. Bent. ἵν' ἀλεαίνοιμι edidit Kust. ex Suid. v. ἀλεαίνοιμι. Pors. ἵνα λ. Ms. Monac. Dobr.

543. ᾤχοντο μετὰ σοῦ καὶ κατά τι. Faber recte monuit, et sensus et metri gratia omittendam hic esse particulam καί. Cæterum in ed. Paris. legitur, μετὰ σοῦ κᾆτι χ' ἡ βακτηρία: corrupte quidem, sed quod non difficulter sic emendare possis, μετὰ σοῦ κᾆτι (pro καὶ ἔτι, *et præterea*) χ' ἡ βακτηρία. Kust. κᾆτι χ' ἡ βακτηρία. Sic legendum esse perite vidit Kust. In Cod. scriptum est: μετὰ σοῦ. κᾆστι χὴ βακτηρία. Inde depravata est B. Juntæ lectio, κᾆστιχ' ἡ βακτηρία. [Ita etiam Farr., et Brub. potestque excusari, ut sit pro καὶ ἔστιχε ἡ — a στείχω, *incedo, eo.* simul alludendo ad præteritum perf. verbi στίζω, quia τῇ βακτηρίᾳ στίζεσθαι dicitur. Ald. καὶ κατίσχ' ἡ, quod sensui et metro repugnat. Ed. Nup. καὶ κατά τι χ' ἡ, quod metro repugnat et coactum est. Cl. Kust. conjectura κᾆτι χ' ἡ, tolerabilis. Berg.] In vetustissimis Codd. sic exa-

ratum erat ΚΑΙΤΙΧΗ — ι in σ mutatum fuit, κἄστι pro κᾆτι. Depravatissima est Ald. ed. lectio: μετὰ σοῦ καὶ κατίσχ' ἡ βακτηρία. Brunck. Veram lectionem, dudum a Fabro restitutam, e Rav. dedit Inv. Dind. Dele καὶ [et sic Rav.]: Ald. καὶ κατίσχ' ἡ Gry. κἄστὶ χῆ. Bent. Delet καὶ T. Faber. κᾆτι χ' ἡ β. Kust. sequente Toup. in Suid. iii. p. 56. Fabro vero assentiente Cur. Noviss. in Suid. p. 88. [V. Pors. ibid. p. 503.] Pors. κατίσχ' ἡ Ms. Monac. Dobr.

547. ἐκτέα, ὃν χρῆν. In Cod. ἐκτέον ὃ χρῆν. Inusitata forma est ἐκτέον pro ἐκτεύς. At compositum ἡμιεκτέον in usu est. V. Nub. 645. Brunck.

550. Βλ. ἡ 'κκλησία. Πρ. μὰ Δί' ἀλλ' ἔγωγ' ᾠχόμην. | ἀτὰρ γεγένηται; Βλ. ναὶ μὰ Δί' οὐκ ᾔδεισθά με | φράσαντά σοι χθές; Hi versus plurifariam laborant. Nam personæ male distinctæ sunt. Praxagora fatetur hic, se ivisse ad concionem, quod tamen non debuit, nec etiam fecit; se enim ad puerperam quandam ivisse dictitavit; unde fingit ignorare se quæ in eo conventu decreta erant. Deinde hic versus laborat: ἡ 'κκλησία, etc. Quamobrem sic distingue et corrige, ἡ 'κκλησία. Πρ. μὰ Δί'. Βλ. ἀλλ' ἐγὼ γοῦν ᾠχόμην. | Πρ. ἀτὰρ γεγένηται; Βλ. ναὶ μὰ Δί', οὐκ ᾔδεισθά με etc. Verte igitur: *Verum ego illuc ivissem.* Faber. Nec metrum nec sensus constat. Ed. Farr. μὰ Δί' ἀλλ' ἔφην ἔγωγ' ᾠχόμην. quæ lectio viam videtur sternere ad emendationem: si enim scribas levissima mutatione, μὰ Δί' ἀλλ' ἐφ' ἣν ἔγωγ' ᾠκόμην, sensus fit planus; non minus tamen laborante adhuc metro; de quo sanando cogitandum: sensus autem est talis. Cum Vir interrogasset: num concio peperisset masculum infantem? uxor ejus dicit: *non certe, sed illa mulier, ad quam abieram.* Berg. μὰ Δία, λεχὼ δ' οἷ (vel οὗ) ᾠχόμην. *non concio, sed puerpera, ad quam abii.* ἀτὰρ τί γεγένηται? *at quid tamen accidit?* Reisk. Ald. ἔφην ἔγωγ' ᾠχόμην: lege ἐφ' ἣν ἐγὼ 'χόμην [ita Rav.] B. et Gry. ἐφ' ἣν [De isto B. v. ad 540.]. Bent. μὰ Δί', ἀλλ' ἐφ' ἥνπερ ᾠχόμην. Vulgo legitur sententia nulla et corrupto metro: μὰ Δί', ἀλλ' ἔγωγ' ᾠχόμην. In Cod. sic scriptum: μὰ Δί', ἀλλ' ἐφ' ἣν 'γώ γ' ᾠχόμην. Inde, ni fallor, veram poetæ manum restitui. In primariis edd. est: μὰ Δί' ἀλλ' ἔφην ἔγωγ' ᾠχόμην. A mala manu est pronomen illud personale, quod nullo pacto versui aptari potest, et sensui prorsus est inutile. Brunck. Fallitur. Rav. ἀλλ' ἐφ' ἣν ἐγ' ᾠχόμην (ut in Nub. 1363. κᾆγ' οὐκ ἔτ'), ex quo sponte prodit crasis ἐγᾠχόμην. Et sic scriptum citavit Reisig. i. p. 309. Dind. ἔγωγ' Ms. Monac. Dobr.

551. ἀτὰρ γεγένηται; Nempe ut perierit sextarius tritici. Berg. ᾔδησθα. Vulgo ᾔδεισθα. Att. formam revocavi. Auctor Etym. M. p. 420. l. 12. ᾔδεισθα. τὸ κοινότερον διὰ τοῦ ε· τὸ δὲ 'Αττικώτερον, διὰ τοῦ η, ᾔδησθα. Εὔπολις. V. eruditam Valck. notam ad Iliad. xxii. 280. [in Opusc. t. ii. p. 58. ed. Erfurdt.] Brunck. ᾔδεισθά Ms. Monac. Dobr.

554. κάθησο τοίνυν σηπίας μασωμένη. Sensus est: Sede et in posterum laute et beate vivito; Tibi enim magnum imperium paratum video. Sepiæ igitur iis temporibus majoris fiebant quam hodie sint, (v. Athen. [t. iii. p. 187. sqq.]) aut lautius condiebant; nam malim me coria edere, quam ejusmodi piscem. Faber. Suid. hunc locum exponit per τρυφᾷν, ut notavit Bisetus. Berg. Frob. κάθισο. Scal. κάθησο. Bent. κάθησο Kust. κάθησον — μασώμενος (vel μασσώμ.) Ms. Suid. σηπία. Ed. Med. κάθησο v. σηπείας μασσώμενος. Pors.

555. ὑμῖν δέ. *Vobis enim.* Berg. παραδιδόσθαι Ms. Monac. Dobr.

556. τίνων; Sic bene Cod. et ed. B. Juntæ. Vulgo τίνος. Brunck. τινος Ms. Monac. Dobr.

557. κατὰ πόλιν. Perperam Cod. κατὰ τὴν πόλιν. Brunck. Cf. Schæf. ad Soph. t. i. p. 254. Dind.

558. μακάρια γὰρ etc. In Gr. *Beata enim erit civitas.* Quo loco γὰρ παρέλκει ut supra [367.]: οὐδ' ἐγὼ γὰρ τὰς ἐμὰς Λακωνικάς. Ubi videri poterat legendum γε non γάρ; sed alibi ita Aristoph. ita et Terent. Plautusque sexcentis locis eadem particula utuntur. Faber. Pro vulgato γὰρ dedi γ' ἄρ' —. Brunck. Pessime. V. Herman. ad Orphica p. 216. Lobeck. ad Ajac. p. 302. Notavit etiam Reisig. i. p. vii. Vitium a Brunck. hic illatum supra 205. recte sustulit Both. Dind.

559. Hic versus et sequens in Cod. omissi. Causa manifesta. Brunck.

561. F. οὐδαμοῦ καταμαρτυρεῖν. Reisk.

563. μηδ' ἀφέλῃς μου τὸν βίον. Innuit Blepyrus his malis artibus se sibi victum parare. Faber. Soph. Philoct. 930. πρὸς θεῶν πατρῴων τὸν βίον μή μ' ἀφέλῃς. Berg.

564. Hunc versum ut et 568. alii viro tribuunt, cujus non video quænam hic esse possint partes, nec cui rei in scenam induceretur. Eos ego Choro tribuo. Brunck. [Sequutus est Inv.] ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν. Verti, *o mi homo.* Sic Homer. sexcentis locis. Faber. Praxagoræ Ms. Monac. Dobr.

567. μὴ 'νεχυραζόμενον φέρειν. Mallem ἐνεχυρασόμενον. Sensus autem est: Nec

quemquam portare res suas tanquam eas oppigneraturum. Nub. 240. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. Eccl. 755. ἦ φέρεις ἐνέχυρα θήσων (αὐθά); Berg.

568. ἄλλος ἄν. præf. Ms. Monac. Dobr.

569. Locus huic germanus ἐν Νεφέλαις [1342. Br.]: ὥστε γε οὐδ' αὐτὸς ἀκροασάμενος, οὐδὲν ἀντερεῖς. Faber. ὥστ' ἔμοιγε. Ita recte edd. pristinæ; non ὥστε μοί γε. Berg. Scilicet Kust. dederat ὥστε μοί γε, quod habet pars veterum edd. ὥστ' ἔμοι γε etiam Reisk. Dind. ὥστ' ἐμοί σε μαρτυρεῖν. Ad Chorum pertinet pronomen σε, ad Blepyrum autem τοῦτον, v. sq. Vulgo legitur ὥστ' ἔμοιγε. Longe diversa est Cod. scriptura ἀλλ' ἀποφανῶ τόνδ'. ὅστις ἄν μοι μαρτυρῇ. Facile commutantur γε et σε: versu abhinc secundo, ubi in impressis bene legitur δεῖ σε, Cod. habet δεῖ γε. Brunck. ὅστις γε μοι Ms. Monac. Dobr. ὥστ' ἔμοιγε recte ed. Ald. Francofurt. Pors.

571. Congeram in hanc notam incredibilium errorum farraginem. — "Hæc quoque interpretamentis nonnullis corruptelisque lectionum inquinata sunt: nam versui 2 strophæ interposito γε, quod vulgò abest, succurrendum erat; 3 vulgo mancus est, exarato ταῖσι pro ταύταισι. Porro legitur κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτ. ἔρχεται, ut sæpe δὲ et γὰρ inter se commutantur, numeris quidem perversis. Τῷ πολίτην adscriptum δῆμον, quod miror ferre diu potuisse viros doctos; exaratum quoque in vulgatis versu invito ἐπαγλαϊοῦσα et μυρίαισιν εὐτυχίαισι βίου, δηλοῦν, ὅ τι etc. quo loco Ms. Rav. μυρ. ὠφελίαισι β.: scires, utrumque nomen esse additititium, reponendumque esse μυρίοις. Et hæc quidem in stropha. Antistrophæ versus 2 et 3 Brunck. propemodum restituit, quanquam ratione horum metrica non perspecta. Sed τῷ εἰρημένα adhuc nescio cujus interpolatoris adsutus habetur pannus, πω πρότερον, et pro μ. γ. ἂν τὰ π. π. θεώμενοι, quod sententiam haud minus quam versum juvat, ἀμέτρως in vulgatis legitur: μ. γάρ, ἢν τὰ π. π. θεῶνται. μισοῦσι γὰρ ἄν, solent odisse. Sic itaque scribendus locus: (στρ.) Νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὰν φρένα (glycon.) | Καὶ φιλόσοφόν γ' ἐγείρειν (anacreont.) | Φροντίδ', ἐπισταμένην ταύ- (dactylic. trim.) | ταισι φίλαις ἀμύνειν. (anacreont.) | Κοινῇ δ' ἔρχετ' ἐπ' εὐτυχίαισι (anapæst. dim.) | Γνώμης ἐπίνοια, πολίτην (anapæst. parœm.) | 'Αγλαϊοῦσα μυρίοις, (troch. dim. catal.) | (ἀντιστρ.) "Οττι περ καιρὸς δύναται. | Δεῖται γάρ τι σοφοῦ 'ξευ- | ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. | 'Αλλὰ μόνον πέραινε | Μήτε δεδραμένα, μήτ' εἰρημένα· | Μισοῦσι γὰρ ἂν τὰ παλαιὰ | Πολλάκις θεώμενοι. Anacreonteos diversarum formarum versus invicem sibi respondere, demonstravimus ad Vesp. 278. De non finita sententia in extrema stropha v. ad Pac. 584." Hotib. (" στρ.) Νῦν δεῖ σοί γε πυκνὰν φρένα | καὶ φιλόσοφον γλῶτταν ἐγείρειν | φροντίδ' ἐπισταμένην ταῖσι φίλαισιν ἀμύ- | νειν κοινῇ ἐπ' ὠφελίαις· | δηλοῦν δ', ὅτι περ δύνασαι, (5) | καιρός· ἔρχεται 'πίνοια | δῆμον ἐπαγλαϊοῦσα πολίτην. | (ἀντ.) δεῖται κάρτα σοφοῦ τινὸς (8) | ἐξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. | ἀλλὰ πέραινε μόνον μήτε δεδραμένα μήτ' | εἰρημένα πω πρότερον | μισοῦσι γάρ, ἢν τὰ παλαί- | ων γε πολλάκις θεῶνται, | μυρίαισιν βίου εὐτυχίαισι. (14) V. 1. Vulgo δὴ δεῖ σε. Ms. δὴ δεῖ γε. V. 2. Huc retuli γλώττης, in γλῶτταν mutatum, quod vulgo legitur (nam Brunck. edidit γνώμης) ante ἐπίνοια. ib. φιλόσοφον primam producit jure metri Anapæstici. V. 4. Vulgo hic γὰρ ἐπ' εὐτυχίαις et in v. 14. εὐτυχίαισι βίου: ubi tamen Rav. ὠφελίαισι. verum illa varia lectio pertinet ad locum priorem — ut liquet ex isto γὰρ — nato scilicet e γρ. i. e. γράφεται: v. Schow. ad Hes. p. 111. V. 5. Vulgo δύναται· at sententiæ nexus postulat δύνασαι. V. 8. Ms. γάρ τοι: inde erui κάρτα: quod sæpe corrumpitur. Hoc carmen esse antistrophicum voluit et Hotib. cujus tamen ratio ordinandi, ni fallor, paucis probabitur." G. Burges. in Classical Journal, n. xxviii. p. 227. Antistrophicam responsionem huic carmini nuper restitui voluit Reisig. in Syntagm. critico, quod supra ad 433. commemoravi, p. 4. sqq. hoc modo: "(α.) Νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόσοφον ἐγείρειν | (α.) φροντίδ' ἐπισταμένην ἐπὶ ταῖσι φίλαισιν ἀμύνειν. | (β.) κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτυχίαισιν ἔρχεται γνώ- | μης ἐπίνοια πόλιν | (β.) πάνδημον ἐπαγλαϊοῦσα μυρίαισιν | ὠφελίαισι βίου | ἐπῳδός. δηλοῦν ὅ,τι περ δύναται, καιρός. | (Α'.) δεῖται γάρ τι σοφοῦ τινος ἐξευ- | ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. | (Β'.) ἀλλὰ πέραινε μόνον | (Β'.) μήτε δεδραμένα πω | (Α'.) μήτ' εἰρημένα πω πρότερον, μι- | σοῦσι γὰρ ἢν τὰ παλαιὰ | ἐπῳδός. πολλάκις θεῶνται. Ita habemus duo systemata α'. α'. β'. β'. ἐπῳδὸς Α'. Β'. Β'. Α'. ἐπῳδός." Hæc Reisig.

Meliorem versuum distinctionem conservavit liber Rav. aliquot scripturæ vitia tollenda restant. Initium carminis diu est quum sic correxi: νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόδημον ἐγείρειν | φροντίδ' ἐπισταμένην ταῖς σαῖσι φίλαισιν ἀμύνειν. Et φιλόδημον non displicuit Hermanno in censura libelli Reisig. quæ inserta est

Diariis Lips. a. 1818. n. 121., ubi Vir Summus hoc carmen sic emendavit: νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόδημον ἐγείρειν | φροντίδ' ἐπισταμένην | ταῖσι φίλαισιν ἀμύνειν. | κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτυχίαισιν | ἔρχεται γλώττης ἐπίνοια, πολίτην | δῆμον ἐπαγλαΐζουσα | μυρίαισιν ὠφελίαισι βίου, δη- | λοῦν ὅ τι περ δύναται. καιρὸς δέ· δεῖται γάρ τι σοφοῦ τινὸς ἐξευ- | ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. | ἀλλὰ πέραινε μόνον | μήτε δεδραμένα, μήτ' εἰ- | ρημένα πω πρότερον. μι- | σοῦσι γάρ, ἢν τὰ παλαιὰ | πολλάκις θεῶνται. | ταῖς σαῖσι enim non putat necessarium esse. Dind. πυκνάν. Doricam formam non agnoscit Cod. in quo scriptum δεῖ γε πυκνήν. Postremum hoc recipi debebat. Brunck. πυκνὴν etiam B. Junt. et Gormontium habere adnotavit Reisig. Idem pronunciari vult φιλόσοπφον, quod in scena Attica fieri non potest. Dind.

573. κοινῇ etc. Paulo intricatiora hæc sunt, et, quemadmodum in choris assolet, attonita: nam quibusdam choris id peculiare est, ut obscuritate utantur. Qualis propemodum in Prophetis Hebræorum, et iis qui divino spiritu correpti creduntur. Quamobrem nullibi minus suas leges servat oratio: ita omnia rursum prorsum feruntur, aguntur; nam et character mutatur; et sensus grandiores, et audaciores nimio in iis occurrunt, etc. Id a magistris artis tractatum est: quamobrem actum ne agamus aliud agamus. Faber. Num κοινῆς (id est κοιναῖς) sed et alterum potest explicari, licet non tam commode. Reisk.

574. γνώμης ἐπίνοια. Vulgo γλώττης. Nomina ista facile permutantur. V. Markland. ad Eurip. Suppl. 547. et not. ad Ran. 355. Brunck. γλώττης, quum de muliere sermo sit, multo aptius esse recte monet Herman. Dind. γνώμης Markl. ad Eurip. Suppl. 547. Pors.

575. Recte e Rav. ὠφελίαισι repositum. Reisig. de hac forma affert Etym. M. 462, 20. Alphei Epigr. II. v. 6. Deinde Reisk. βίου. δηλοῦν θ' ὅτι. legi vult. Dind. εὐτυχίαισι Ms. Monac. Dobr.

577. Vulgo sic legitur hic versus, quem frustra pro tetrametro anapæstico aliquis venditaret: δεῖται γάρ τοιγε σοφοῦ τινος ἐξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. In Cod. scriptum γάρ τοι σοφοῦ. Inde recisa inutili voce τινὸς et mutato τοι in τι, quorum alterum quam sæpe in alterius locum irrepserit, tironibus notum, pulcher emergit hexameter heroicus: δεῖται γάρ τι σοφοῦ 'ξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν. Brunck. τι pro τοί γε. Pors. In ἐξευρήματος Ms. Monac. linea per ἐξ ducta, forsan syllabam damnans. Dobr.

578. πέραινε. Æsch. in Pers. 701. εἰπὲ καὶ πέραινε ταῦτα. Eurip. in Ion. 1348. λέγε, πέραινε σοὺς λόγους et apud Comicum aliquoties. Berg.

581. ἀλλ' οὐ μέλλειν ἀλλ' ἅπτεσθαι. Καὶ δὴ χρῆν ταῖς διανοίαις. [ἅπτεσθαι κἀπιχειρεῖν ταῖς διανοίαις. Reisk.] Quia interpunctio non placuerat, neque solitarium illud χρῆν ταῖς διανοίαις, etc. verti ego quasi legeretur, ἀλλ' οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἅπτεσθαι καὶ δὴ χρῆν τῆς διανοίας. [Brunck. e Cod. suo χρὴ dedit. Dind. Faber malebat τῆς διανοίας. recte: sive τῶν διανοιῶν. Berg.] Quod placeat nec ne, tuum erit arbitrium: sed non omnem lectorem, etc. at eum modo qui sit κρόταλον, τρίμμα, παιπάλη etc. Faber. Lege ἀλλὰ πετέσθαι v. Lys. 55. [et 321. πέτου sed ἅπτεσθαι stare potest; nam] Faber τῆς διανοίας. recte. Bent. χρῆν Ms. Monac. Dobr.

582. ὡς τὸ ταχύνειν etc. Contra Eurip. in Phœn. 455. ἐπίσχες, οὔτι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει. βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν. Berg. χαρίτων μετέχει πλεῖστον. Subauditur μέρος, qua ellipsi nihil frequentius. Alibi id nomen expressum occurrit. Plenam locutionem observes in Pl. 226. ἡμῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ πλούτου μέρος. Ran. 335. φιλοπαίγμονα τιμάν, | χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν | μέρος. Qui locus nostro simillimus. Idcirco minime necesse est πλείστων legere, ut placet Toup. ad Suid. iii. 228. [t. ii. p. 276. Oxon.] Brunck. πλείστων Toup. in Suid. iii. p. 228. sed nihil opus. Thucyd. i. 84. αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει. Subintelligitur scilicet μέρος. Ran. 337. χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν μέρος, quæ vulgatam satis firmant. Obiter moneam locum Aristoph. Dætaleusi, ut citatur a Phot. recte legi, ταχὺ νῦν πέτου, non Toup. τάχυνον. [V. Append. ad Toup. p. 477.] Pors. V. Schæf. ad Bos. Ell. p. 279. etc. Dind.

583. Veterum edd. interpunctionem: καὶ μὴν ὅτι μὲν χρηστὰ διδάξω πιστεύω· τοὺς δὲ θεατάς, | εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν, καὶ μὴ τοῖς ἤθεσι λίαν | τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ', ὃ μάλιστα δέδοικα. revocandam esse recte monet Reisig. i. p. 179. Dind. τοὺς δέ. Ita edd. pristinæ; nupera τούσδε, quod disperdit sensum. Berg. Gry. τόνδ' οὐδ' [ita B. Junt. et Mss.]. Bent.

584. τοῖς ἤθεσι. Nunc de rebus usitatis, et passive, ut τὰ εἰωθότα in Ran. i. Alias plerumque de personis ambo ista, et active. Berg. τοῖς ἤθεσι λίαν τοῖς ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν. Vel cœco apparet sic legendum esse. Mendose vulgo: τοῖς ἤθεσι λίαν, τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν. In Cod. co-

pula non est: τοῖς ἠθάσι λίαν τοῖς ἀρχαίοις — et super ἠθάσι scriptum ab eadem manu pro diversa lectione, γρ. ἤθεσι. Istud ἠθάσι librarii errore primum invectum fuit. Brunck. Fallitur: recte dicitur τοῖς ἠθάσι. V. Pors. ad Eur. Orest. 264. Lobeck. ad Ajac. p. 270. Buttm. Gr. Gr. t. i. p. 259. qui tacite τοῖς τ' ἠθάσι τοῖς τ' ἀρχαίοις scripsit. Dind. ἤθασι Ms. Monac. Dobr.

586. περὶ μέν. Supra etiam 220. tangit libidinem novandi in Atheniensibus: ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις — οὐκ ἂν ἐσώζετο, εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο. Berg.

587. ἐστι menda est priorum editionum, quæ me imprudente relicta est. Scr. ἐστιν. Brunck. Citat Suid. v. ἀντ' ἄλλης, monente Toup. Epist. Crit. p. 27. Pors.

589. ἐπίστασθαι. Elm. ad Eurip. Med. p. 120. ἐπιστῆσαι. — φράζοντος ἀκοῦσαι. Neminem turbet quod genus mutarit (quippe φραζούσης ἀκοῦσαι, dicere debuerat:) virum assimulat Praxagora, et ἀνδριστὶ loquitur. Faber. Hoc dicit tanquam sententiam generalem, oratori esse auscultandum; itaque in masculino genere loquitur, licet ipsa sit fœmina. Berg.

590. μετέχοντες Ms. Monac. Dobr.

592. μηδὲ ταφῆναι. Plut. 556. εἰ φεισάμενος καὶ μοχθήσας καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. Berg. V. Plut. 556. Æschin. p. 47. [ed. Taylor. = 14, 13. H. Steph. In marg. 1532. addit Demosth. Mid. p. 125, 18. Tayl. = 349, 9. ed. Par. 549, 12. Reisk. Dobr.] Pors.

593. Observa, ἀνδράποδον, mancipium est: ἀκόλουθος fere talis est, qualis apud nos servi conductitii. Emenda versum, et lege τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ. Faber. Cogitavi aliquando ἀκολουθεῖν. Si vulgata manet, debet τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ legi. Dio Chrysost. p. 486. d. [t. ii. p. 159. ed. Reisk.] οὐ μόνον ἄοικος καὶ ἀνέστιος, ἀλλὰ μηδὲ ἀκόλουθον ἕνα γοῦν ἐπαγόμενος. Reisk. τὸν δ' ἀκολούθῳ. Et sensus et metrum manifesto laborant: quod miror ab interpretibus non fuisse monitum. Certum enim est scribendum esse, τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ: i. e. *ne uno quidem pedissequo*. Faber vertit, *uno pedissequo*: ut legisse videatur, τὸν δ' ἑνί γ' ἀκολούθῳ. At nostram lectionem sensui loci hujus melius convenire quis non videt? Opponit enim hic poeta hominibus ditissimis homines extreme pauperes; de quibus nimirum in versu præcedenti dixerat, eos ne quidem relinquere, unde sepeliri queant. Tales igitur homines probabilius ... nullum habere pedissequum, quam ...um. Kust. Kust. non inspexerat Fa... Dind. τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ. Sic bene edidit B. Junt. In Cod. τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθοις. In ceteris edd. est τὸν δ' ἀκολούθῳ, claudicante versu, sententiaque minus bona. Depravatam lectionem, cujus tamen vitium sensit, in versione expressit Faber: *illum autem uno pedisequo*. Nos vero: *illum autem ne pedisequum quidem habere*. Brunck. οὐδ' om. Ms. Monac. Dobr.

595. Legendum πρότερός μου. Sin minus; istud μοι erit dativus Atticus; qui quid sit norunt qui Plaut. et Terentium norunt. Is dativus cum κατεδεῖ debet jungi, et erit παρέλκον. Hoc autem, ut obiter explicem, Praxagora dixit, intempestive a Blepyro interpellata, contra quam vetuerat; quippe supra prædixerat (ne quis nescius esset) [619.] μὴ νῦν πρότερον μηδεὶς ὑμῶν ἀντείπῃ etc. Quamobrem cum ille rogasset: Quid inter nos erit commune? σπέλεθος, inquit illa. Quod is miratus, ait, τῶν σπελέθων κοινωνοῦμεν? Illa autem subjicit: Id eo dixi, quod me interpellaris: sed aliud longe dictura fueram, nempe, τὴν γῆν πρώτιστα etc. Ceterum quando de re stercoraria dicendum est, σπέλεθον grammatici vertunt κόπρον; quod non proprie Latine diceres. Sed in veteri Glossario, quo quondam usus est I. Scal. legitur σπέλεθος, *struntus*; quod an Latinum sit nescio. Gallice nomen respondet. Intelligo autem rotundiora stercora. Quare cum Schol. σπέλεθον per κόπρον explicant, non satis explicant. Faber. κατεδεῖ σπέλεθον πρότερός μου. Sic in Cod. scriptum, ut legendum esse conjecerat Faber; non, ut vulgo, μοι. Proverbialis locutio esse videtur in eos qui loquentem intempestive interpellant. Levis menda hic est in accentu. Libri omnes habent κατεδεῖ. Oportuit κατέδει. [κατεδεῖ defendit Sch. Not. in Athen. t. vi. p. 362. Meliora nota ex Hermanni libro de em. rat. Gr. Gr. p. 276. Dind.] Atticis ἔδομαι futurum est, cujus secunda est ἔδει, κατέδει. Phryn. βρώσομαι, κακῶς ὁ Φαβωρῖνος. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔδομαι καὶ κατέδομαι χρῶνται. Auctor Etym. M. p. 786. l. 23. φάγομαι — ὁ μέσος μέλλων β' φαγοῦμαι ὤφειλεν εἶναι. ἀλλὰ σεσημείωται τὸ φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι. Brunck. Lege μου. Bent. κατεδεῖ — μοι Ms. Monac. Dobr.

596. Ut versus fulciatur, post κοινωνοῦμεν addidi voculam δέ. Κοινωνοῦμεν autem hic dictum est pro κοινωνήσομεν, cujus enallages exempla sunt frequentissima: qua de re Nos alibi latius. Kust. Adscribere piget Fabri conjecturam τῶν σπελέθων κοινωνήσομεν; Πρ. οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἔφθης μ' ὑποκρούσας. Dind. καὶ τῶν. Ita ed. Junt. [1515.] Cæteræ non

habent καὶ versu laborante; cui ut succurreretur, nuper ed. τῶν δέ. Berg. τῶν σπελέθων κοινωνοῦμεν. Facete; quia Praxagora dixerat: omnia fore communia, tantum merdam prius comesurum Blepyrum; iste, quasi non recte audivisset, dicit: anne merda nobis erit communis? id est, anne tu una mecum comedes? Id. τῶν οὖν σπέλεθων ob metrum. Pors. Lege γὰρ vel οὖν. Bent.

599. καὶ τῶν pro κοινῶν Ms. Monac. Pors.

601. πῶς οὖν ὅστις. In his verbis ἀνακόλουθον est, ne quis frustra æstuet. Faber.

602. καὶ Δαρεικούς. Sunt aurei numi a Dario rege Persarum dicti. Subauditur enim χρυσοῦς sub Δαρεικός. V. Poll. [iii. 87. Add. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. t. i. p. 28.] Berg. ἀφανῆ πλοῦτον. ἀφανὴς πλοῦτος apud Græcos præcipue dicitur *pecunia numerata*, opponiturque fundis, agris, villis, aliisque bonis, quæ vulgo immobilia vocantur. V. Harpocr. v. ἀφανὴς οὐσία. Kust. ταῦτ'. Vulgo τοῦτ' —. Brunck.

603. καὶ μὴ καταθεὶς ψευδορκήσει. H. e. bona fide deponet; non pejerabit, minus sibi esse, quam est. cf. 607. Lapsi sunt interpretes. Hotib. Brunck. verterat: *Hæc in medium deponet, et qui non deposuerit, pejerabit*. Dind. διὰ τοῦτο. Pro διὰ τούτου: per hoc perjurium scilicet rem sibi peperit. Nam διὰ cum accusandi casu interdum hoc apud Atticos significat; quod a me alibi contra sententiam multorum demonstratum est. Faber. Lege ΒΛ. κἂν μὴ καταθῇ. ΠΡ. ψευδορκήσει. Bent.

604. ἀλλ' οὐδέν τοι. Perperam Cod. ἀλλ' οὐδέν τι. Modo monui has voculas sæpissime commutatas reperiri, quia eodem sono Græculi eas efferebant, ut et hodie multi faciunt. Brunck. Malim ἀλλ' οὐδὲν ἔτι χρ. etc. Hotib.

605. οὐδεὶς οὐδ' ἐν πενίᾳ δράσει. Sic verti ac si legeretur, οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δράσει· quod si cui non placebit, diversus abeat; id tamen non sine exemplo dixerit Aristoph. Dein durius esset, nisi etc. Faber. οὐδ' ἐν. Pro οὐδ' lego οὖν: et deinde verto, *Nemo pauperem aget vitam*. Faber aliter, sed cui non puto esse assentiendum. Kust. οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δράσει. Perperam vulgo οὐδ' ἐν πενίᾳ. Ridiculo librarii errore in Cod. scriptum est, οὐδεὶς οὐδὲν πνεύματι δράσει. Brunck. Lege οὐδέν. Bent. οὐδ' ἐν Ms. Monac. Dobr.

609. ὦ 'τὰν, sic bene Cod. Vulgo ὦ 'ταῖρ' — νόμοις διεχρώμεθα. Ad hæc verba ita commentatur Faber. "Prava lectio. Scribe, τοῖσι νόμοισιν ἐχρώμεθα. Ita postulat versus et hellenismus. Nam διεχρώμεθα aliud est quam ἐχρώμεθα." In metris parum intelligebat Faber, quod passim ostendunt ejus notæ. V. quam bellus esset tetrameter sic, ut ille volebat, scriptus: προτερον γ' | ω 'ταν | ὅτε τοι | σι νομοι | σιν εχρω | μεθα τοῖς | προτεροι | σι. in quo cæsura est post quartum pedem contra artem. Quod autem ad *hellenismum* adtinet, illius eum non minus fugit ratio. Meliora ab H. Steph. edoceri poterat, si illius Thesaurum consuluisset, ubi t. iv. col. 615. 'διαχρῶμαι, vacante præpositione pro χρῶμαι utor, passim apud Herodot. ut διαχρώμενοι ἐσθῆτι. Et διαχρῶνται οἴνῳ. Item διαχρῶνται τρόπῳ ζωῆς τοιῷδε. Et διεχρήσατο ἔθεσι ξεινικοῖσι. Et διαχρᾶσθαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ.' Alia exempla profert in vocum Herodoti recensione et interpr. p. 12. appendicis ed. Wessel. Composita verba sæpissime occurrunt cum apud alios scriptores, tum apud Comicum nostrum, in quibus præpositio multum ad ornatum, nihil ad significationem confert, qua de re opportunior erit ad Nub. [987.] dicendi occasio. Brunck.

611. ἢν μείρακ' ἰδὼν — τοῦτον σκαλαθῦραι. Schol. ad h. l. hæc annotat: Μείρακα δ' ἐνταῦθα δοκεῖ ἀρσενικῶς εἰρῆσθαι, (ita enim corrigo) καί τοι 'Αμμωνίου λέγοντος, μειράκιον καὶ μείρακα ταύτῃ διαφέρειν, ὅτι τὸ μὲν μειράκιον ἐπὶ ἀρσενικοῦ τὸ δὲ μεῖραξ ἐπὶ θηλυκοῦ. ἢ πρὸς τὸ γυναικῶδες τῶν κιναίδων. Sed audacter affirmo nil tale in Aristoph. legi; atque ita allata ab Ammonio [p. 93. Valck. qui vereor ut jure Schol. illud *antiquissimum* dixerit in Præf. p. xvi. Dind.] differentia stabit (si nil aliud obstet). Μείρακα autem hic generis esse fœminini vel ex responso Praxagoræ satis patet: καὶ ταύτας γὰρ etc. At, inquies, nonne contra te palam stat Aristoph.? Nam ait βούληται τοῦτον σκαλαθῦραι? stare nego; videri, fateor. Quippe istud τοῦτον a sciolo homine est, qui cum hanc vocem infersit, legem versus turbavit; nam hæc vox e versu quati foras debet, nedum ejus tantillula ratio habenda. [τοῦτον jam Scal. ejici voluerat. Assentiuntur Kust. et Berg. Sed Reisk. in ταύτην mutabat. Dind.] Interim plerosque vidi hoc Aristoph. loco niti cum μείρακα adolescentulum esse asserunt: quod taceri non debuerat. Faber. σκαλαθῦραι. Schol. συνουσιάσαι. Quod autem addit μείρακα hic *marem* significare, ineptum est. Fraudi fuit Græculo, nam Schol. illud recentioris est monetæ, nec antiquum grammaticum sapit, interpolata horum versuum lectio, quos sic exhibent

edd. primariæ: ἢν μεῖραξ ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούλεται τοῦτον σκαλαθύραι, | ἕξει τούτων ἀφελὼν δοῦναι. τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μετέξει. Quæ in recentioribus emendatius repræsentantur βούληται et μεθέξει; sic recte scripta sunt in Cod. ubi mendose σκαλαθῦραι. Pronomen τοῦτον, quod metrorum imperito Græculo suspectum non fuit, ei persuadere debuit μείρακα hic puerum significare. Sed uno ore clamarunt eruditi omnes, istud τοῦτον, quod versus respuit, tollendum esse: nihilominus id in textu reliquit vel Berg. vel illius lucubrationum caupo. At in altero versu pro τούτων Berg. ipse reposuit ταύτην, '*audacter*,' ut ait, 'invitis edd. omnibus, et insuper Schol.' At ego aio: 'stultissime, invita sententia, et insuper communi sensu.' Quid enim sibi vult ταύτην ἀφελὼν, *puellam hanc eximens?* ineptum est. ἕξει (i. e. δυνήσεται) δοῦναι (scilicet τῇ μείρακι) ἀφελὼν, *demens, detrahens, decerpens*, τούτων, *ex iis quæ ille sibi reservarit, nec in commune deposuerit.* Brunck. Lege βούληται σκαλαθῦραι omisso τοῦτον et sic Suid. in Σκαλαθῦραι. Bent. καὶ βούλεται τοῦτον σκαλαθύραι. Dele τοῦτον et lege βούληται, quod posterius habet ed. Kust. τοῦτον quoque delet Faber. Versus recte scriptus legitur apud Suid. v. σκαλαθῦραι. Ex ed. 1532. Dele τοῦτον et lege βούληται cum H. Steph. Thes. L. G. iii. p. 806. B. Suid. v. σκαλαθῦραι, ubi Ms. μειράκιον. μείρακος (sic) ed. Med. Pors. Suid. ed. Kust. Ἀμαρτεῖν εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπέτισι. Ποδαποὺς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. καὶ ὅλως σύνηθες αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο Pors.; "Si hujus loci sana lectio est, frustra T. Faber ad Aristoph. Eccl. 607. μεῖραξ pro *puero* adhiberi posse negat. Sed indignor Kust. quod ποδαπὰς ex ed. Med. non reposuerit. Verum altera menda subest. Quomodo enim ἁμαρτεῖν pro ἁμάρτοιμι usurpari possit equidem ignoro. Repone ex ordine literarum, ἁμάρτοιν. Ita τρέφοιν in fragmento Eurip. apud Etym. M. p. 764, 52. quod injuria solicitat Valck. Diatrib. p. 153. Ἀμαρτοῖν bis ex correctione, sed ab eadem manu, et ποδαπὰς C." (Ms. C. C. C.) "Kust. negligentia Piersoni oculis tenebras offudit ad Mœrin p. 262. quod fieri non potuerat si alia Piers. ed. usus esset." V. Grammaticum Hermanni p. 434. Dobr. βούλεται σ. Ms. Monac. Dobr.

612. Ald. et. Gry. ἀφελῶν: ab ἀφελής. Bent.

614. τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι. Sic scribendum; non, ut vulgo, ξυγκ. — Atticam literam hic respuit metri lex. In Cod. ut in ed. B. Juntæ pro ξυγκατακεῖσθαι, repetitum e præc. v. ξυγκαταδαρθεῖν. Hoc modo sæpe contigit, ut idem vocabulum in duorum continuorum versuum fine scriberetur, ubi fere semper se prodit oscitantis librarii culpa. Aldus edidit ξυγκατακεῖσθαι, e scripto libro, ut probabile est; sin ex conjectura, laudandum est illius acumen, bonaque retinenda emendatio. Similem mendam sustuli in Apollonii Arg. i. ubi vers. 593. et sequens eodem participio εἰσορόωντες claudebantur. Emendationem, quam haud verear luculentam appellare, in indicem flagitiorum meorum retulit Flos Criticorum nostratium. (V. Journal des Sçavans, mai 1781.) Brunck. Lege συγκατακεῖσθαι. V. infra ad 619. Pors.

614-15. Blepyri. Dobr.

615. πῶς οὖν εἰ ex Ald. ed. Kust. Pors.

616. ἐρείδειν.'Ερείδειν, ἐλαύνειν, etc. sunt verba rei Venereæ. V. Suid. v. ἐρείδειν. Kust. ἐρείδειν, συνουσιάζειν. V. fragm. Inc. ii. et Eustath. [1570, 5.] ibi laudatum. Brunck. ζητοῦσιν Ald. Pors. ζητοῦσιν— καθευδοῦνται Ms. Monac. Dobr.

617. σεμνάς. Proprie, *superbas*, vel, *fastum præ se ferentes*. At per metonymiam *consequentis* pro *antecedenti*, *formosas, pulchras*. Puellæ enim *formosæ* fastu carere non solent. Kust.

619. συνῶμεν. Perperam vulgo ξυνῶμεν. Brunck. ἢν ταῖς αἰσχραῖσι ξυνῶμεν. *Si cum turpioribus simus.* Latinum non videbitur pueris, at erit doctis. Varro libro v. L. L. 'Æque eadem modestia potius cum muliere fuisse, quam concubuisse dicebant.' Locus observandus; nam ab ultima Latinitate est. Memini me alicubi apud Plautum legere: at non succurrit locus. Quare esse cum muliere erit ξυνεῖναι γυναικί. Faber. Lege συνῶμεν. Bent. Ob metrum lege συνῶμεν. Idem mendum sustulimus supra Vesp. 50. contrarium Thesm. 603. (v. Cl. Brunck. ad Æsch. Prometh. 243.) Ran. 1538. συνετός. Æsch. Choeph. 609. ξύμμετρον. Pors.

621. Sic habent Græca: Πρ. οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. περὶ τοῦ; Πρ. τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. Ad quæ verba multi multa, sed omnes æque nihil, et eos refellere in animo non est. Primo sciendum est non debere adscribi notam interrogationis post μαχοῦνται. Dein corrigendus versus qui laborat; legendum enim: Πρ. οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. περὶ τοῦ; Πρ. περὶ τοῦ; τοῦ μή σοι ξυγκαταδαρθεῖν. Dixerat Blepyrus: Qui tandem fieri poterit ut nos cauda non deficiat? Salse respondet Praxagora, *non pugnabunt puellæ*. *Qua de re*, inquit Blepyrus: *Qua de re*, ait Pra-

xagora, *rogas? non pugnabunt ne non tecum lusitent et conturbent pedes.* Quod quin ex ingenio Aristophanis sit diffitebitur nemo. Faber. Multa de h. v. Biset. sed non e mente Poetæ nostri. Quare præferes ea, quæ Faber hic notavit. Kust. Vulgo interrogationis nota ponitur post μαχοῦνται. sed eam recte Faber delet: et non est in ed. Farr. Berg. περὶ τοῦ; Ita recte ed. Farr.; in cæteris antiquis aliter atque aliter erratum. nupera περί του; Id. καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μαχ. Versus hic est mutilus, qui in quibusdam edd. sic legitur: καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει, omissis illis, τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι. Biset. utramque lectionem in unam quasi massam conflat, ut versum integrum reddat. Sed quid multa? Expectandi sunt meliores Codd. qui facem in his tenebris præferant. Multa quidem fateor, hic ariolari liceret: sed quis præstare possit, ea esse Aristoph.? Kust. καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. Ita Ald. Farr. et Brub. et Junt. etiam, nisi quod hæc ὑπάρχει. Nupera, nescio unde, καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι, quorum nullus sensus. Omnibus autem perperam his præmittitur Βλ. cum tamen manifestum sit Praxagoram hæc etiam dicere. Sensus perspicuus. Berg. Hunc et seq. versum ad fidem codicis in integrum restitui, qui dimidia fere sui parte mutili erant. Sic legebantur: οὐχὶ μαχοῦνται. — περὶ τοῦ; — τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. | καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. In Cod. vero sic scripti sunt: οὐχὶ μαχοῦνται περί σου θάῤῥει. μὴ δείσῃς. οὐχὶ μαχοῦνται. | περὶ τοῦ; — τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. καί σοι τοιοῦτον ὑπάρχει. Juxta Cod. scripturam prior horum versuum totus est mulieris. Fraudi fuit librario prava lectio περί σου, pro περὶ τοῦ. Illud est etiam in ed. B. Juntæ. At Ald. dedit περί του. Loquendi vices personis melius me divisisse arbitror, marito bis περὶ τοῦ; tribuendo. Si priore loco dixisset mulier περί σου, nihil fuisset causæ cur maritus iterum percontaretur περὶ τοῦ; In minore Batava sic interpolatus fuit posterior versus: καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. καί σοι τὸ περὶ τῶνδε μάχεσθαι. Omissis sinceris, spuria in editione sua exhibuit Kust. sic denuo immutata: καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι. Egregium sane judicii specimen! Quæ in sequentibus obtinebat personarum distinctio erat absurdissima. Nihil prorsus hic viderunt interpretes: postremus omnium Berg. prioribus non fuit acutior. Ista τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν pressius verti debuerunt: *Si cum illis non concubueritis; vel, quia cum illis non concumbetis.* Brunck. H. v. post ὀφείλειν inseruit Bent. et ad oram libri scripsit, "Illum ordinem versuum serva et lege, οὐχὶ μαχοῦνται; ΠΡ. περὶ τοῦ; ΒΛ. περὶ σοῦ. ΠΡ. καὶ σοὶ τὸ τοιοῦτον ὑπάρξει. ubi περὶ σοῦ intellige *sexum muliebrem*: ut σοὶ in 199." Dind. περὶ τοῦ; ΠΡ. περὶ τοῦ; τοῦ μὴ σοὶ Faber. L. περὶ τοῦ; ΠΡ. περὶ τοῦ; περὶ τοῦ μή. Cf. Av. 609. [V. Opp. p. 23.] Pors. Πρ. οὐχὶ μαχοῦνται περὶ σοῦ. θάῤῥει μὴ δείσῃς. Βλ. οὐχὶ μαχοῦνται; | περὶ τοῦ; Πρ. τοῦ μὴ — ὑπάρξει Ms. Monac. Dobr.

622. Ed. Ald. καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. Pors.

623. Βλ. τὸ μὲν ὑμέτερον. Sola Junt. hic recte ὑμέτερον, cæteræ, quas vidi, ἡμέτερον. in quibus hæc perperam tribuuntur Praxagoræ. Itaque præmisi Βλ. sequente autem versu ante τὸ δὲ id delevi, recte enim jam hæc omnia tribuuntur Blepyro in Junt. Berg. τὸ μὲν ἡμέτερον. Sic Cod. et Ald. ed. Mendose Bern. Junta ὑμέτερον, quod inepte revocavit Berg. non videns hæc ex ipsa sententia mulieri continuari debere. Brunck. Lege ὑμέτερον. Ald. [enim] delet ΠΡ. et ΒΛ. in 624. Bent. Videtur personarum nomina hoc et sequente versu delenda, et legendum ὑμέτερον. Hæc scripsi, cum vidi nullam personarum distinctionem agnoscere Ald. Pors.

623-25. Blepyri Ms. Monac. Dobr.

624. τρύπημα, τρῆμα, et τρυμαλιά, sunt voces synonymæ, quæ aliquando notant centrum illud perforatum, quod τὸ κέντρον virile intrat. Notum est dictum Sotadis de Ptolemæo Philadelpho Rege Ægypti: εἰς οὐκ ὁσίην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς. Sed cui non dictus hic Hylas? Kust. τὸ δὲ τῶν ἀνδρῶν τι ποιήσει. Qui argutior paullo videri vellet, is sane τὸ τῶν ἀνδρῶν ad podicem cinædorum referret; cum proxime legatur de feminis μηδεμιᾶς τρύπημα κενόν. Verum, ut quod res est dicam, non videtur eo confugiendum: sed occulta dicendi ratio latet, λέξεως arcanum non ὑπονοίας. Idem enim hic intelligi par est cum dicitur τὸ τῶν ἀνδρῶν, ac intelleximus cum supra mulier de ceteris dixit τὸ ἡμέτερον, licet aliorsum possit deflecti. Ceterum cum Blepyrus in amorem masculum pronior sermonem eo vertisset, solerter admodum Praxagora avertit, cum ait: κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖς καλοῖς καταδαρθεῖν ταῖσι γυναιξί. (Quippe ita legendum) neque enim de feminarum amore egerat Blepyrus: illa autem vafra mulier rem avertit ad amorem muliebrem. τρύπημα autem h. l. etc. de mulieribus. Notus est Sotadis locus

[ap. Athen. t. v. p. 240.]: alibi apud Aristoph. τρῆμα eadem notione legere est. Faber. μηδεμιᾶς ἢ τρύπημα κενόν. Scripsisset, si per metrum licuisset, τὸ τρύπημα. Hic locus, ut multi alii, exemplo esse possit Comicis licuisse nomen substantivum efferre sine articulo, quem solutæ orationis scriptores non omitterent. V. not. ad Lys. 152. Brunck.

625. Legi ἐπὶ τοὺς δέ. Bent. αἰσχρούς. Optime Ald. αἰσχίους ut edidit Kust. Mox lege, ἐπὶ τοὺς δέ. Pors.

626. οἱ φαυλότεροι Ms. Monac. Dobr.

627. Tyrwhit. apud Gaisford. ad Eurip. Suppl. p. 206. hæc sic corrigit: ἀλλὰ φυλάξουσ' οἱ φαυλότεροι τοὺς καλλίους ἀπιόντας | ἀπὸ τοῦ δείπνου καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν | κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καταδαρθεῖν etc. Vitiosa edd. Gelenii et Porti scriptura τοὺς αἰσχροὺς deceptus Kust. scripsit ad h. l. quæ afferre piget: "Versui aliquid deest. Quare scribere possis, ἐπὶ δέ γε τοὺς καλούς. Vel sic φεύγοντες μὲν γὰρ τοὺς αἰσχρούς, ἐπὶ τοὺς καλοὺς β. Ed. Ald. habet τοὺς αἰσχίους: quod præ cæteris conjecturis probamus." Dind.

628. Hic versus in Cod. omissus. Primariæ editt. recte habent τοῖσι καλοῖς, ut etiam excusum fuit in novissima Bat. mendose recentiores quædam τοῖς καλοῖς. At quod v. seq. dedi τοῖσι μικροῖς, id insigne peccatum est. Libri omnes habent ταῖς, quod lectorem, ut reponat, oro. V. quæ notavi ad Pl. 147. 240. Brunck. Lege ob metrum τοῖσι καλοῖς ex Ald. Hoc leve mendum non sustulit Ruhnk. ad Tim. p. 195. V. ad Vesp. 390. Pors.

629. Veterum edd. ταῖς γ. emendavit Faber. τοῖς μικροῖς. Lennep. Animadv. ad Coluthum p. 160. non satis exploratum habens, qui per τοῖς μικροῖς intelligendi sint, legit τοῖς σιμοῖς, comparans 701. 613. Dind. χαρίσωνται. Verbum amatorium. Operæ pretium erit veterem Schol. Pindari [p. 513. ed. Heyn. noviss.] adire; nam et h. l. explicat, et alterum, qui ἐν Ἱππεῦσι [517. Br.]. Is sic se habet: χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππ. ἐκ μεταφορᾶς. Πολλῶν γὰρ ἤδη πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι· καὶ Σαπφώ, etc. Locus ille, ut Schol. ait, metaphoricus: at si voluisset habere proprium, hunc quem in manibus habemus adduxisset. [V. Ruhnk. ad Tim. p. 274. Dind.] Kust. χαρίσωνται. Reisig. i. p. 65. corrigit χαρίσασθαι. Aristoph. enim et prosaicos scriptores, iis exceptis, qui ornatiori dicendi genere utantur, post πρὶν et ἕως cum conjunctivo ἂν non solere omittere. Sed alia est anapæstorum ratio, de qua re explicatius dicetur ad Aves et Vespas. πρὶν χαρίσωνται mecum tuetur grammaticorum Princeps. Dind. ταῖσι γυναιξὶ ed. Kust. quomodo citat Ruhnk. ad Tim. p. 195. Lege præterea πρὶν ἂν — χαρίσωνται. Vesp. 724. πρὶν ἂν — ἀποδείξω. Pac. 84. πρὶν ἂν ἰδίσῃς καὶ διαλύσῃς. Eq. 957. πρὶν ἂν — ἀκούσῃς. Lys. 766. πρὶν ἂν — ἐκτραχηλίσῃ. 1004. πρὶν ἂν — ποιησώμεσθα. Eccl. 1016. πρὶν ἂν — προκρούσῃ. 857. πρὶν ἂν ἀπενέγκῃς. 752. πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι. 789. πρὶν ἄν γ' ... Vesp. 915. πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς. 577. πρὶν ἂν — εἴπῃ. Av. 1409. πρὶν ἂν — διαδράμω. Ach. 175. πρὶν ἂν στῶ. 228. πρὶν ἂν — ἐμπαγῶ. Pors. Imo lege γυναιξὶν — χαρίσασθαι cum Pors. apud Gaisford. ad Eur. Suppl. p. 206. ubi locus citatur e palmaria Tyrwhitti emendatione. De πρίν. πρὶν ἂν omnino v. Elm. ad Heracl. 959. ad Med. pp. 119-121. et si libet, Reisig. p. 65. Dobr.

630. Frob. Λυσιστράτους. Ald. Λυσικράτους: recte [ita Suid. in Λυσικράτης]. Bent. ἡ Λυσικράτους ῥίς. Id est, Lysicrates ille ingenti naso nobilis; itaque deformis. Versum hunc aliter scribo: ἢ Λ. ἄρα νυνὶ ῥὶς τοῖς καλοῖς ἴσα φρονήσει. Nam in καλὸς prior anceps est. [Error ortus ex vitiosa vett. edd. scriptura ἴσα. Dind.] Faber. Λυσικράτους. Deformem fuisse satis apparet: sic et infra ejus mentio 704. Berg. Λυσιστράτης. Λυσικράτους ed. Kust. Ald. Pors.

631. καταχήνη, κατάγελως. V. Vesp. 575. Brunck. Eundem locum attulerat Berg. Lege γ' ἡ (ita Brunck.). Bent. δημοτικὴ γ' Suid. ed. καταχήνη. δ' Ms. Pors. δημοτικὴν ἡ Ms. Monac. Dobr.

632. τῶν σφραγῖδας ἐχόντων. In Nub. 331. Berg.

633. Hic versus in Cod. omissus. Caussa manifesta: ad ὅταν sequentis versus aberravit librarii oculus. Vulgo autem sic legitur metro prorsus corrupto, et sententia nulla: ὅταν ἐμβάδι γ' εἴπῃ, πρότερος παραχώρει· κᾆτ' ἐπιτήρει. Qua in scriptura ne forma quidem apparet tetrametri anapæstici. Deinde quisnam est nominativus verbi εἴπῃ? non alius esse possit, quam καταχήνη, quod ineptissimum est. Metro et sententiæ subvenit Faber, acuteque genuinam detexit lectionem: ὅταν ἐμβὰς δή γ' εἴπῃ· Πρότερος παραχώρει, κᾆτ' ἐπιτήρει. Per embadem intellige id hominum genus qui ἐμβάσι utebantur: ii autem erant senes. Plut. 759. ἐκτυπεῖτο δὲ | ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν. Brunck. In Brunck. lectione præter alia istud δή γε perineptum est. Rectius de hoc loco judicasse videtur Hotib. cujus hæc est nota: "Ἐμ-

βάσι solos senes fuisse usos, non probat Brunck. nec, si vel hoc concedatur, ideo, senes dictos fuisse ἐμβάδας, aut sponte verisimile est (quamvis κατωνάκη, vestis servilis, designet servum infra 724.), aut facetum, præsertim cum non juvenes et seniores inter se comparentur hoc loco, sed pauperes et divites, nihilque ad rem faciat, senex sit is an juvenis, qui oraturus sit in concione. Legam igitur potius "Οταν 'Εμβαδίων εἴπῃ πρότερος etc. 'Εμβαδίων, nomen ridiculi causa fictum, ut passim alia apud Hunc, velut Εὐαίων supra 431., sonat eum, qui ἐμβάδας facit, sutorem." Nomen proprium hic latere jam Reiskius suspicatus erat. "Sine dubio, ait, latet nomen proprium in ἐμβάδι. nisi ἐμβὰς fuerit appellatio alicujus potentis et honesti, ut κόθορνος erat Theramenis." In Cod. Rav. ἐμβάδ' ἔχων scriptum est. Dind. Forte propria nomina sub illis latent, "Οταν 'Εμβαδίᾳ γ' εἴπῃ Πρότερος. Bent.

634. δευτεριάζειν, *secundas partes agere*. Metaphora a scena sumta. Pro δευτεριάζόμενος, ridiculo errore in Cod. scriptum παρατάζόμενος, quod exhibet etiam ed. B. Juntæ. Brunck. Suid. δευτεριάζειν. Pors.

635. αὐτοῦ ed. Kust. Pors.

636. πατέρας ἅπαντας. Lege πατέρας γὰρ ἅπαντας. Est enim ætiologia. Præterea versus non stabit nisi ita legeris. Faber. Lege γὰρ ἅπαντες. Bent. πατέρας γὰρ omnino lege, metro et sensu postulante, ut edidit Kust. Pors. πρᾶσαν pro πατέρας γὰρ Ms. Monac. Dobr.

638. ἑξῆς. Vox hæc in Codd. omissa. Brunck. οὔκουν Ms. Monac. Dobr.

639. ἰόντα Ms. Monac. Dobr.

640. ἄγχουσι. Av. 1352. ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα. Berg. κἀπιχέσοῦνται. Ita in Βατράχοις [366.]: ἢ κατατιλᾷ τῶν 'Εκαταίων. Faber.

641. ἀλλ' ὁ παρεστὼς οὐκ ἐπιτρέψει. Verti, *sed qui forte illis aderit non permittet*. Olim quidem putaveram, ἀλλ' ὁ προεστώς; *Præfectus id vetabit*; sed nil mutandum. Sensus est, qui a me redditus fuit; et porro explicatur, τότε δ' αὐτοῖς, etc. Faber.

643. μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον. Lege μὴ τὸν ἑαυτοῦ. (male. Bent.) Faber. Legendum certe: μὴ 'ὑτοῦ ἐκεῖνον etc., i. e. μὴ αὐτοῦ (πατέρα) ἐκ. τ. sed ἐπέχω. Hotib. μὴ τὸν ἑαυτοῦ T. Faber, improbante Marklando ad Eurip. Iph. Taur. 1010. qui scribit μὴ 'υτὸν ἐκεῖνον. Pors.

644. τὰ μὲν ἄλλα λέγεις οὐδὲν σκαιῶς. Id est οὐ σκαιῶς. Familiare est Atticis οὐδὲν adhibere pro οὐ. Brunck. 'Επίκουρος. Ne quis in doctrina temporum hospes bonum illum senem Gargettium, nobilem philosophum, cogitet. Faber.

645. Λευκολόφας est vitium typorum pro -φος. Reisk. πάππαν με καλεῖ. Mendose vulgo πάπαν με καλεῖ. Sequitur mox εἴ σε φιλήσειεν. Brunck. Pac. 119. πάππαν με καλοῦσαι. Berg. καλῇ Ald. Pors. πάππαν με καλῇ Ms. Monac. Dobr.

647. 'Αρίστυλλος. Aristyllus nempe fellator erat. V. Schol. supra ad Plut. v. 314. et Suid. v. 'Αρίστυλλος. Kust. Homo erat αἰσχροποιὸς, lingua et ore aliorum subserviens libidini, cujus mentio in Pluto 314. Brunck. Δυσωδίας μεστὸς fuerit necesse est. Sed unde illud vitium ortum sit, divinandum est: fortasse ἐγλωττοποίει. Faber. Hunc Aristullum, cujus basium ait timendum esse, exagitavit etiam in Pluto, ut vir, cujus nasus stercus olebat, et de nare loquebatur, quod et rursus indicat hanc fabulam et Plutum non multum differre tempore. Palmer. αὐτοῦ ed. Kust. εἴ γε Suid. v. 'Αρίστυλλος. Pors.

648. Citat Suid. v. καλαμίνθη. Kust. καλαμίνθης. Plut. 314. μινθώσομεν θ' ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα etc. Berg. Lege τ' αἴ. Bent. τ' ὄζεις sine ἂν Suid. ed. Ms. v. καλ. Pors. οἰμώζοι μ' ἂν Ms. Monac. Dobr.

649. γέγονεν ob metrum scribi debuit. Perperam vulgo γέγονε. Brunck.

650. μή σε φιλήσῃ. Cod. οὐ μή σε φιλήσει. Hinc οὐ μὴ est etiam in ed. B. Juntæ, reclamante metro. — δεινὸν μέντ' ἄν γ' ἐπεπόνθη. Vulgo δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθειν. Primo post ἂν inseri debuit γε ob metrum. [Imo crasi facta scribendum μέντἄν. μέντἄν γε dici non solet. Brunck. errorem notavit Pors. ad Med. 863. Dind.] Tum ἐπεπόνθη e puriori Atticismo reposui. [Confirmavit Cod. Rav.] Nec aliter hic Suid. legisse videtur, cujus hæc est nota ex ed. Med. descripta: ἐπεπόνθη, ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν· καὶ ἑωράκη, ἀντὶ τοῦ ἑωράκειν· καὶ ᾔδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν. Omnia ista sunt tertiæ personæ, quam Attici terminatione a prima non distinguebant. [Tertiæ quoque personæ hæc esse, recte negare videtur Buttm. Gr. Gr. t. i. p. 432. 433. sq. Dind.] V. Kœn. ad Cor. de Dial. Att. §. lviii. [p. 121. 122. Schæf.] et cf. not. ad Pl. 696. In ed. B. Juntæ [et aliis vett.] pro ἐπεπόνθειν est ἐπεπόνθην, quod ad verum propius accedit. Prioris coli vulgata lectio bona est, ὥστ' οὐχὶ δέος, μή σε φιλήσῃ. E Cod. scriptura diversa hæc concinnari posset: ὥστ' οὐ δέος, οὐ μή σε φιλήσει. *Ita ut nihil causæ sit cur*

metuas; non te osculabitur. Brunck. Lege ἆρ' ἐπεπόνθειν. vel — θη. Attice. Bent. Suid. ed. Kust. ἐπεπόνθη ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθει. καὶ ἐωράκη ἀντὶ τοῦ ἐωράκει. καὶ ᾔδη ἀντὶ τοῦ ᾔδει. ubi Pors.; "Lege ex ed. Med. cum interprete ἐπεπόνθειν — ἐωράκειν — ᾔδειν. quomodo quidem legunt Kœn. ad Cor. p. 50. Brunck. ad Aristoph. Eccl. 646. sed pessime pro tertiis personis accipiunt." Tres primæ edd. Aristoph. ἐπεπόνθην, quomodo citat Elm. ad Ach. 323. ἐπεπόνθει Pors. ad Med. 863. casu, opinor. Legendum enim cum Brunck. et Bent. (Pors. Opp. p. xciii.) ἐπεπόνθη. Tertiam personam utcunque defendas, vertendo, *Non id impune tulisset Aristyllus.* Sed recte Faber, secutis Berg. et Brunck., *id sane graviter ferrem,* (tulissem.) Anglice reddendum, *that would indeed have been intolerable.* Hoc enim sonat δεινὸς in δεινὰ πάσχειν, δεινὸν ποιεῖσθαι, δεινὸν λέγεις, etc. V. exempla apud Elm. l. c. [In ed. 1547. ἐπεπόνθην vertit in ἐπεπόνθειν Porsonus, in tertia scil. persona; v. ad Vesp. 633. Quum ad Med. 863. ἐπεπόνθει citaret, vereor ne consulto id fecerit, putans plusquam perfecti formam, -ειν, -εις, ει, jam tum Athenis invaluisse. V. Kidd. ad Dawes. p. 412. Certe Plut. 738. servat ἀνεστήκει. Recte an secus, non decerno; tantum dico, immerito culpatum videri Kœn. quippe qui pro prima persona recte acceperit, etsi non satis clare est locutus. Ejus autem conjecturam, saltem quod ad ἐπεπόνθειν, confirmat C. C. C. apud Burges. Præsulem ad Dawes. p. 462. (412. K.) Atque ἐπεπόνθη Rav. Cum δεινὸν omnino compara Latinorum *indignum.* Nos, *very hard, shameful, too bad,* etc. Lysist. 1099. δεινὰ idem est atque αἰσχρὰ 1100. Alia exempla dat Reisig. pp. 198. 216. 299, 300. Dobr. ἐπεπόνθη (sic) Ms. Monac. Id.

652. V. Suid. et Poll. qui hanc rem explicant; legitur et aliquid in Schol. V. locum in Cronosolone Luciani [t. iii. p. 399.], ὅταν τὸ στοιχεῖον ᾖ ἑξάπουν. Vide etiam omnino Salmas. in Solin. [p. 446.], qui hinc colligit, nec dum eo tempore in usu fuisse horologia sciatherica, ut nec diem in particulas seu horas divisisse; sed horarum vice umbras pedibus dimensas; ex ea mensura diei tempus collegisse. Faber. Lege λιπαρῷ [Rav. et Ms. λιπαρὸν] χωρεῖν: ut alibi [scil. Plut. 616.] λιπαρὸς χωρεῖν ἐκ βαλανείου. Bent. δεκάπουν τὸ στοιχεῖον. Hoc explicat Casaub. ad Athen. vi. 10. [t. iii. p. 431. Not. Schw.] ubi Schol. emendat, cujus nota sic scribenda: ἡ τοῦ ἡλίου σκιὰ, ὅταν ᾖ δέκα ποδῶν. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτε γίνεται ὀψέ. — Τὸ παλαιὸν οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, καὶ οἱ καλούμενοι παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀνέμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δ' ἀφῖξαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις· οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἑτέρας, ἀφ' ἧς εἰδέναι τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήκει. Huc respexisse videtur Poll. vi. 44. τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπεύδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη. Brunck. λιπαρὸν χωρεῖν. Sic bene Cod. Vulgo λιπαρῶς. Id. εἰς δεῖπνον Suid. ed. M. δεκάπουν. λιπαρῶς. sic Suid. Ms. v. δεκάπουν. [et ed. M.] Pors.

653. περὶ jungendum est in constructione cum ἔρεσθαι. Reisk.

655. ἦν. Ms. Monac. apud Reisig. i. p. 255. εἰ. Dind. δίκην τῳ. Omnes quas vidi δίκην τῷ· male: debet enim esse pro τινί. Berg. Lege δίκην τῳ. Bent.

657. τουτὶ πόσους ἐπιτρίψει. Hoc in Athenienses, qui litium causa hoc loco, ut sæpe alibi, ab Aristoph. vapulant; vel perpetua comœdia Σφηκῶν. Nam quod illa tanquam reipublicæ saluberrimum dixerat, litium semina modo extinctum iri; *quot cives nostros, dii boni, ea res pessundabit,* inquit Blepyrus. Ceterum legendum τουτὶ δὲ πόσους, etc. nam τι in τουτὶ vel longum est vel breve. Faber. δὲ abest ab Ald. lege vel γε vel γ' ἀπολεῖ. Bent. τουτὶ πόσσ' ἐ. Ms. Monac. Dobr.

658. Lege AN. [voluit fortasse XO. cui Rav. tribuit Νὴ τὴν Δήμητρ' εὖ γε διδάσκεις: ubi Bent. adscripsit AN. sed v. 726.] Ald. et Gry. ΠΡ. τοῦ. Bent. ταύτῃ γνώμῃ γ' Toup. in Suid. i. p. 157. ubi notat hæc verba citari a Suida v. ἐθέμην. Pors. κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Toup. in Suid. t. i. p. 200. κἀγὼ ταύτῃ γνώμῃ γ' ἐθέμην, comparans Soph. Philoct. 1448. κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι, ubi Elm. ad Eurip. Heraclid. 1053. contraria ratione ex hoc Aristoph. loco corrigit κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι, de quo dubitat Blomfield. ad Æsch. Agam. p. 279. In Aristoph. si quid mutandum, frequens usus formulæ ταύτῃ τίθεσθαι suadet, ut ταύτῃ γνώμην ἐθέμην potius scriptum putemus, in quod jam Reisig. i. p. 180. incidisse video. Similiter Herodot. i. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί. Dind.

659. ἑνὸς οὕνεκα. Perperam vulgo εἵνεκα. V. not. ad Pl. 329. Brunck.

660. πόθεν οὖν ἐδάνεισ' ὁ δανείσας. *Unde acceptam fœnori dedit pecuniam ille, qui dedit?* Nimirum ex publico furatus est; nam privatim nemo quicquam possidet: atque sic non poterit in jus vocare debitorem. Hoc autem dicit, non

fore deinceps fœneratores, ac proinde nec lites de fœnore. Berg.

661. *κλέπτων δήπου 'στ' ἐπίδηλος.* Recte in antiquis edd. hæc tribuuntur adhuc Praxagoræ. Berg. Scilicet in Gel. Port. Kust. edd. hæc Blepyro tribuuntur. Deinde *νὴ τὴν Δ. εὖ γε δ.* Praxagoræ, reliqua denuo Blepyro. Dind. Βλ. delent Ald. Gry. Bent.

662. *Πρ. νὴ τήν.* Ita recte ed. Farr. et Brub. præmisere Βλ. non recte nupera Πρ. quæ ante *τουτὶ* demum id habet. Berg. Personæ mutatio. Secunda uti debuerat, *φράσον μοι.* Id hodie Italis frequentissimum. Faber. Subauditur autem *τις* sub *φρασάτω·* ut *τουτὶ φρασάτω μοι* sit, *hoc aliquis mihi dicat.* Berg. *τουτὶ τοίνυν σὺ φράσον μοι.* Vulgo *τουτὶ τοίνυν φρασάτω μοι,* perquam inficete illata tertia persona statim post secundam, in eodem ad eandem personam sermone: *διδάσκεις — φρασάτω.* Brunck. Tollitur hæc difficultas, quæ vel sic nulla erat, meliore personarum distinctione in Cod. Rav. Dind. Lege, *τουτί τις νῦν φρασάτω μοι.* Pors.

663. *τύπτοντες.* "*κλέπτοντες* Ald. leg. *ληφθέντες.*" Bent. apud Kidd. ad Dawes. p. 550. — Dind. *τῆς αἰκίας πόθεν ἐκτίσουσιν;* Subauditur *τὴν δίκην,* seu potius *τὸ τίμημα.* Pl. 480. *τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ;* Piget me eorum, quæ ad hunc versum scripsit Dawes. [p. 310. (550. Kidd.)] Oratorum Græcorum ne unam quidem paginam legisse videtur. *αἰκία* producta media apud Poetas Atticos sæpe occurrit. V. Æsch. Prom. 93. 117. Brunck. Ald. Gry. *κλέπτοντες*: alii *τύπτοντες.* lege *ληφθέντες.* Bent. *τὰς αἰκίας.* Reisk. *τὰς αἰκίας* vel potius *αἰκείας,* sive *ᾀκείας* Dawes. De ellipsi *δίκην* Burgess. ad Dawes. addit Dorv. ad Charit. p. 456. (478. Lips.) Dind.

664. *οἶμαί σ' ἀπορήσειν. Puto hærebis, nec extricare poteris.* Berg.

665. *ἀπὸ τῆς μάζης.* In Lacedæmone, ubi communiter vescebantur cives, quem morem Praxagora Athenis etiam vult introducere, mos fuit ita mulctare. Nicocles apud Athen. iii. p. 141. *διακούσας δὲ πάντων δ' Ἔφορος ἤτοι ἀπέλυσεν, ἢ κατεδίκασεν· ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν ἐλαφρῶς ἤτοι κάμμασιν ἢ καμματίσι·* Sunt autem ista liba quædam, aut placentæ. Berg.

666. Versus non stat. Verti quasi legeretur *οὐχ ἑξῆς ὑβρ.* Faber. Versui huic integrum deesse pedem recte observavit Faber: qui proinde defectum illud supplet, addendo vocem *ἑξῆς.* At ego malim post *φαύλως* inserere *πώποτε.* Kust. Vocem *οὐδεὶς* addidi, sententia flagitante et metro. Toto pede mutilus erat versus. Faber reponebat *ἑξῆς,* ut supra 638. Kust., *πώποτε*: quorum illud frigidum, hoc solœcum. Neuter animadverterat deesse nominativum verbi *ὑβριεῖται.* Eadem diphthongus initio utriusque vocis, alterius omittendæ causa fuit. Genuinum hoc esse ostendit alterum quod infertur v. seq. *οὐδείς.* Brunck. Veram scripturam *οὕτως αὖθις* debemus Cod. Rav. Dind. Lege *οὐδεὶς οὕτως.* Bent. *αὖθις* om. Ms. Monac. Dobr.

667. *πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ;* Sensus est: Cur enim furetur aliquis, cum quilibet omnium rerum et bonorum, utpote cunctis civibus communium, etiam absque furto particeps esse possit? Sic nimirum habet Suid. v. *μετὸν,* unde locum hunc emendavimus. In prioribus enim edd. sic legitur, *πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ;* quæ verba licet prima specie bonam valetudinem mentiantur, latens tamen in iis mendum deprehendet, qui rem attentius consideraverit. Nam Attici non solent vocalem ε post articulum *τὸ* elidere, sed potius per crasin duas illas syllabas in unam contrahere, dicentes *τοὐμαυτοῦ;* ut *τοὐμὸν,* pro *τὸ ἐμόν*: *τοὔπος* pro *τὸ ἔπος,* et sexcenta alia. Sed crasin illam versus ratio non admittit. Quare dubitandum non est, quin vera manus Aristoph. sit, quam Suid. dicto loco nobis conservavit. Est autem *μετὸν* participium neutrum, (a verbo *μετεῖναι*) quod absolute ponitur; ut *ἐξὸν, ἐνὸν,* et similia. Kust. *πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ;* In impressis erat, *πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ;* E Suid. qui locum hunc profert in *μετὸν,* monuit Kust. legendum esse, *πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ;* quam lectionem in textu exhibet novissima Bat. sic quoque in Cod. scriptum est. Sed solœca est oratio. Oporteret *πῶς ἂν κλέψαι,* immo Attice *κλέψειε —.* Scripserat Comicus, quod reposui, *κλέψει.* Brunck. *πῶς γὰρ κλέψαι; μετὸν αὐτῷ.* Kust. ex Suid. v. *μετόν.* Lege præterea *κλέψει.* Suid. ed. Ms. nisi quod hic *μετεστιν. ἐξόν.* (sic.) Pors. Nescio an potius *μετεστον* enotet Pors. Dobr.

668. *οὐκ ἦν οἴκοι.* Comice, *καὶ παρὰ προσδοκίαν.* Quippe certum si quis servat domi, tutum eum a *λωποδυτῶν* perpetuo fore, seu sub Praxagora, seu sub Archonte quovis. Faber. *καθεύδῃς. καθεύδῃ* (scil. *τις*) ob sequentia *δώσει, κομιεῖται, αὐτῷ* etc. Reisk. Lege ΑΝ. *οὐκ ἦν.* Bent. "Citat Suid. v. *οὐκ ἀποδύσῃ.*" Toup. in Suid. ii. p. 180. Pors.

671. *κομιεῖται ἐκείνου* Ms. Monac. Dobr.

672. οὐδὲ κυβεύσουσ' ἄρα γ' ἄνθρωποι. Sic Reisig. i. p. 153. et x. Dind. περὶ om. Suid. τοῦ γάρ. Pors.

674. συῤῥήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα. Terent. Adelph. [v. 7. 10.] 'Atque hanc in horto maceriam jube dirui, quantum pote est; hac transfer, unam fac domum,' et infra: 'fratri ædes fient perviæ.' Faber. Repetit Berg. Dind.

675. παραθήσεις. Sic Cod. ut impressi. Markland. ad Eurip. Suppl. 932. legendum censet παραθήσει in forma media, cujus rei me fugit ratio. Brunck. ὃς ἂ. Ms. Monac. Dobr.

676. τὰς στοάς. Hic et infra ubicunque hæc vox occurrit, scriptum in Cod. στόας. In impressis est στοιάς. Prior syllaba ob metrum produci debet. Analogiæ magis congruum mihi videtur στωὰ, quam στοιά. Ab illo, στωὰ, derivatur nomen Στωϊκοί. Formam στοιὰ, cujus nescio, an apud scriptorem quempiam exemplum occurrat, cujusque non meminerunt Lexicographi, adfirmare videtur auctor Etym. M. p. 550. l. 7. Sed voces fingere, quas usus numquam admisit, grammaticis solemne est. Brunck. Στοιὰ, quod et hic et aliis in locis habet Cod. Rav., cum similibus formis, quales χροιὰ, ῥοιὰ, comparat et defendit Elm. ad Eurip. Heracl. 481. — ἀνδρῶνας. Vocem Græcam in versione retinui ut Vitruv. et alii. Intellige loca satis ampla, numerosis virorum conviviis apta. Faber. στοὰς Suid. ἀνδρῶνα. Pors. στοιὰς Ms. Monac. Dobr.

677. βῆμα. Loci hujus meminit Suid. v. βῆμα. Kust.

680. ἵνα μὴ δειπνῶσι. Mutatio numeri. Debuerat dicere ἵνα μὴ δειπνῇ. Faber. Gry. γε. Ald. τε [male v. Pors. Advers. p. 38.]. Bent.

681. V. Suid. v. κληρωτήρια, qui locum hunc ex Comico nostro adducit. Kust. Male hic Schol. qui κληρωτήρια exponit τὰς κληρωτικὰς ἀρχάς. Κληρωτήρια hic aut locum, aut, quod magis placet, sortes ipsas significat. Faber. *Urnas vero sortium quo conferes?* in quas sortes conjiciuntur, in sortitione judicum. Berg.

682. κᾆτα στήσασα. *Deinde ubi eas collocavero juxta* etc. Berg. In Cod. [et Suida v. κληρωτήρια] καταστήσασα. Brunck.

683. ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ. Ad hujus loci illustrationem non parum faciunt ea, quæ tam Schol. vetus, quam Nos notavimus ad Plut. 277. et 978. Kust. Schol. δέον εἰπεῖν δικάζει, εἶπε δειπνεῖ. Sic in Pluto 973. ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι; ubi v. notam. Berg.

684. ἐκ τοῦ βῆτα. Literis distinguebantur loca, ubi jus dicebatur. V. ad locum modo citatum. Berg. ἐπὶ τὴν στοάν. Leg. τὴν στοιὰν, ut et infra. Faber. στοὰν Suid. in Κληρώσω. [sed v. Elm. ad Ach. 548.] Bent. στοιὰν Ms. Monac. Dobr.

685. τὴν Βασίλειον. Quia incipit a βῆτα. Berg. τοὺς Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. Subaudi λαχόντας: τοὺς Θῆτα λαχόντας. Vulgo legitur, τὸ δὲ Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. At vero in Cod. scriptum est, δειπνήσοντας. τοὺς δ' ἐκ τοῦ Θῆτα παρ' αὐτήν. Quam lectionem sinceram esse credo, et versum, qui sequebatur, excidisse. Porticum Thracum designari arbitratur Meurs. Ath. Att. pag. 15. Schol. vero minus probabiliter, τὸ Θησεῖον, *Thesei templum*. Brunck. Schol. intelligit τοὺς θῆτας ituros in Θησεῖον. Igitur παρὰ ταύτην intellige στοὰν λεχθεῖσαν παρὰ τὸ γράμμα τουτὶ θ. vox observanda: posset et proximam significare; at non hic. Faber. βασίλειαν Suid. v. κληρωτήρια. De hac porticu agens J. Meurs. Attic. Lect. vi. 17. hunc locum omisit. [Ita in ed. 1547. notat; sed voluit κληρωτήρια, ubi βασίλειον ed. Med. -ίλειαν Kust. Dobr.] Pors.

686. τὴν στοιὰν τὴν ἀλφιτόπωλιν. Porticus nimirum olim Athenis fuit, Ἀλφιτόπωλις dicta, quod farinæ illic venderentur. Hes. Ἀλφίτων στοά, ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. Hujus porticus etiam meminit Schol. supra ad Ach. 547. et Eustath. ad Il. A. [p. 868, 37. Rom.] Kust. In ed. 1532. στοὰ μυρόπωλις apud Megalopolitas Arcadiæ Pausan. viii. 30. p. 663, 14. Pors. στοιὰν Ms. Monac. Dobr.

629. Veterum edd. *ταῖς γ*. emendavit Faber. *τοῖς μικροῖς*. Lennep. Animadv. ad Coluthum p. 160. non satis exploratum habens, qui per *τοῖς μικροῖς* intelligendi sint, legit *τοῖς σιμοῖς*, comparans 701. 613. Dind. *χαρίσωνται*. Verbum amatorium. Operæ pretium erit veterem Schol. Pindari [p. 513. ed. Heyn. noviss.] adire; nam et h. l. explicat, et alterum, qui *ἐν Ἱππεῦσι* [517. Br.]. Is sic se habet: *χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππ. ἐκ μεταφορᾶς. Πολλῶν γὰρ ἤδη πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι· καὶ Σαπφὼ*, etc. Locus ille, ut Schol. ait, metaphoricus: at si voluisset habere proprium, hunc quem in manibus habemus adduxisset. [V. Ruhnk. ad Tim. p. 274. Dind.] Kust. *χαρίσωνται*. Reisig. i. p. 65. corrigit *χαρίσασθαι*. Aristoph. enim et prosaicos scriptores, iis exceptis, qui ornatiori dicendi genere utantur, post *πρὶν* et *ἕως* cum conjunctivo *ἂν* non solere omittere. Sed alia est anapæstorum ratio, de qua re explicatius dicetur ad Aves et Vespas. *πρὶν χαρίσωνται* mecum tuetur grammaticorum Princeps. Dind. *ταῖσι γυναιξὶ* ed. Kust. quomodo citat Ruhnk. ad Tim. p. 195. Lege præterea *πρὶν ἂν — χαρίσωνται*. Vesp. 724. *πρὶν ἂν — ἀκούσῃς*. Pac. 84. *πρὶν ἂν ἰδίσῃς καὶ διαλύσῃς*. Eq. 957. *πρὶν ἂν — ἀκούσῃς*. Lys. 706. *πρὶν ἂν — ἐκτραχηλίσῃ*. 1004. *πρὶν ἂν — ποιησώμεσθα*. Eccl. 1016. *πρὶν ἂν — προκρούσῃ*. 857. *πρὶν ἂν ἀπενέγκῃς*. 752. *πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι*. 769. *πρὶν ἄν γ' ἴδω*. Vesp. 915. *πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς*. 577. *πρὶν ἂν — εἴπῃ*. Av. 1409. *πρὶν ἂν — διαδράμω*. Ach. 176. *πρὶν ἂν στῶ*. 228. *πρὶν ἂν — ἐμπαγῶ*. Pors. Imo lege *γυναιξὶν — χαρίσασθαι* cum Pors. apud Gaisford. ad Eur. Suppl. p. 206. ubi locus citatur e palmaria Tyrwhitti emendatione. De *πρίν*, *πρὶν ἂν* omnino v. Elm. ad Heracl. 960. ad Med. pp. 119-121. et si libet, Reisig. p. 65. Dobr.

630. Frob. *Λυσιστρατους*. Ald. *Λυσικράτους*: recte [ita Suid. in *Λυσικράτης*]. Bent. *ἡ Λυσικράτους ῥίς*. Id est, Lysicrates ille ingenti naso nobilis; itaque deformis. Versum hunc aliter scribo: *ἡ Λ. ἄρα νυνὶ ῥὶς τοῖς καλοῖς ἴσα φρονήσει*. Nam in *καλὸς* prior anceps est. [Error ortus ex vitiosa vett. edd. scriptura *ἴσα*. Dind.] Faber. *Λυσικράτους*. Deformem fuisse satis apparet: sic et infra ejus mentio 704. Berg. *Λυσιστράτης*. *Λυσικράτους* ed. Kust. Ald. Pors.

631. *καταχήνη, κατάγελως*. V. Vesp. 575. Brunck. Eundem locum attulerat Berg. Lege *γ' ἡ* (ita Brunck.). Bent. *δημοτική γ'* Suid. ed. *καταχήνη*. *δ'* Ms. Pors. *δημοτικὴν ἡ* Ms. Monac. Dobr.

632. *τῶν σφραγῖδας ἐχόντων*. In Nub. 331. Berg.

633. Hic versus in Cod. omissus. Causa manifesta: ad *ὅταν* sequentis versus aberravit librarii oculus. Vulgo autem sic legitur metro prorsus corrupto, et sententia nulla: *ὅταν ἐμβάδι γ' εἴπῃ, πρότερος παραχώρει· κᾆτ' ἐπιτήρει*. Qua in scriptura ne forma quidem apparet tetrametri anapæstici. Deinde quisnam est nominativus verbi *εἴπῃ*? non alius esse possit, quam *καταχήνη*, quod ineptissimum est. Metro et sententiæ subvenit Faber, acuteque genuinam detexit lectionem: *ὅταν ἐμβὰς δή γ' εἴπῃ· Πρότερος παραχώρει, κᾆτ' ἐπιτήρει*. Per embadem intellige id hominum genus qui *ἐμβάσι* utebantur: ii autem erant senes. Plut. 759. *ἀκτυπεῖτο δὲ | ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν*. Brunck. In Brunck. lectione præter alia istud *δή γε* perineptum est. Rectius de hoc loco judicasse videtur Hotib. cujus hæc est nota: "Ἐμ-

βάσι solos senes fuisse usos, non probat Brunck. nec, si vel hoc concedatur, ideo, senes dictos fuisse ἐμβάδας, aut sponte verisimile est (quamvis κατωνάκη, vestis servilis, designet servum infra 724.), aut facetum, præsertim cum non juvenes et seniores inter se comparentur hoc loco, sed pauperes et divites, nihilque ad rem faciat, senex sit is an juvenis, qui oraturus sit in concione. Legam igitur potius Ὅταν Ἐμβαδίων εἴπῃ πρότερος etc. Ἐμβαδίων, nomen ridiculi causa fictum, ut passim alia apud Hunc, velut Εὐαίων supra 431., sonat eum, qui ἐμβάδας facit, sutorem." Nomen proprium hic latere jam Reiskius suspicatus erat. "Sine dubio, ait, latet nomen proprium in ἐμβάδι. nisi ἐμβὰς fuerit appellatio alicujus potentis et honesti, ut κόθορνος erat Theramenis." In Cod. Rav. ἐμβάδ' ἔχων scriptum est. Dind. Forte propria nomina sub illis latent, Ὅταν Ἐμβαδίᾳ γ' εἴπῃ Πρότερος. Bent.

634. δευτεριάζειν, *secundas partes agere*. Metaphora a scena sumta. Pro διαπραξάμενος, ridiculo errore in Cod. scriptum παραπραξάμενος, quod exhibet etiam ed. B. Juntæ. Brunck. Suid. δευτεριάζειν. Pors.

635. αὐτοῦ ed. Kust. Pors.

636. πατέρας ἅπαντας. Lege πατέρας γὰρ ἅπαντας. Est enim ætiologia. Præterea versus non stabit nisi ita legeris. Faber. Lege γὰρ ἅπαντες. Bent. πατέρας γὰρ omnino lege, metro et sensu postulante, ut edidit Kust. Pors. πρᾶσιν pro πατέρας γὰρ Ms. Monac. Dobr.

638. ἑξῆς. Vox hæc in Codd. omissa. Brunck. οὔκουν Ms. Monac. Dobr.

639. ἔσται Ms. Monac. Dobr.

640. ἄγχουσι. Av. 1352. ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα. Berg. κἀπιχεσοῦνται. Ita in Βατράχοις [366.]: ἢ καταπιλᾷ τῶν Ἑκαταίων. Faber.

641. ἀλλ' ὁ παρεστὼς οὐκ ἐπιτρέψει. Verti, *sed qui forte illis aderit non permittet*. Olim quidem putaveram, ἀλλ' ὁ προστάς; *Præfectus id vetabit;* sed nil mutandum. Sensus est, qui a me redditus fuit; et porro explicatur, τότε δ' αὐτοῖς, etc. Faber.

643. μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον. Lege μὴ τὸν ἑαυτοῦ. (male. Bent.) Faber. Legendum certe: μὴ 'υτοῦ ἐκεῖνον etc., i. e. μὴ αὐτοῦ (πατέρα) ἐκ. τ. sed ἐπέχω. Hotib. μὴ τὸν ἑαυτοῦ T. Faber, improbante Marklando ad Eurip. Iph. Taur. 1010. qui scribit μὴ 'υτὸν ἐκεῖνον. Pors.

644. τὰ μὲν ἄλλα λέγεις οὐδὲν σκαιῶς. Id est οὐ σκαιῶς. Familiare est Atticis οὐδὲν adhibere pro οὐ. Brunck. Ἐπίκουρος. Ne quis in doctrina temporum hospes bonum illum senem Gargettium, nobilem philosophum, cogitet. Faber.

645. Λευκολόφας est vitium typorum pro -φος. Reisk. πάππαν με καλεῖ. Mendose vulgo πάπαν με καλεῖ. Sequitur mox εἴ σε φιλήσειεν. Brunck. Pac. 119. πάππαν με καλοῦσαι. Berg. καλῇ Ald. Pors. πάππαν με καλῇ Ms. Monac. Dobr.

647. Ἀρίστυλλος. Aristyllus nempe fellator erat. V. Schol. supra ad Plut. v. 314. et Suid. v. Ἀρίστυλλος. Kust. Homo erat αἰσχροποιὸς, lingua et ore aliorum subserviens libidini, cujus mentio in Pluto 314. Brunck. Δυσωδίας μεστὸς fuerit necesse est. Sed unde illud vitium ortum sit, divinandum est: fortasse ἐγλωττοποίει. Faber. Hunc Aristullum, cujus basium ait timendum esse, exagitavit etiam in Pluto, ut vir, cujus nasus stercus olebat, et de nare loquebatur, quod et rursus indicat hanc fabulam et Plutum non multum differre tempore. Palmer. αὐτοῦ ed. Kust. εἴ γε Suid. v. Ἀρίστυλλος. Pors.

648. Citat Suid. v. καλαμίνθη. Kust. καλαμίνθης. Plut. 314. μινθώσομεν θ' ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα etc. Berg. Lege τ' αἴ. Bent. τ' ὄζεις sine ἂν Suid. ed. Ms. v. καλ. Pors. οἰμώζοι μ' ἂν Ms. Monac. Dobr.

649. γέγονεν ob metrum scribi debuit. Perperam vulgo γέγονε. Brunck.

650. μή σε φιλήσῃ. Cod. οὐ μή σε φιλήσει. Hinc οὐ μὴ est etiam in ed. B. Juntæ, reclamante metro. — δεινὸν μέντ' ἂν γ' ἐπεπόνθη. Vulgo δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθειν. Primo post ἂν inseri debuit γε ob metrum. [Imo crasi facta scribendum μέντἂν. μέντἂν γε dici non solet. Brunck. errorem notavit Pors. ad Med. 863. Dind.] Tum ἐπεπόνθη e puriori Atticismo reposui. [Confirmavit Cod. Rav.] Nec aliter hic Suid. legisse videtur, cujus hæc est nota ex ed. Med. descripta: ἐπεπόνθη, ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν· καὶ ἐωράκη, ἀντὶ τοῦ ἐωράκειν· καὶ ᾔδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν. Omnia ista sunt tertiæ personæ, quam Attici terminatione a prima non distinguebant. [Tertiæ quoque personæ hæc esse, recte negare videtur Buttm. Gr. Gr. t. i. p. 432. 433. sq. Dind.] V. Kœn. ad Cor. de Dial. Att. §. lviii. [p. 121. 122. Schæf.] et cf. not. ad Pl. 696. In ed. B. Juntæ [et aliis vett.] pro ἐπεπόνθειν est ἐπεπόνθην, quod ad verum propius accedit. Prioris coli vulgata lectio bona est, ὥστ' οὐχὶ δέος, μή σε φιλήσῃ. E Cod. scriptura diversa hæc concinnari posset: ὥστ' οὐ δέος, οὐ μή σε φιλήσει. *Ita ut nihil causæ sit cur*

metuas; non te osculabitur. Brunck. Lege ἄρ' ἐπεπόνθειν. vel — θη. Attice. Bent. Suid. ed. Kust. ἐπεπόνθη ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθει. καὶ ἑωράκη ἀντὶ τοῦ ἑωράκει. καὶ ᾔδη ἀντὶ τοῦ ᾔδει. ubi Pors.; "Lege ex ed. Med. cum interprete ἐπεπόνθειν — ἑωράκειν — ᾔδειν. quomodo quidem legunt Kœn. ad Cor. p. 50. Brunck. ad Aristoph. Eccl. 646. sed pessime pro tertiis personis accipiunt." Tres primæ edd. Aristoph. ἐπεπόνθην, quomodo citat Elm. ad Ach. 323. ἐπεπόνθει Pors. ad Med. 863. casu, opinor. Legendum enim cum Brunck. et Bent. (Pors. Opp. p. xciii.) ἐπεπόνθη. Tertiam personam utcunque defendas, vertendo, *Non id impune tulisset Aristyllus.* Sed recte Faber, secutis Berg. et Brunck., *id sane graviter ferrem,* (tulissem.) Anglice reddendum, *that would indeed have been intolerable.* Hoc enim sonat δεινὸς in δεινὰ πάσχειν, δεινὸν ποιεῖσθαι, δεινὸν λέγεις, etc. V. exempla apud Elm. l. c. [In ed. 1547. ἐπεπόνθην vertit in ἐπεπόνθειν Porsonus, in tertia scil. persona; v. ad Vesp. 633. Quum ad Med. 863. ἐπεπόνθει citaret, vereor ne consulto id fecerit, putans plusquam perfecti formam, -ειν, -εις, ει, jam tum Athenis invaluisse. V. Kidd. ad Dawes. p. 412. Certe Plut. 738. servat ἀνεστήκει. Recte an secus, non decerno; tantum dico, immerito culpatum videri Kœn. quippe qui pro prima persona recte acceperit, etsi non satis clare est locutus. Ejus autem conjecturam, saltem quod ad ἐπεπόνθειν, confirmat C. C. C. apud Burges. Præsulem ad Dawes. p. 462. (412. K.) Atque ἐπεπόνθη Rav. Cum δεινὸν omnino compara Latinorum *indignum.* Nos, *very hard, shameful, too bad,* etc. Lysist. 1099. δεινὰ idem est atque αἰσχρὰ 1100. Alia exempla dat Reisig. pp. 198. 216. 299, 300. Dobr. ἐπεπόνθη (sic) Ms. Monac. Id.

652. V. Suid. et Poll. qui hanc rem explicant; legitur et aliquid in Schol. V. locum in Cronosolone Luciani [t. iii. p. 399.], ὅταν τὸ στοιχεῖον ᾖ ἑξάπουν. Vide etiam omnino Salmas. in Solin. [p. 446.], qui hinc colligit, nec dum eo tempore in usu fuisse horologia sciatherica, ut nec diem in particulas seu horas divisisse; sed horarum vice umbras pedibus dimensas; ex ea mensura diei tempus collegisse. Faber. Lege λιπαρῷ [Rav. et Ms. λιπαρὸν] χωρεῖν: ut alibi [scil. Plut. 616.] λιπαρὸς χωρεῖν ἐκ βαλανείου. Bent. δεκάπουν τὸ στοιχεῖον. Hoc explicat Casaub. ad Athen. vi. 10. [t. iii. p. 431. Not. Schw.] ubi Schol. emendat, cujus nota sic scribenda: ἡ τοῦ ἡλίου σκιά, ὅταν ᾖ δέκα ποδῶν. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτε γένηται ὀψέ. — Τὸ παλαιὸν οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, καὶ οἱ καλούμενοι παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀνέμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δ' ἀπῄεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἑτέρας, ἀφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήκει. Huc respexisse videtur Poll. vi. 44. τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπεύδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη. Brunck. λιπαρὸν χωρεῖν. Sic bene Cod. Vulgo λιπαρῶς. Id. εἰς δεῖπνον Suid. ed. M. δεκάπουν. λιπαρῶς. sic Suid. Ms. v. δεκάπουν. [et ed. M.] Pors.

653. περὶ jungendum est in constructione cum ἔρεσθαι. Reisk.

655. ἦν. Ms. Monac. apud Reisig. i. p. 255. εἰ. Dind. δίκην τῳ. Omnes quas vidi δίκην τῷ· male: debet enim esse pro τινί. Berg. Lege δίκην τῳ. Bent.

657. τουτὶ πόσους ἐπιτρίψει. Hoc in Athenienses, qui litium causa hoc loco, ut sæpe alibi, ab Aristoph. vapulant; vel perpetua comœdia Σφηκῶν. Nam quod illa tanquam reipublicæ saluberrimum dixerat, litium semina modo extinctum iri; *quot cives nostros, dii boni, ea res pessundabit,* inquit Blepyrus. Ceterum legendum τουτὶ δὲ πόσους, etc. nam τι in τουτὶ vel longum est vel breve. Faber. δὲ abest ab Ald. lege vel γε vel γ' ὑπόσους. Bent. τουτὶ πόσσ' ἐ. Ms. Monac. Dobr.

658. Lege AN. [voluit fortasse XO. cui Rav. tribuit Νὴ τὴν Δήμητρ' εὖ γε διδάσκεις: ubi Bent. adscripsit AN. sed v. 726.] Ald. et Gry. ΠΡ. τοῦ. Bent. ταύτῃ γνώμῃ γ' Toup. in Suid. i. p. 157. ubi notat hæc verba citari a Suida v. ἐθέμην. Pors. κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Toup. in Suid. t. i. p. 200. κἀγὼ ταύτῃ γνώμῃ γ' ἐθέμην, comparans Soph. Philoct. 1448. κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι, ubi Elm. ad Eurip. Heraclid. 1053. contraria ratione ex hoc Aristoph. loco corrigit κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι, de quo dubitat Blomfield. ad Æsch. Agam. p. 279. In Aristoph. si quid mutandum, frequens usus formulæ ταύτῃ τίθεσθαι suadet, ut ταύτῃ γνώμην ἐθέμην potius scriptum putemus, in quod jam Reisig. i. p. 180. incidisse video. Similiter Herodot. i. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί. Dind.

659. ἑνὸς οὕνεκα. Perperam vulgo εἵνεκα. V. not. ad Pl. 329. Brunck.

660. πόθεν οὖν ἐδάνεισ' ὁ δανείσας. *Unde acceptam fœnori dedit pecuniam ille, qui dedit?* Nimirum ex publico furatus est; nam privatim nemo quicquam possidet: atque sic non poterit in jus vocare debitorem. Hoc autem dicit, non

fore deinceps fœneratores, ac proinde nec lites de fœnore. Berg.

661. *κλέπτων δήπου 'στ' ἐπίδηλος.* Recte in antiquis edd. hæc tribuuntur adhuc Praxagoræ. Berg. Scilicet in Gel. Port. Kust. edd. hæc Blepyro tribuuntur. Deinde νὴ τὴν Δ. εὖ γε δ. Praxagoræ, reliqua denuo Blepyro. Dind. Βλ. delent Ald. Gry. Bent.

662. Πρ. νὴ τήν. Ita recte ed. Farr. et Brub. præmisere Βλ. non recte nupera Πρ. quæ ante τουτὶ demum id habet. Berg. Personæ mutatio. Secunda uti debuerat, *φράσον μοι.* Id hodie Italis frequentissimum. Faber. Subauditur autem τις sub φρασάτω· ut τουτὶ φρασάτω μοι sit, *hoc aliquis mihi dicat.* Berg. τουτὶ τοίνυν σὺ φράσον μοι. Vulgo τουτὶ τοίνυν φρασάτω μοι, perquam inficete illata tertia persona statim post secundam, in eodem ad eandem personam sermone: διδάσκεις — φρασάτω. Brunck. Tollitur hæc difficultas, quæ vel sic nulla erat, meliore personarum distinctione in Cod. Rav. Dind. Lege, τουτί τις νῦν φρασάτω μοι. Pors.

663. τύπτοντες. "κλέπτοντες Ald. leg. ληφθέντες." Bent. apud Kidd. ad Dawes. p. 550. — Dind. τῆς αἰκίας πόθεν ἐκτίσουσιν; Subauditur τὴν δίκην, seu potius τὸ τίμημα. Pl. 480. τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ; Piget me eorum, quæ ad hunc versum scripsit Dawes. [p. 310. (550. Kidd.)] Oratorum Græcorum ne unam quidem paginam legisse videtur. αἰκία producta media apud Poetas Atticos sæpe occurrit. V. Æsch. Prom. 93. 117. Brunck. Ald. Gry. κλέπτοντες: alii τύπτοντες. lege ληφθέντες. Bent. τὰς αἰκίας. Reisk. τὰς αἰκίας vel potius αἰκείας, sive ἀκείας Dawes. De ellipsi δίκην Burgess. ad Dawes. addit Dorv. ad Charit. p. 456. (478. Lips.) Dind.

664. *οἶμαί σ' ἀπορήσειν. Puto hærebis, nec extricare poteris.* Berg.

665. ἀπὸ τῆς μάζης. In Lacedæmone, ubi communiter vescebantur cives, quem morem Praxagora Athenis etiam vult introducere, mos fuit ita mulctare. Nicocles apud Athen. iii. p. 141. διακούσας δὲ πάντων ὁ Ἔφορος ἤτοι ἀπέλυσεν, ἢ κατεδίκασεν· ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν ἐλαφρῶς ἤτοι κάμμασιν ἢ καμματίσι· Sunt autem ista liba quædam, aut placentæ. Berg.

666. Versus non stat. Verti quasi legeretur οὐχ ἑξῆς ὑβρ. Faber. Versui huic integrum deesse pedem recte observavit Faber: qui proinde defectum illud supplet, addendo vocem ἑξῆς. At ego malim post φαύλως inserere πώποτε. Kust. Vocem οὐδεὶς addidi, sententia flagitante et metro. Toto pede mutilus erat versus. Faber reponebat ἑξῆς, ut supra 638. Kust., πώποτε: quorum illud frigidum, hoc solœcum. Neuter animadverterat deesse nominativum verbi ὑβριεῖται. Eadem diphthongus initio utriusque vocis, alterius omittendæ causa fuit. Genuinum hoc esse ostendit alterum quod infertur v. seq. οὐδείς. Brunck. Veram scripturam οὕτως αὖθις debemus Cod. Rav. Dind. Lege οὐδεὶς οὕτως. Bent. αὖθις om. Ms. Monac. Dobr.

667. πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ; Sensus est: Cur enim furetur aliquis, cum quilibet omnium rerum et bonorum, utpote cunctis civibus communium, etiam absque furto particeps esse possit? Sic nimirum habet Suid. v. μετὸν, unde locum hunc emendavimus. In prioribus enim edd. sic legitur, πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ; quæ verba licet prima specie bonam valetudinem mentiantur, latens tamen in iis mendum deprehendet, qui rem attentius consideraverit. Nam Attici non solent vocalem ε post articulum τὸ elidere, sed potius per crasin duas illas syllabas in unam contrahere, dicentes τοὐμαυτοῦ; ut τοὐμὸν, pro τὸ ἐμόν: τοὔπος pro τὸ ἔπος, et sexcenta alia. Sed crasin illam versus ratio non admittit. Quare dubitandum non est, quin vera manus Aristoph. sit, quam Suid. dicto loco nobis conservavit. Est autem μετὸν participium neutrum, (a verbo μετεῖναι) quod absolute ponitur; ut ἐξὸν, ἐνὸν, et similia. Kust. πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ; In impressis erat, πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ; E Suid. qui locum hunc profert in μετὸν, monuit Kust. legendum esse, πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ; quam lectionem in textu exhibet novissima Bat. sic quoque in Cod. scriptum est. Sed solœca est oratio. Oporteret πῶς ἂν κλέψαι, immo Attice κλέψειε —. Scripserat Comicus, quod reposui, κλέψει. Brunck. πῶς γὰρ κλέψαι; μετὸν αὐτῷ. Kust. ex Suid. v. μετόν. Lege præterea κλέψει. Suid. ed. Ms. nisi quod hic μετεστιν. ἐξόν. (sic.) Pors. Nescio an potius μετεστον enotet Pors. Dobr.

668. οὐκ ἦν οἴκοι. Comice, καὶ παρὰ προσδοκίαν. Quippe certum si quis servat domi, tutum eum a λωποδυτῶν perpetuo fore, seu sub Praxagora, seu sub Archonte quovis. Faber. καθεύδῃς. καθεύδῃ (scil. τις) ob sequentia δώσει, κομιεῖται, αὐτῷ etc. Reisk. Lege ΑΝ. οὐκ ἦν. Bent. "Citat Suid. v. οὐκ ἀποδύσῃ." Toup. in Suid. ii. p. 180. Pors.

671. κομιεῖται ἐκείνου Ms. Monac. Dobr.

673. οὐδὲ κωλύσουσ' ἄρα γ' ἄνθρωποι. Sic Reisig. i. p. 153. et x. Dind. περὶ om. Suid. τοῦ γάρ. Pors.

674. συῤῥήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα. Terent. Adelph. [v. 7. 10.] 'Atque hanc in horto maceriam jube dirui, quantum pote est; hac transfer, unam fac domum,' et infra: 'fratri ædes fient perviæ.' Faber. Repetit Berg. Dind.

675. παραθήσεις. Sic Cod. ut impressi. Markland. ad Eurip. Suppl. 932. legendum censet παραθήσει in forma media, cujus rei me fugit ratio. Brunck. ὃς ἂ. Ms. Monac. Dobr.

676. τὰς στοάς. Hic et infra abicunque hæc vox occurrit, scriptum in Cod. στόας. In impressis est στοιάς. Prior syllaba ob metrum produci debet. Analogiæ magis congruum mihi videtur στωὰ, quam στοιά. Ab illo, στωὰ, derivatur nomen Στωϊκοί. Formam στοιὰ, cujus nescio, an apud scriptorem quempiam exemplum occurrat, cujusque non meminerunt Lexicographi, adfirmare videtur auctor Etym. M. p. 550. l. 7. Sed voces fingere, quas usus nunquam admisit, grammaticis solemne est. Brunck. Στοιὰ, quod et hic et aliis in locis habet Cod. Rav., cum similibus formis, quales χροιὰ, ῥοιὰ, comparat et defendit Elm. ad Eurip. Heracl. 481. — ἀνδρῶνας. Vocem Græcam in versione retinui ut Vitruv. et alii. Intellige loca satis ampla, numerosis virorum conviviis apta. Faber. στοὰς Suid. ἀνδρῶνα. Pors. στοιὰς Ms. Monac. Dobr.

677. βῆμα. Loci hujus meminit Suid. v. βῆμα. Kust.

680. ἵνα μὴ δειπνῶσι. Mutatio numeri. Debuerat dicere ἵνα μὴ δειπνῇ. Faber. Gry. γε. Ald. τε [male v. Pors. Advers. p. 33.]. Bent.

681. V. Suid. v. κληρωτήρια, qui locum hunc ex Comico nostro adducit. Kust. Male hic Schol. qui κληρωτήρια exponit τὰς κληρωτικὰς ἀρχάς. Κληρωτήρια hic aut locum, aut, quod magis placet, sortes ipsas significat. Faber. *Urnas vero sortium quo conferes?* in quas sortes conjiciuntur, in sortitione judicum. Berg.

682. κᾆτα στήσασα. *Deinde ubi eas collocavero juxta* etc. Berg. In Cod. [et Suida v. κληρωτήρια] καταστήσασα. Brunck.

683. ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ. Ad hujus loci illustrationem non parum faciunt ea, quæ tam Schol. vetus, quam Nos notavimus ad Plut. 277. et 973. Kust. Schol. δέον εἰπεῖν δικάζει, εἶπε δειπνεῖ. Sic in Pluto 973. ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι; ubi v. notam. Berg.

684. ἐκ τοῦ βῆτα. Literis distinguebantur loca, ubi jus dicebatur. V. ad locum modo citatum. Berg. ἐπὶ τὴν στοιάν. Leg. τὴν στοιὰν, ut et infra. Faber. στοὰν Suid. in Κλῃρώσω. [sed v. Elm. ad Ach. 548.] Bent. στοιὰν Ms. Monac. Dobr.

685. τὴν Βασίλειον. Quia incipit a βῆτα. Berg. τοὺς Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. Subaudi λαχόντας: τοὺς Θῆτα λαχόντας. Vulgo legitur, τὸ δὲ Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. At vero in Cod. scriptum est, δειπνήσοντας. τοὺς δ' ἐκ τοῦ Θῆτα παρ' αὐτήν. Quam lectionem sinceram esse credo, et versum, qui sequebatur, excidisse. Porticum Thracum designari arbitratur Meurs. Ath. Att. pag. 15. Schol. vero minus probabiliter, τὸ Θησεῖον, *Thesei templum.* Brunck. Schol. intelligit τοὺς θῆτας ituros in Θησεῖον. Igitur παρὰ ταύτην intellige στοὰν λεχθεῖσαν παρὰ τὸ γράμμα τουτὶ θ. vox observanda: posset et proximam significare; at non hic. Faber. βασίλειαν Suid. v. κληρωτήρια. De hac porticu agens J. Meurs. Attic. Lect. vi. 17. hunc locum omisit. [Ita in ed. 1547. notat; sed voluit κληρωτήρια, ubi βασίλειον ed. Med. -ίλειαν Kust. Dobr.] Pors.

686. τὴν στοιὰν τὴν ἀλφιτόπωλιν. Porticus nimirum olim Athenis fuit, Ἀλφιτόπωλις dicta, quod farinæ illic venderentur. Hes. Ἀλφίτων στοά, ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. Hujus porticus etiam meminit Schol. supra ad Ach. 547. et Eustath. ad Il. A. [p. 868, 37. Rom.] Kust. In ed. 1532. στοὰ μυρόπωλις apud Megalopolitas Arcadiæ Pausan. viii. 30. p. 663, 14. Pors. στοιὰν Ms. Monac. Dobr.

687. Personæ in hoc versu perquam absurde distinctæ erant. Brunck. cujus distinctionem tacite sequutus est Inv. Vulgo ἵνα κάπτωσιν Praxagoræ continuabatur; deinde Βλ. μὰ Δί' — ἅπαντες. — ἵνα κάπτωσι. Hoc jam, non quasi στοὰ illa ἀλφιτόπωλις incipiat ab eadem litera, sed quia verbum κάπτειν est vorare. Berg. τὸ γράμμα. Nunc sors est, signum habens literam aliquam, qua unum ex dicasteriis erat insignitum; ad quæ dicasteria alluditur. Id. Petitum a more judiciorum apud Athen. Aristoph. alibi. V. Sigon. et Meurs. Faber. Lege ΒΛ. ἵνα κάπτωσιν; ΠΡ. μὰ Δί' ἀλλ' ἵν' ἐκεῖ δειπνῶσιν. ΒΛ. ὅτῳ. Ald. et Suid. κάμπτωσι: Gry. κάπτωσι. mox Suid. οὕτω — ἐξελῶσιν ἅπαντες. Bent. ἵνα κάπτωσιν Praxagoræ, reliqua Blepyri Ms. Monac. Dobr.

688. ἀπελῶσιν ἅπαντες. Sic recte

Cod. non, ut vulgo, ἅπαντας. Brunck. ἅπαντες, ut videtur, Ms. Monac. Dobr.

689. Ald. Gry. et Suid. ἐστί. Bent. Mendose Ald. ἔστι. Pors: ἔστι Ms. Monac. Dobr.

691. Quid sit κωμάζειν, hic meminisse necesse est. Adeundus Philostratus in Κώμῳ. Theocr. in κωμαστ., et ad eum Casaub. Aristoph. in Pluto. Horat. alicubi tetigit: 'Hic hic ponite lucida funalia et vestes et arcus oppositis,' etc. quæ κωμαζόντων arma erant. Faber. Citat Suid. v. αὐτῷ στεφάνῳ. Kust. αὐτῷ στεφάνῳ πᾶς τις ἄπεισι τὴν δᾷδα λαβών. Coronas gestabant et facem, cum irent comissatum. In Pluto 1042. ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν· φαίνεται, inquit alter, στέφανόν γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται. ubi v. not. Berg.

692. ἄπεισι. Hæc rursus menda e prioribus edd. me imprudente remansit: scribe ob metrum ἄπεισιν. Brunck.

693. διδόους. Suid. v. δίοδοι. Kust. Citat Suid. in Προσπίπτουσαι. Bent. Suid. δίοδοι, ubi τοῦ δείπνου. Pors.

694. ἀπὸ τοῦ δ. Suid. ed. Ms. προσπ. Pors. δείπνων (sed suprasc. si collationem assequor). Dobr.

695. δεῦρο παρ' ἡμᾶς. Videtur respexisse ad Sirenas Odyss. Notissimi versus sunt. Faber. πρὸς ἡμᾶς. Reisig. i. p. 304. Dind.

698. Verba καὶ καλλίστη καὶ λευκοτάτη Reisig. l. l. post ὡραία 696. collocat. Dind.

699. πρότερον — αὐτῆς. Notetur ut duriusculum. Debuerat enim dici πρότερον ἢ παρ' αὐτῇ. Faber.

701. τοῖς δ' εὐπρεπέσιν γ'. Inserenda fuit ob metrum particula. Brunck. τοῖς εὐπρεπέσιν δ'. scribendum fuisse monuit Pors. in Censura Ar. Brunck. p. 572. Schæf. (Mus. crit. Cantabr. v. p. 121.) Dind. Lege τοῖς εὐπρεπέσιν δ'. Bent. τοῖς εὐπρεπέσιν δ'. (V. Opusc. pp. xciii. 29-30.) Pors.

702. αἱ φαυλότεραι sententia ipsa flagitante reponi debuit: vulgo absurde οἱ φαυλότεροι. Brunck. Lepidum hoc ἀκολουθοῦντες — αἱ φαυλότεραι, quod Brunck. vertit *sequutæ deformiores*, notavit Reisig. i. p. xxi. John Seager in Classical Journal, n. iii. p. 509. de h. l. hæc scripsit: "Notwithstanding Brunck's opinion, οἱ φαυλότεροι appears to me the true reading: the ugly men check the handsome, and assert the right, given them by the new laws, of going first." Dind. φαυλότεροι Ms. Monac. Dobr.

703. ποῖ θεῖς. Ita Ald. Farr. et Brub. Nuper a θέεις. Berg.

707. Novum commentum concitandæ libidinis. Ingeniosi homines in hac parte Græculi; qui utinam sibi in describendis quæ tam libenter factitabant, temperassent: nam his patienter satis careret sæculum nostrum vitiorum ferax, σωφροσύνης incuriosum. Faber. Schol. hæc verba non intellexit, et nescio quæ de prurigine, quam facit asperitas foliorum, et de aliis muginatur. Sed nihil aliud intelligit Comicus per δίφορον συκῆν, quam τὸ πέος, membrum virile: quod sic vocat, διὰ τὸ ἔχειν ὄρχεις δύο κρεμαμένους ὥσπερ καρπούς, ob duos testiculos appendentes: et sic ridiculi gratia alludit ad ficus, quæ dicuntur duplices, eo quod combinatos fructus ferant. Sensus est obscœnus, in quo explicando non est immorandum. Palmer. ὑμᾶς δὲ τέως. Citatur hic locus ab Athen. lib. iii. cap. iv. p. 77. [t. i. p. 304. Schw.] et Suid. v. δέφεσθαι. Kust. Pervulgatum accentus vitium θρία emendavit Brunck. ad Vesp. 1812. Errat Schw. ad Athen. t. viii. p. 159. Dind. διφόρου συκῆς. Palmer. dicit intelligi τὸ πέος propter geminos testiculos ab radicibus ejus pendentes, et alludi ad ficus, quæ dicantur διφόροι, quia combinatos fructus ferant. Quæ expositio, etsi non nimis apta videatur, tamen potest utcunque confirmari ex isto Comici in Pace 1349. τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ, τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον. nam ibi intelliguntur partes genitales. Berg.

708. διαφόρου Suid. v. δέφεσθαι. Mendose γ' ὡς pro τέως Athen. iii. 4. p. 77. διφόρου συκῆς. sic Suid. v. δέφεσθαι. [i. e. Ms. nam edd. Med. Ald. Port. Kust. omnes διαφόρου. Dobr.] Pors.

709. δέφεσθαι. *Masturbari*; quod quid sit, diserte docebit Martial. lib. 9. 'Pontice, quod numquam futuis, sed pollice læna Uteris, et Veneri servit amica manus; Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens, Quantum vix animo concipis ipse tuo.' etc. Quæ e libro ipso petas. Faber. Lege προθύροισι. Bent. L. προθύροισι. Pors. προθύροισι ob metrum scribendum fuit, non, ut vulgo, προθύροις. Emendata hic est scriptura codicis. Brunck.

710. φράσον μοι. Scripsisse Aristoph. arbitror φρασατόν μοι. neque enim potest Praxagora rogare Blepyrum, ut simul pro choro respondeat. Evanuisse enim chori quædam verba, ex iis perspicuum est, quæ subjungit Praxagora, 714., ἠρημένον Ἄρχειν. Reisig. i. p. 288. ἀρέσκει enotatur Ms. Monac. Dobr.

711. Legi quasi in Græco fuerit, ut et corrigi debet: βαδιστέον νῦν ἐστιν. Fa-

BER. Lege νῦν vel γ' ἄρ'. BENT. βαδιστέον τ' ἄρ' —. Vulgo βαδιστέον ἄρ'. V. not. ad Ran. 656. BRUNCK.

713. Necesse fuit innovare et quasi hibridam facere: quia lingua Lat. non habet quo exprimat præconem feminam. Nemini enim dubium, quin, quod ab aliis prævisum, legendum sit, κηρύκαιναν; id est, si placet, præconissam, aut præconem fœminam. FABER. Interpres vertit *lyram novam*, mutans proculdubio, et legens λύραν καινήν. At tu repone meo periculo κηρυκαίνην, id est, *præconissam*, nec mirum, si novis vocibus utitur, et ab eo ipso formatis in rebus novis et non antea visis nec cogitatis. PALMER. κηρύκαιναν. Sic pro λυρόκαιναν (quod priores edd. nullo sensu habent) scribendum esse jam ante etiam recte viderunt Scal. Faber., et Palmer. KUST.

716. τήμερον. Vulgo minus bene σήμερον. BRUNCK.

717. Veterum edd. εὐωχησόμεθα emendavit Faber. DIND.

719. δῆλον τουτογί. Vulgo τοῦτο τί. Quæ scriptura retineri poterat, distinctis personis, ut in Cod. distinctæ sunt: Βλ. ἱνατί; Πρ. δῆλον τοῦτο. Βλ. τί; Sed longe præstat τουτογί, quod reponendum esse acute vidit Kœn. ad Cor. p. 56. [134.] BRUNCK. τουτοΐ aut τοῦτό τοι. REISK. τοῦτο τί Ms. Monac. DOBR. Lege τουτογὶ (ita Kœn. ad Greg. p. 56.). BENT.

720. Librorum omnium scripturam ἔχωσιν αὗται Brunck. in ἔχωμεν αὑταί, ne monito quidem lectore, mutavit. Nihil erat mutandum nisi μὴ 'χωσιν, quod incredibili sagacitate animadvertit, ut videtur, Inv. DIND. ἔχωσιν Ms. Monac. DOBR.

722. ὑφαρπάζειν Κύπριν. Ita in Thesm. [211.] de Agathone aurei versus sunt, et in re turpissime honestissimi: δοκῶν γυναικῶν ἔργα νυκτερείσια | κλέπτειν, ὑφαρπάζειν τε θήλειαν Κύπριν. FABER.

724. κατωνάκη servorum est vestis. Hic metonymice ponitur res pro persona, quæ re utitur, ut supra 633. ἐμβάς. κατωνάκῃ valet igitur τῶν δούλων χάριν. Mentio κατωνακῶν in Lys. 1151. ad quem locum respexit Hes. Ad metonymiam non adtenderant, nec ad usum dativi personam significantis pro genitivo cum ellipsi nominis χάριν, qui hoc aliter acceperunt, et optimam lectionem temere sollicitarunt. BRUNCK. κατωνάκη, et κατωνάκης, ου, satis notum. At hic adjectivum fecit Aristoph. κατωνάκη χοῖρον, i. e. θεραπαίνης χοῖρον. Locus hic suavissimus, τὸν κατωνάκη χοῖρον. More Latino dicerem, cunnum palliolatum; atque ita servarem χαριεντισμόν; quippe ex Martiale ancillæ palliolatæ. Poterat verti villosum, sed nulla gratia. FABER. Locus est paulo obscurior, et ab interpretibus non recte, ut puto, intellectus. Faber nimirum existimat, κατωνάκη hic esse adjectivum, locumque hunc ita interpretatur, ac si meretrices κατωνάκας gestassent; quod tamen secus est. Nam κατωνάκη non erat vestis meretricum, vel famularum, sed servorum; ut ex pluribus auctorum locis facile probari posset, si hoc nunc agerem. Taceo, nimis durum et coactum mihi videri, vocem κατωνάκη, quæ semper est substantivum, hic adjective capere; tum quia nullum hujus χρήσεως affertur exemplum; tum etiam, quia figura illa audacior est, quam ut socco Comico conveniat. Quare aliud placuit doctissimo Palmerio: quippe qui pro ἀποτετιλμένον scribendum censet ἀποτετιλημένας, ab ἀποτιλάομαι, quod exponit *detergo*. Sed nec illa conjectura mihi probatur. Nam vox ἀποτιλάομαι est prorsus commentitia, nec usquam mihi lecta; cujus exemplum a Palmerio productum vellem. Ne dicam, metrum quoque lectioni huic manifesto repugnare. Nam syllabam τι in ἀποτετιλημένας secundum legem metri hic oporteret esse brevem, quæ tamen longa semper est in reliquis compositis, ut ἐπιτιλάω, κατατιλάω, etc. Nos igitur censemus locum hunc mendo quidem carere, sed aliter interpretandum esse. Nam κατωνάκῃ hic accipio pro dativo casu; ut dicat Comicus, meretrices servis, sive in servorum gratiam, qui *catonaca* induti esse solebant,——vulsum habere debere. Nisi locus esset obscœnus, plura ad illustrationem ejus afferre possem. Sed sapienti sat. KUST. Placet Cl. Kust. expositio, qui κατωνάκῃ in dativo accipit. De hac re in Lys. 89. κομψότατα τὴν βληχώ γε παρατετιλμένη. BERG. Lege κατωνάκη, τὸν: citat Suid. in Κατωνάκης. BENT.

725. Lege AN. i. e. maritus Praxagoræ. BENT.

726. με Ms. Monac. DOBR.

727. Recitato hoc versu Blepyrus et Praxagora in forum ituri e scena egrediuntur. Hoc intellexere Faber et Kust. qui sequentes versus viro cuidam supellectilem suam in commune depositurо tribuerunt. In primariis edd. versus 728. et sequens perquam absurde Praxagoræ tributi erant: pravam illam distinctionem inepte revocavit Berg. Œconomiam fabulæ parum perspectam habuerunt editores, minime vero omnium po-

strenuus ille. Post versum 727. actus finitur, quo exacto, Chorus cantando et saltando partes suas agebat: sed temporis injuria et priscorum grammaticorum socordia periere chorica cantica hujus fabulæ tantum non omnia. Brunck.

728-29. Hos duos versus Praxagoræ tribuunt antiquæ edd. Nupera Viro, qui inferius. Berg. Verba inde a 730. in pristinis edd. Viro tribui monet Berg. Dind. ἔγωγ' —. Sic legendum esse manifestum est. Perperam vulgo ἐγὼ δ' —. Similis erat menda 173. Brunck. Junt. minor ἐγὼ δι', ἵν' — major ἐγὼ δ' ἵν' — quod eodem redit. Hoc non deterius vulgato. Hotib. Prax. — ἐγὼ δ' — ἀγορὰν τε Ms. Monac. Dobr.

730. Supellectilem suam foras effert quidam, eamque ordine disponit ante ædes. Alloquitur autem singula vasa, ut in comœdia, tanquam essent homines: assignatque singulis locum et officia, qualia in pompis et sacrificiis esse solebant quarundam personarum. Nam istud omnino tenendum, hæc ad imitationem pompæ fieri. Hinc infra 751. quidam ista videns dicit: οὔτι μὴ 'Ιέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴ πέμπεται; Quodnam autem sit vas illud, quod primum effert, et κιναχύραν vocat, incertum est; Faber admodum verisimiliter putat esse *cribri genus*, adductus, credo, etymologia vocis, παρὰ τὸ κινεῖν ἄχυρα. Berg. Schol. κιναχύρα est ὄνομα δούλης. καλὴ καλῶς. Pac. 1330. χῶπως μετ' ἐμοῦ καλὴ καλῶς κατακείσει. Plaut. Asin. iii. 3. 'I sane bella belle.' Curcul. iv. 2. 'Sequere istum bella belle.' Brunck.

732. ἐντετριμμένη. Hoc ambiguum: nam saccus bene fricatus erat, sed persona fingitur callida τοῦ κανηφορεῖν, ad quod evocatur; utrumque autem significat τὸ ἐντετριμμένη. Schol. σμηχθεῖσα, ἢ εἰδυῖα. Hotib. Citat Suid. v. ἐντετριμμένη. 'Εντρίβεσθαι autem apud Græcos interdum significat, *fucari*, vel, ut proprie dicam, colorem aliquem faciei infricare, sive per frictionem illinere: cujus significationis passim apud scriptores occurrunt exempla. Lucian. in Judic. Dear. p. 223. ed. Amstel. τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, ὥσπερ ἑταίραν τινα. Sed pluribus exemplis, ut in re nota, abstinemus. Kust. Canephoros sis. Puto ipsum innuere illam Cinachyram (quicquid tandem sit) emeritam esse. Puellæ enim cum jam nubiles erant, ἐκανηφόρουν. Ceterum ἐντετριμμένη præter solitas significationes fucatam quoque significare potest; sed ante quærendum fuerit, quid sit Cinachyra. Quæ dico ut conjectanea. Nam certi nil habeo, nisi quod satis constare puto non esse hoc loco servam intelligendam. Faber. De virginibus canephoris v. Meurs. Panathen. c. 23. cujus in fine laudantur Comicorum versus, quos servavit Nostri Schol. ad Av. 1550. ubi Hermippi fragmentum depravatum est, quod vel aliter, vel hoc modo legendum est. ὥσπερ αἱ κανηφόροι | λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμένοις. | ἐγὼ δ' ἕνεκα ψαλαγμάτων τὴν διφροφόρον. [Videtur legendum ἐντετριμμέναι, ut ad κανηφόροι referatur. Berg. Lege, ἐγὼ δ' ἐνέκαψα, λανθάνων τὴν διφροφόρον. ἐνέκαψα feliciter detexit Valck. ad Herodot. ii. 93. Totum versum misere corrupit Brunck. Pors. Advers. p. 287. (254. ed. Lips.)] Dativus ἐντετριμμένοις pertinet ad substantivum quod præcedebat in eodem casu. Brunck. Ut ed. sic Ms. Suid. ἐντετ. Pors.

733. θυλάκους στρέψασ' ἐμούς. I. e. in quam multi sacci scortei (nam tales οἱ θύλακοι), farinæ pleni, effusi sunt; id quod ipsa fecisse dicitur tanquam persona; unde Schol. στρέψασα, κλέψασα. Hotib. Id est, in quam tot mei sacci inversi sunt purgandæ farinæ; si perstandum sit in significatione τῆς κιναχύρας. Interpretes hactenus interpretati reticulum panis; quod rejicit Casaub. Θύλακος enim *saccus scorteus*, quem secum ferebant in forum, qui farinam emtum ibant. Faber.

734. Citat Suid. v. δίφρον. Kust. Schol. ad Aves, 1550. ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. Berg.

735. Comice risum captat. Olla nigerrima quidem, verum ne sic quidem satis apta tingendis Lysicratis capillis. Alludit nempe ad illos molles, qui fuco seu pharmaco canitiem celabant. Clem. Alexandr. vocat χρίσματα πολιῶν. Faber. νὴ Δία, μέλαινά γ' οὐδ' ἂν εἰ τὸ φ. Verum hujus loci sensum nec Faber, nec alii interpretes perspexerunt. Vertendum enim erat: *Per Jovem nigra sane; adeo ut non fores nigrior, etiamsi pharmacum* (vel *pigmentum*) *coxisses, quo Lysicrates comas denigrat.* Nimirum elegans [Cur Kust. elegantem dixerit ellipsin, ignoro: mihi quidem videtur paullo durior. Schæf. ad L. Bos. Ellips. p. 787.] hic latet ellipsis, nondum a quoquam, quod sciam, observata. Integra enim oratio foret, νὴ Δία μέλαινά γ', (ὥστε οὐκ ἂν εἴης μελαντέρα,) οὐδ' εἰ τὸ φάρμακον, etc. Hujusmodi autem ellipses apud Atticos frequentissimæ sunt, ut ignorare non possunt, qui veteres scriptores Græcos triverunt. Cf. nos ad Plut. 468. ubi similem ellipsin, itidem paucis ante co-

gnitam, exposuimus. Kust. Lege *οὐδαμῶς*: vel *οὐ γὰρ ἢ* vel *οὐ γὰρ οὖν*. Bent. *εἰς. εἰ* Suid. ed. Ms. *λυσικ. φάρμακον*. Pors. *εἰς τὸ* Ms. Monac. Dobr.

736. *Λυσικράτης*. Lysicrates hic a Comico ut mollis ridetur. Solebant enim olim homines effœminati, et mulierculatum amori plus nimio dediti, ingravescente jam ætate, capitis nivem pharmaco quodam sive pigmento celare, capillosque nigro colore inficere, ut juniores viderentur: qua de re passim exstant apud scriptores veteres testimonia. Unum tantum hic adducam locum ex Sereno Sammonico de Medicina, p. 2. ed. Amstel. qui apprime huc facit. "Quos pudet ætatis longæ, quos sancta senectus Offendit, cupiunt properos abscondere canos, Et nigrum crinem fuco simulare doloso." Et paulo post: "Præterea niveum poterit depellere crinem, Resina ex facili cera viscoque coacta." Kust. Schol. *ὡς τοῦ Λυσικράτους φαρμάκῳ μελαίνοντος ἑαυτοῦ τὰς πολιάς*. Lysicratis mentio supra 630. Berg. *ἐψοῦσ'* om. Suid. ed. Ms. *φάρμ.* Pors.

737. *κομμώτρια*. Quin aliud intelligat ac loquatur, dubium esse non debet. Sed divinare quid sit, non est meum; nisi eandem ollam fuligine inunctam *κομμώτριαν* vocet. Ceterum corrige versum corruptum, et lege: *δεῦρ' ἴθ' ἡ κομμώτρια*. Eadem ratione qua supra, *ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι*. Et mox infra, *σὺ δὲ δεῦρ' ἡ κιθαρῳδὸς ἔξιθι*. Faber. Perperam vulgo legitur: *δεῦρ' ἴθι κομμώτρια*. Emendandi rationem vidit Faber, cujus crisin confirmat Cod. in quo *δεῦρ' ἴθ' ἡ κωμώτρια*. Suid.: *κομμωτὴς, καλλωπιστής. κομμώτρια, ἐμπλέκτρια, ἡ κοσμοῦσα τὰς γυναῖκας*. Brunck. L. cum Fabro, *δεῦρ' ἴθ', ἡ κομμώτρια. ἴθι* Suid. ed. Ms. *ἴστω*. Pors.

738. *ὑδριαφόρε*. Intelligo basin sustinendæ hydriæ suppositam. Faber. De Hydriaphoris videndus Meurs. Panathen. cap. 21. Brunck.

739. *ἡ κιθαρῳδός*. Gallinaceum intelligit, qui *ὄρθριος ᾄδων* dormientes e somno excitat. Hunc 30. præconis nomine designat mulier: hic citharœdus est, unde intelligendus jocus in *ὄρθριον νόμον*, quo adluditur ad musicum modum, qui *ὄρθιος* appellatur. Brunck.

740. *ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν ἀωρὶ νυκτῶν*. Quia summo mane ibant in concionem. Hinc illa hyperbole in Vesp. 100. *τὸν ἀλεκτρυόνα* etc. Etiam ista concio, a qua nomen habet hæc comœdia, fuit *πρὸς ὄρθρον*, ut loquitur supra 20. Berg.

741. Quid sit nomus in Musicis notissimum est. *Νόμος ὄρθριος* erat canticum quod sub diluculum pro foribus accinebatur; hodie apud nos dicitur *une aubade*, quod sub *albam*, i. e. auroram edi soleat. Ceterum *ἀωρὶ νυκτῶν*, ne mediam noctem cogites, sed spatium illud tantum quod tenebrarum lucisque confinio miscetur, diluculum scilicet; quod eo dico quia inepte diceret Aristophanes: neque enim intempesta nocte gallinæ canunt et galli. Ceterum alludit ad canticum *ὄρθιον*. Faber. *ὄρθριον νόμον*. Quamvis hic Comicus intelligat *galli cantum*, lepide tamen, et quasi aliud agendo alludit ad *νόμον ὄρθιον*, qui ex Musicis veteribus notus est. Kust. Pro *ὄρθιον νόμον*, quia tanquam de citharœdo loquitur, et tamen intelligit matutinum galli cantum. In Av. 490. gallum dicit *ὄρθριον ᾄδειν*. Berg. Citat Suid. *ἀωρὶ τῶν νυκτῶν* [*νυκτῶν* Ms. Monac. Dobr.] in *'Αωρίᾳ*. Bent. Citat Suid. v. *ὄρθριος*. *νύκτωρ* Suid. Ms. *ὄρθριος ν*. (sic) sed mox sine *ρ*. Pors.

742. Pro alveolo in quo favus est, accipio. Ceterum versus hic aliquo modo hærere videtur; sed nil mihi succurrit, nisi quod in alia ed. *κόμιζε, καὶ θαλλοὺς κ. τ.* Faber. *ὁ τὴν σκάφην*. Qua significatione *σκάφην* accipi debeat, valde incertum est. Meursius loco modo citato et Lect. Att. iv. 8. *ligonem* esse ait: alii *mactram*, in qua pinsitur farina. Hoc adfirmare videntur excerpta e Phot. lex. [p. 382.] prolata ab Hes. interprete ad *σκαφηφόρων*; illud vero probabile reddit quod docet Harpocr. in *Μετοίκιον*: *ἐκάλουν δὲ οἱ κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι*. Sane *σκαφεὺς fossorem* notat, cujus instrumentum est *ligo*. Sed hoc comicæ licentiæ esse possit. Altera acceptio probabilior mihi videtur. Prava distinctione locus hic impeditus erat, et copula inepte inserta in seq. v. quam Cod. non agnoscit. Sic legitur in Kust. ed. *ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προΐτω τὰ κηρία· | κόμιζε τοὺς θαλλοὺς καὶ καθίστη πλησίον, | καὶ*—. Brunck.

743. Lege *Κόμιζε, καὶ θαλλοὺς καθίστη*. [ita Sch.] Bent.

744. *τὼ τρίποδ'*. I. e., *mensas tripedes*. V. Poll. x. 80. Kust. Infra 786. *καὶ δὴ μὲν οὖν τωδὶ ξυνάπτω τὼ τρίποδε*. Quod vulgatam hujus versus confirmat lectionem. In Cod. vero, *τὸν τρίποδ'*. Brunck. *τῶ τρίδ'* (sic) Ms. Monac. Dobr.

746. Prodit homo tenax et parcus, qui non vult obtemperare edicto Praxagoræ de afferendis in commune possessionibus. Berg. Ald. AN. Bent. *ἀνὴρ φειδωλὸς* præf. Ms. Monac. Dobr.

747. Versus hic uno pede brevior est,

quem Scal. recte, ut puto, sic supplet: νὴ Δί' ἔσομαι. Kust. ἀνὴρ ἔσομαι. Sic Cod. Harum vocum prior in impressis omissa cum versus ruina. Brunck. Scal. νὴ Δί' ἔσομαι. Gry. ἀνὴρ ἔσομαι [ita Ms. E nota Brunck. patet ed. Gry. aut ignotam illi fuisse aut neglectam. γ' ἐκτημένος B. Bent.

748. μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ'. Pors. Advers. p. 36. (32. Lips.) corrigit: μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ'. post jusjurandum enim non sequi particulam γε, nisi alio vocabulo interposito. Eodem modo hæc corrigit Elm. in Auct. ad Ach. 127. p. 118. Reisig. i. p. 254., qui recte monet, jurandi formam μὰ τὸν Ποσειδῶ non alio modo trimetro accommodari solere, nisi ut cæsuram efficiat penthemimerem, verius videtur μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέν ποτ', ἀλλὰ—, vel μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδ' ἄν ποτ', ἀλλὰ—. Vulgatam et h. l. et Av. 11. scripturam contra Pors. nuper defendit Meineck. Quæst. Menandr. Specim. i. p. 52., comparatis pluribus Juliani, Libanii, Themistii locis, quibus aliquot Plutarchei addi poterant, ut Moral. t. i. p. 203. Wytteub., sed qui perinde omnes nihil faciunt ad Aristoph. Nam et ex serioribus scriptoribus petiti sunt et hoc habent singulare, quod omnes in formula καὶ νὴ Δία γε versantur, cujus longe alia ratio est. Recte enim, etsi antiquiores repudiasse videntur, dicitur καὶ νὴ Δία γε: non potest νὴ Δία γε, μὰ τὸν Ποσειδῶ γε, quia in his γε nihil significare potest. In Aristoph. scribendum videtur μὰ τὸν Ποσειδῶ 'γὼ οὐδέποτ'—ἐγὼ elisa ultima perfrequens in veteribus libris. Dind. οὐδέπω 'λλά. Bent.

751. οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως. Citatur a Suid. v. οὐδὲν πρὸς ἔπος, et v. οὑτοσί: unde versum hunc supplevimus, addita voce οὕτως, quæ in prioribus edd. deest. Kust. οὐδὲν πρὸς ἔπος. Temere, nullius rei causa, etc. Faber. Schol. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἔτυχεν, ἕνεκα μηδενός. Sic ἐκ σμικροῦ λόγου, ob levem causam, apud Soph. in Œd. Col. 613. Idem in Aj. 477. οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν, ὅστις —. Berg. οὕτως ἀνοήτως ex Suid. vv. οὐδὲν πρὸς ἔπος. οὑτοσὶ Biset. Faber. Kust. οὕτως Suid. v. οὐδὲν πρὸς ἔ. locum om. Ms. sed habet in οὕτως. [Alibi in Sched. huc forsan respicens,] οὕτως adverbio jungitur Soph. Elect. 101. 218. Aristoph. Plut. 89. Æsch. Prometh. [scil. 195. ed. Pors.] Pors.

752. L. πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι. V. supra 631. Pors. Elm. ad Eurip. Med. p. 119. legit: πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι. Reisig. i. p. 65. vulgatam scripturam defendenti Aristoph. tragicum versum imitari videtur. Dind.

754. πότερα. Vulgo πότερον. Illud magis Atticum est, et Comico frequentatum. Brunck. Inutilem mutationem notavit Reisig. i. p. 27. Dind.

755. ἐνέχυρα θήσων. In Plut. 451. ποίαν ἀσπίδ' οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη; Berg.

756. Locus hic citatur a Prisc. l. xviii. col. 1196. ed. Putsch. Kust. ἐπὶ στοίχου. Sic Cod. et edd. primariæ. In recentioribus ἐπὶ στίχου. Brunck. Gry. et Scal. οὕτως. Bent. οὕτως. Ita Junt. et Farr. et Brub. Ald. autem et nupera οὗτος. Berg. οὕτως jam Faber voluerat.—οὔτι που. Vulgo οὔτι μὴ, quod nescio an Græce dicatur pro *num*. At οὔτι που frequenter apud Poetas Atticos occurrit. V. not. ad Ran. 522. Eurip. Helena 95. πῶς; οὔτι που σῷ φασγάνῳ βίον στερεῖς; | (483) πότ'; οὔτι που λελήσμεθ' ἐξ ἄντρων λέχος; | (549.) οὔ τι που κρυπτεύομαι | Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων; Herc. Fur. 968. οὔ τι που φόνος σ' ἐβάκχευσεν νεκρῶν, οὓς ἄρτι καίνεις; Brunck. οὔ τι μὴ tacite revocavit Inv. Dind. οὗτος Ms. Monac. Dobr.

757. Metaphora. In pompa, ut notum est, res ἐπὶ στίχου procedebant; itidem hic supellectilia foras efferuntur, et veluti ad pompam ordinantur, ut sub Hierone præcone notissimo illius ætatis veneant. Faber. πομπὴν πέμπετε; Sic Cod. et ed. B. Juntæ. In ceteris πομπὴ πέμπεται; Brunck. πέπεται Ms. Monac. Dobr.

761. ὅπως; ῥᾳδίως. Scribe, ut est in libris omnibus, πῶς; ῥᾳδίως. Istud ὅπως, quod me nolente et imprudente irrepsit, metrum perimit. Brunck.

767. τὸ ταττόμενον. Hic versus et antecedentes quinque conferri possunt cum hoc Eurip. loco in Phœn. 1640. ubi Creon et Antigone colloquuntur: Κρ. Ἐτεοκλέους βουλεύματ', οὐχ ἡμῶν, τάδε. Ἀν. ἄφρονά γε, καὶ σὺ μωρὸς, ὡς ἐπείθου τάδε. Κρ. πῶς; τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν; Ἀν. οὐκ, ἢν πονηρά τ'. ᾖ, κακῶς τ' εἰρημένα· Berg.

769. In Frob. οὕτως abest. Supplet Bent. e Suid. in οὐδὲν πρὸς ἔπος. [ita olim Biset.] Bent. οὐ κ. Ms. Monac. Dobr.

772. ἀλλ' ἰδὼν ἂν ἐπιθόμην. Solœce vulgo ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην. Sæpissime a librariis istæ formæ ἐπιθόμην, ἐπειθόμην male commutatæ, cujus rei exemplum enotatum fuit ad Ran. 1376. aliaque occurrent. Equidem quempiam novi, cui vulgata lectio, nedum vitii suspecta sit,

digna visa est, quæ tanquam exemplum proponeretur, ad cujus normam Græcus sermo exigi posset: sed *μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.* V. not. supra ad 255. Brunck. Vulgatam scripturam revocavit Inv. Dind. Affirmare possum, Brunck. ad hunc locum ἂν inferciendo horridiorem reddidisse. Scribi debet ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην. Reisig.

773. *λέγουσι γοῦν—λέξουσι γοῦν.* In repetitione earundem vocum sita est venustas, cujus maxima pars perit, si legas, ut vulgo, *λέξουσι γάρ.* Postrema hæc particula rursus perperam infertur in trium sequentium versuum fine; quo sententiæ nexu, ostendet qui eam tueri volet. Brunck. *γὰρ* recte ab Inv. revocatum. Dind. *λέγουσι γὰρ* Ms. Monac. Dobr.

775. *ἀπολεῖ, peribis,* aut *ἀπόλοι'* (pro *ἀπόλοιο*), *pereas.* Reisk.

776. Vulgo sic fertur hic versus uno pede claudus: *ὁ Ζεὺς σ' ἐπιτρίψειεν.—ἐπιτρίψειε γάρ.* At in Cod. et in primariis edd. legitur: *ὁ Ζεύς σ' ἐπιτρίψειεν.—ἐπιτρίψουσι γάρ.* [In ed. Farr. sic scribitur. Berg.] Brunck. In Frob. deest *σ'*: id reposuit Bent. ex Ald. Gry. quæ mox *ἐπιτρίψουσι γάρ.* Bent.

777-79. *'Αν. οἴσειν—Φει. ὅστις—'Αν. οὐ γὰρ—Φει. νὴ Δία* tum *οἱ* om. Dobr.

779. In ed. Farr. hæc ita distinguuntur personis: *ἀν. ὅστις—ἔχει. φει. οὐ γὰρ—ἐστίν. ἀν. ἀλλὰ λαμβ.—δεῖ; φει. νὴ Δία—θεοί.* Nempe cum Tenax dixisset: *putasne quenquam allaturum bona sua?* respondet Vir alter: *quicunque eorum mentem habet feret scilicet:* Ten. *enimvero id non est vernaculum.* Vir alter: *sed acciperene nos tantum decet?* Ten. *Ita profecto; nam et dii accipiunt scilicet.* Berg. *καὶ γὰρ οἱ θεοί.* Subintellige, *λαμβάνουσι*: ut recte monuit vir doctus ad marginem libri Postelwaythiani. Kust. Cum abruptum *καὶ παρακεκινδυνευμένον* sensum videret Scal. putavit versum hic deesse; quod minus verum. Nam postquam dixit, poeta, *ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ, νὴ Δία·* addit, *καὶ γὰρ οἱ θεοί.* Scilicet *λαμβάνουσι*: quod mox exponit. Faber.

780. *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ ἀγαλμάτων.* Lego, *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν ἱερῶν τε τῶν ἀγαλμάτων, id autem ex sacris et imaginibus illorum disces.* Nam quin illud *χειρῶν* ibi ridiculum sit dubitari non potest, præsertim cum dicat *χειρῶν τε καὶ ἀγαλμάτων.* Adde (quod ineptius esset) versu abhinc secundo legitur, *ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν.* Bene autem junxit *ἱερὰ καὶ ἀγάλματα,* quum sciamus in plurimis sacris stipes mitti solitas; interdum autem simulacris in manum dari. Sane quin vera restauratio hæc sit, puto dubitare neminem. Faber. Hic versus in Ald. Cod. mutilus erat; sic legitur in ed. principe: *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε, καὶ* Sinceriore Cod. usus Bern. Junta integrum versum edidit: *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε, καὶ τἀγάλματα.* Totidem iisdemque literis scriptum est in Reg. Cod. Hanc lectionem repræsentavit Cratander, quam postea imperite mutavit Zanett. pro *τἀγάλματα* posito *τἀγαλμάτων.* Bona lectio rursus prodiit in Paris. Wech. Ant. Frac. et Frob. mutilum Aldi versum exhibuerant. Kust. vero ex Fabro edidit: *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ [ἀγαλμάτων].* Satius erat bellis illis editoribus postremam vocem, quam pro spuria habebant, prorsus omittere, quam pravum adeo senarium in Comici textum inferre. *καὶ* ante *ἀγαλμάτων* necessario eliditur, et scribendum erat *κἀγαλμάτων,* quo pacto versus non stetisset. Quæ ad hunc locum commentatus est Faber nauci non sunt, nec Abreschii meminisse quidquam adtinet, qui in Dilucid. Thuc. p. 439. ridicule se torquet, ut pravam Fabri lectionem tueatur. At Kust. nescio quo nomine appellem, qui alterius lectionis *τἀγάλματα* notitiam habuerit, nec tamen viderit eam unice veram esse. In Cod. scriptura leve vitium est, librariorum solemni errore: *τε* mutandum in *γε.* Verba autem sic ordinari et suppleri debent: *λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ. καὶ γὰρ οἱ θεοὶ (μόνον λαμβάνουσι.) γνώσει δὲ (τοῦτο) ἀπὸ τῶν χειρῶν γε (αὐτῶν.) καὶ γὰρ ὅταν εὐχώμεσθα (αὐτοῖς) διδόναι (ἡμῖν) τἀγαθὰ, τὰ ἀγάλματα ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν.* Brunck. Longas editorum notas inutiles reddidit libri Rav. scriptura *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε τῶν ἀγαλμάτων,* in qua nihil mutandum esse nisi *τε* in *γε* recte animadverterunt Censor Inv. supra p. 638. commemoratus et Hotib. Dind. Gry. *τἀγάλματα*: deest in Ald. Bent.

781. *τε καὶ* sine *ἀγ.* Ms. Monac. Dobr.

782. *τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,* idem quod *τὴν χεῖρα κοίλην,* Thesm. 937. Brunck.

783. *ὅς τι—τις λ.* Ms. Monac. Dobr.

784. *σύ γ' ἔμ' ἔα.* In Cod. *σύ γε ἔα,* male omisso pronomine. In impressis minus concinne: *ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν:* Mendas primariarum edd. referre nihil adtinet. Brunck. In Plut. 623. *μὴ—διακωλύσῃ τι τῶν προὔργου ποιεῖν.* Berg. Recte vulgatam h. v. scripturam revocavit Inv. *ἔα* sæpe monosyllabum. V. Brunck. ad Ran. 1243. Erfurdt. Præf. ad Soph. Antig. p.

ix. ed. maj. Dind. τὸν π. Ms. Monac. Dobr.

785. ποῦ μοι 'σθ' ἱμάς; Vulgo ποῦ μοὐσθ' ἱμάς; Brunck. De crasi Brunck. parum constabat. Recte μοὖσθ' revocavit Inv. Dind. συνδοτέα Ms. Monac. Dobr.

789. Ald. τί δρᾷς; Bent. δρᾷς Ms. Monac. Dobr.

791. Locum huic supparem apud Terent. habes in Phormione: "A. Quamobrem? aut quid dicet? G. Rogas? Quot res! Post illa monstra evenerunt mihi: Introiit in ædes ater alienus canis: Anguis per impluvium decidit de tegulis: Gallina cecinit: interdixit hariolus: Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi Negoti incipere; quæ causa est justissima." Quem locum ideo adduxi, non quod ibi monstra similia sint, (nam ne unum quidem) sed quod ibi agatur de disturbandis saltem fictis vanæ causæ obtentu Phormionis nuptiis. Ceterum istud διάξειεν γαλῆ mire dictum est. Horat. [Od. iii. 27. 5.] aliquid simile: "Rumpat et serpens iter institutum," etc. "Similis sagittæ," etc. Faber. σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις. Male interpretes: si terræ motus creber fiat. Unus nimirum sufficiebat omini. Πολλάκις, h. e. *fortasse*, pertinet ad παύσαιντ' ἄν. Cf. 1150. Hotib. Cf. Heindorf. ad Plat. Phæd. p. 19. Dind.

792. διάξειεν γαλῆ. Nimirum γαλῆς transcursus per viam, vel occursus, mali ominis loco habebatur: ut patet ex Theophr. Charact. cap. [16.] περὶ δεισιδαιμονίας. Διάξειεν autem est a verbo διαΐσσειν, non διάγειν: ne quis forte hac in re erret. Kust. διάξειεν: Lege διάξειεν. Bent. Latent hæc apud Suid. v. σύμβολα, ubi lege οὐκ ἐπετέλουν, ut Schol. Polyæn. vii. 11. 1. διῆξε restituit Casaub. male Heringa Obs. p. 129. διήλασε. διαΐξειεν Ms. Pors. διίξειεν Ms. Monac. Dobr.

793. ἂν Ms. Monac. Dobr.

794. Frob. μ' ἤχοιμ': lege μὴ 'χοιμ' vel μὴ σχοίμ'. Bent. Hic quoque 'Elm. ad Ach. 323. p. 122. χαριεντά τἂν πάθοιμ' ἄν. Dind. πίθοιμ' Ms. Monac. Dobr.

795. καταθείην. Vulgo καταθείμην. Brunck. καταθείμην, quod recte revocavit Inv., scriptum citat Reisig. i. p. 198.—μὴ γὰρ οὐ λάβοις ὅποι. Vertit Faber: *Cave metuas, fieri non potest quin habeas ubi possis deponere, etiamsi ad ultimum mensis diem veneris.* Quod frigidum est et alienum a Græcorum significatione. Concisa phrasis est et elliptica, sic supplenda: ἀλλὰ δέδοικα μὴ οὐκ ἔχῃς ὅποι λάβοις. *Times ne habeas ubi deponas: at ego tibi timeo*, vel, *time vero potius, ne habeas ubi capere possis.* Dixerat supra idem homo 778. ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ. Brunck. γὰρ istud παρέλκει: quod Atticorum est: qua de re infra. Faber. λάβῃς Heindorf. ad Plat. Phæd. p. 86. Dind.

796. ἔνην. Sic Cod. Vulgo ἔνης. Brunck. ἔνης genitivus casus. V. in Nub. 1182. Berg. κατατεύξῃ Suid. ed. Ms. ἔνῃ. Pors.

797. ἐγᾦδα. Sic Cod. V. ad Thesm. 502. Brunck. τούτοις Ms. Monac. Dobr.

799. οἴσουσιν. Hic interrumpitur oratio de inconstantia decretorum populi Atheniensis usque ad 803. Berg. Legendum arbitror εἰ δὲ μὴ οὐκ οἴσουσι, τί; Alterius verbis utitur hic, ut supra 775. seqq., et in hoc consistit jocus; μὴ οὐκ pro horum alterutro, ut apud Xen. laudante Steph. quicum cf. Æsch. Prom. 619, 776. Hotib. Lepida nota. Dind.

801. μαχούμεθα τοῖς voluit librarius. Ms. Monac. Dobr.

803. δὴ Ms. Monac. Dobr.

806. Qui sciret quale decretum proposuerit hic Antisthenes, in hoc loco non laboraret; at id ferendum ut et plurima alia. Subolet mihi in illius decreto fuisse προθεσμίαν triginta amplius dierum. Unde παρ' ὑπόνοιαν intulit Poeta, χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας· cum dicendum esset ἀναμεῖναι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. Quem hujus loci genuinum sensum esse non dubito. At quid rogarit Antisthenes, nescire me fateor. Faber. Ironice. Vult autem dicere: Hunc Antisthenem, quamvis alias ægre possit cacare, tamen libentius vel triginta dies cacaturum, quam bona sua in commune allaturum. De Antisthene tanquam difficulter et cum gemitu egerente excrementa 367. οὗτος γὰρ ἀνὴρ etc. ita enim illum recte accepit Palmer. Berg. πάνυ γ' ἂν οὖν 'Αντισθένης. Hæc admodum turbata videntur, nec ex hoc loco, ut legitur, potest elici commodus sensus: nec ad aliud refero Schol. silentium, quam quod eum locum desperatæ sanitatis existimaverunt: tamen eum resarcire tentabo. Primum igitur de Antisthene supra locutus est, ut de viro durum cacante, 366. Hic vero etiam avarum fuisse innuit, ut Callimachum pauperem. Pheidolus igitur, qui demovere vult virum deponentem a bonis deponendis, allegat et adducit ad exemplum hos viros, quorum alterum propter avaritiam, alterum propter paupertatem nihil deposituros confidit, et ait, si deponendæ forent res, eos promptissimos fuisse ad deponendum: et sic a con-

trario sensu eos viros Comico sale inspergit poeta. Vir autem deponens ait, non mirum esse, si Antisthenes nondum deponat, cum adeo sit avarus, et a deponendo aliquid alienus, ut antequam feces deponat, gemat plusquam triginta dies. Sic ergo lego et distinguo: Φειδ. πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης | αὔτ' εἰσενέγκοι πολύ γ' ἐμμελέστερον. | Αν. πρότερον χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας | οἰμώζει. Φειδ. Καλλίμαχος δ' ὁ Χοροδιδάσκαλος | αὐτοῖσιν εἰσοίσει τι πλείω Καλλίου. Ultimo autem hoc versu pungit Calliam Hipponici, ut helluonem et dilapidatorem avitarum et paternarum divitiarum, et qui multa deponebat: de cujus vita prodiga et morte voluntaria ob paupertatem imminentem v. Æl. Var. Hist. iv. 23. et Andocidem περὶ τῶν Μυστηρίων [p. 55. sqq. Reisk.]: et Aristotel. Rhet. iii. 2. PALMER.

807. πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον (sub. ἔσται vel δόξει αὐτῷ) πρότερον χέσαι—. Fallitur Berg. istud χέσαι accipiens pro tertia persona optativi, quum sit infinitivus. Si χέσαι esset optativi modi, oporteret πολύ γ' ἂν, tumque ἐμμελέστερον, sic adverbialiter accipiendum, nullo nexu cum ceteris orationis partibus cohæreret. Præterea forma illa optativi χέσαιμι, χέσαις, χέσαι, Attica non est. BRUNCK. χέσαι. 3 pers. aor. 1. opt. act. Alias in media etiam voce, sed rarius; ut in isto simili in Eq. 1054. loco: ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο, χέσαιτό γε πρὶν μαχέσαιτο. Est autem hyperbole, χέζειν πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. Sicut ille mentitur in Ach. 82. qui dicit κἄχεζον ὀκτὼ μῆνας. BERG. πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. In Ach. 857. ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἑκάστου. ID.

809. οἰμώζει. Ut in Av. 1571. et alibi. BERG. Καλλίμαχος. Pauperem fuisse apparet, et ita dicit Schol. ID.

810. αὐτοῖσιν εἰσοίσει τι πλείω Καλλίου. Nullus omnino sensus. Lego et interpungo: αὐτοῖσιν εἰσοίσει. Α. τί; Φ. πλείω Καλλίου. FABER. τί πλεῖον. Sic Cod. et ed. Bern Juntæ. Male vulgo τί πλείω. BRUNCK. Καλλίου. V. Schol. V. in Av. 287. BERG. Faber: εἰσοίσει: AN. τί; ΦΕ. πλείω: Gry. πλεῖον. BENT. πλείω Ms. Monac. DOBR.

811. ὥ 'νθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσίαν. Ita ed. Farr. Vulgo minus recte ὦ 'νθρωπος οὗτος, ἀποβαλεῖ etc. Dicit autem hoc secum. BERG. Dele AN. BENT. 'Αν. ὤνθρωπος (sic) Ms. Monac. DOBR.

812. δεινά γε λέγεις. Nunc redit ad illum sermonem de inconstantia decretorum populi Atheniensis, inceptum supra 792. BERG. Fortasse δεινόν γε λέγεις antiquitus scriptum fuit. REISIG. i. p. 216. φει. δεινά —. 'Αν. τί δ. Ms. Monac. DOBR. Adscribe AN. et lege ΦΕΙ. τί [ita omnia in Kust.]. BENT.

814. ἐκεῖν', ἄ'δοξε, τὰ περὶ τῶν ἁλῶν. Sic bene Cod. Duo enim fuisse decreta intelligitur, quorum posteriore prius abrogatum fuit. Vulgo οὐ'δοξε, τὸ—. BRUNCK. τὸ περὶ τῶν ἁλῶν. V. Schol. BERG. Eadem, Latine versa, Faber. DIND.

815. τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους. Intelligit æreos illos nummos, qui sub Archonte Callia cusi fuerunt. Schol. supra ad Ran. 737. ἐπὶ Καλλίου χαλκοῦν νόμισμα ἐκόπη. KUST.

815-16. Personas ter invertit Ms. Monac. DOBR.

816. ἐψηφισάμεθ'. Sic Cod. et ed. B. Juntæ. In Ald. et aliis exinde ἐψηφισάμεσθ'. V. not. ad Ran. 800. BRUNCK.

818. μεστὴν ἀπῇρα τὴν γν. Simiarum scilicet more, qui nummos in buccis abscondunt: [illegible] quod crumenam vertit interpres, est sine exemplo. PALMER. Citat locum hunc Poll. ix. 92. Ut autem hæc recte intelligantur, sciendum est, morem olim fuisse Athenis hominum viliorum et sordidiorum, qui in foro res venales habebant, ut pecunias ex venditione collectas in os et buccam conderent. Patet hoc etiam ex alio fragmento Comici nostri, quod legitur apud Poll. ix. 63. διώβολον, ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ. Clare etiam Theophrast. in Charact. cap. [vi.] περὶ ἀπονοίας, circa fin. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. V. ibi accuratissimum Casaub. [p. 96. ed. Fisch.], qui plura de hoc more docte ibi notavit. KUST. Nempe iste, ut ipse dicit, buccam chalcis repletam habens, (nam erat tunc moris pecuniam in ore gestare,) ivit cum sacco ad emendam farinam; sed abrogatis interea chalcis, vacuum retulit saccum. Sicut ille in Avib. 504. qui etiam ad emendam farinam iverat cum pecunia in ore, quam deglutiverat imprudens, cum ad conspectum milvii, pro more, supinus humi jaceret. De pecunia in ore condenda videatur locus, ad quem ibi lectorem remitto. Poll. etiam ix. 63. citat Comici nostri fragmentum, ubi v. Jungerman. BERG. Ald. γλίαθον. BENT. γλιάθον Ms. Monac. DOBR.

821. sq. V. Schneid. in Add. ad Xen. Hellen. p. 96. DIND.

822. χαλκοῦν. sic Suid. ed. Ms. ὑπέχοντος. PORS. Videtur Pors. aut χαλκὸν aut ἀργυρῷ conjecisse. DOBR.

823. τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν. Sic legitur hic versus in Cod.

et in ed. B. Juntæ. Immo sic legitur etiam in ed. Kust. in quam nescio quo casu irrepsit bona lectio. Quin eam a sciente et volente receptam fuisse credam, facit ejus nota: 'Placet conjectura Scal. qui versum hunc sic supplet et emendat: τί δ'; οὐκ ἔναγχος τοῦθ' ἅπαντες ὤμνυμεν;' Diu mecum quæsivi, quid sibi hæc nota vellet: non enim videbam, quid causæ esset cur aut supplementi aut emendationis indigeret vulgata lectio. Rem altius repetendam esse suspicatus sum. Fabri ed. adii, in qua exstat: τὸ δ' ἔναγχος οὐχὶ τοῦτο πάντες ὤμνυμεν: Licet iners mihi τοῦτο videretur, nihil tamen in versu hiulci aut mendosi deprehendebam, aliudque a Scal. lectum fuisse intellexi. Principem editionem consului, in qua demum versum hunc sic constitutum vidi: τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ὤμνυμεν; Aldi lectionem repræsentarunt Frac. Crat. Venet. Wech. Frob. Bat. ita ut nesciam unde sincerum istud ἡμεῖς ab Aldo omissum in Kust. ed. migrarit. Scal. itaque cum suo supplemento valere jubeamus. BRUNCK. Ald. AN. lege ΦΕ. [ita Kust.] mox ἡμεῖς deest in Frob. non Gry. BENT. οὐχ ἅπαντες ὤμνυμεν. Edidit Kust. ἅπαντες ἡμεῖς, in notis vero probat Scal. conjecturam, τί δ'; οὐκ ἔναγχος τοῦθ' ἅπαντες ὤμνυμεν; Malim ἀπαξάπαντες. PORS. Sed ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν Junt. prior, Brub., Brunck. e Ms. Inde potius quam e Rav. habuisse videtur Inv. a cujus textu nullus dissensus notatur in collatione Ms. Monac. DOBR.

825. Ne quis poetam Euripidem cogitet. Tributum autem illud erat, ὥστε πᾶς ἀνὴρ τὴν τῶν ὄντων τεσσαρακοστὴν μερίδα εἰς τὸ κοινὸν εἰσφέρειν. Tributum sane ingens μανικὸν ὅσον; hodie autem, ut vivitur, nihil levius esset. FABER. τῆς τεσσαρακοστῆς. Sic libri: sed scribendum τῆς τετταρακοστῆς. ἦν ἐπόρισ'. Sic bene Cod. a themate πορίζω. Perperam vulgo ἦν εὐπόρισ'—. BRUNCK. Εὐριπίδης. Tragici filium intelligit Boeckh. Staatsh. d. Athen. t. ii. p. 27. De barbaro εὐπορίζω v. Schæfer. Meletem. p. 7. "εὐπορίζω, quo parum aut numquam utuntur Græci." Casaub. ad Athen. t. iv. p. 170. ἐξευπορίζοντες editum in Lesbonacte t. viii. p. 7. DIND. L. ἐπόρισ'. [V. ad Xen. p. liv. Opp. p. xciii.] PORS. Scal. ἐπόρισ'. BENT.

826. κατεχρύσου. I. e. *laudibus magnifice ornabat*. Eodem sensu χρυσῷ πάττειν capitur supra a Comico nostro in Nub. 909. KUST. Diphilus ap. Athen. x. p. 422. εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης. Sed hi duo Comici non de eodem Eurip. videntur loqui: nam iste, cujus Aristoph. meminit, videtur temp. attigisse, ut etiam decreta scripserit. Schol.: οὗτος ἔγραψε τεσσαρακοστὴν εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰς τὸ κοινόν. BERG. καὐθὺς—Εὐριπίδης Ms. Monac. DOBR.

827. ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις. Sic recte Cod. [et Ms. Monac. ap. Reisig. i. p. 229.] Mendose rursus impressi ὅτε δ' ἤδ', ut supra 815. BRUNCK. ἐφαίνετο. Cod. ἐμφαίνεται. ID. Juntinæ a. 1515. et 1540. ἐφαίνεται. Hinc Reisig. i. p. 229. xii. ἀνασκοπουμένοισι φαίνεται. DIND. Lege δὴ δ': v. 195. et 315. BENT. L. ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις. V. ad Lys. 523. PORS.

828. ὁ Διὸς Κόρινθος. Id alibi a Schol. explicatum est. FABER. Proverb. de illis, qui eadem sæpe inculcant. V. ad Ran. 437. Nam et istud in ore erat omni populo. BERG. οὐκ ἤρκεσεν. Perperam Scal. οὐκ ἤρεσεν. Eq. 523. καὶ λυδίζων, καὶ ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις οὐκ ἐξήρκεσεν. Præterea eo minus necessaria mutatio est, quod ἀρκεῖν et ἀρέσκειν adfinis sint significationis, et *in nonnullis locutionibus permutentur*, ut observat Valck. ad Eurip. Hippol. 278. BRUNCK. Scal. ἤρεσεν. BENT.

829. Intellige κακολογεῖν, μελαίνειν. Diverso sensu apud Martialem: 'Non fuit Autolyco tam piceata manus.' FABER. κατεπίττου. Ut antea laudibus eum quasi auro ornabant, ita postea maledictis quasi pice nigra deformabant. BERG.

830. Lege AN. (ita Kust.) BENT.

831. Gry. ΦΕΙ. ἃς [ita Kust.]. BENT.

831-33. φει. ἃς—'Αν. οὐκ Ms. Monac. DOBR.

832. κατουρήσωσι. Παρ' ὑπόνοιαν. Debebat enim dicere, ἃς ἐγὼ σπουδαίως φυλάξομαι μὴ σφάλλωσιν ἡμᾶς. FABER. κατουρήσουσι Ms. Monac. DOBR.

833. φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς. Sic bene Cod. quod ut reponeretur accedere necesse non erat Cod. auctoritatem. Nam certum est senarium in quarta sede spondeum non admittere. Edd. tamen omnium mendam σοὶ τἀνάφορον non est ullus editor qui subolfecerit. Fabri stuporem non miror: sed Kust. veternum excitare poterat Suid. quem ipse laudat, quique ipsi sinceram subministrabat lectionem. Sic enim ille: 'Ανάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον, ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσιν. 'Αριστοφάνης· φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς. BRUNCK. Scal. σύ. BENT. Lege, et metro et sensu flagitante, φέρε σύ, quomodo recte legitur apud Suid. v. ἀνάφορον. Bonus tamen Kust. quamvis Suid. locum designarit, emendando loco supersedit. Corruptum

istud σοι citat Jungerman. ad Poll. x. 17. p. 1160. A. Pors. τ'ἀνάφαρον (sic) Ms. Monac. Dobr.

835. εὐθὺ τῆς στρατηγίδος. Pac. 301. εὐθὺ τῆς σωτηρίας. Berg. εὐθὺς Ms. Monac. Dobr.

836. ὅπως ἂν ὑμῖν. Sic recte Faber edidit, ut sententia flagitat: vulgo legitur ἡμῖν. Brunck. κληρουμένοις. Ita enim supra 682. κληρώσω πάντας. Berg.

837. ὅποι Ms. Monac. Dobr.

838. τράπεζαι—ἐπινενασμέναι. V. Suid. h. v. [et Zonar. i. p. 840.] Kust. Athen. p. 12. τράπεζαι—κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν κατὰ Ἀνακρέοντα. De νενασμένος in Nub. 1205. Berg. Præstabat scribere ἐπινενησμέναι, et mox νενησμέναι, ut Nub. 1203. Brunck. Cf. Bekk. Anecd. i. 13. 24. Dind.

840. νενασμέναι. Vox hæc mihi suspecta est, non solum quia proxime ante præcessit, ἐπιν.; sed etiam, quia κλίνας non recte dixeris, νενασμένας δαπίδων, i. e. *tapetibus refertas* (vel unus enim tapes lecto insternendo sufficit) sed δαπίσιν ἐστρωμένας, *tapetibus stratas*, vel *ornatas*: quomodo Aristoph. forte scripsit. Kust. νενασμέναι. Male hæc vox habuit Kust. quia modo præcessit ἐπινενασμέναι: nam minime ineloquens hic præco, ne quis consulto sic peccasse Comicum existimet. Malim equidem κεκασμέναι, quo verbo et Attici poetæ utuntur, velut itidem in senario de muris præsidio instructis Eurip. El. 616. Hotib.

841. Vulgo sic legitur hic locus: κρατῆρα συγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες ἑστῶσ' ἐφεξῆς, quorum absurditatem ostendit Dawes. Misc. Crit. p. 271. [481. Kidd.] Ejus acumini debetur sincera lectio κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν, e qua vides alteram unius literæ mutatione depravatam fuisse, quod quidem ideo contigit, quia voces olim conjunctas male disjunxit librarius aliquis. Scriptum erat ΚΡΑΤΗΡ ΑΣΕΓΚΙΡΝΑΣΙΝ. Litera Σ quæ ad priorem pertinebat, posteriori contributa fuit, quod mutationis Ε in Υ causa fuit. Res est manifesta. Ad eundem fere modum in Pl. 707. ἐνεκαλυψάμην mutatum fuerat in συνεκαλυψάμην. Quod sequitur ἑστῶσ' ἐφεξῆς, id est plene ἑστῶσαι ἐφεξῆς, minus feliciter ille mutabat in ἑστῶσας ἐφεξῆς. Ad genuinam lectionem nobis viam aperuit Reg. Cod. scriptura, quæ sic habet: κρατῖνα συγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες.
ι
| ἱσταισ. ἐφεξῆς τὰ τεμάχη ῥιπίζεται. In fine vocis ἱστασ' superne ad latus literæ σ positum est brevius ι. Et in vocum scriptura et in distinctione mendæ sunt ibi multæ, sed genuinam poetæ manum facile est inde elicere: κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες, | ἱστᾶσί τ' ἐφεξῆς. Quis non meminit Virg. canentis? [Æn. i. 724.] 'Crateras magnos statuunt et vina coronant.' Sane crateres et magni et complures esse debebant, in quibus vinum misceretur universo Atheniensi populo. Sagaci Britanno unicus crater merito ridiculus videtur. Brunck. Dawes. prope verum Κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν Ceterum infeliciter idem conjecit legendum esse ἑστῶτας ἐφ., nec melius Brunck. ἱστᾶσί τ' ἐφ., ineleganter inferna copula. Unice verum Ravennatis libri ἑστᾶσ' ἐφ., prætereaque reponendum ἐγκιρνᾶσιν, intellecta σὺν præpositione. Non item crateras miscebant unguentariæ, sed ex ordine juxta miscentes stabant; nec feminæ tantum in isto opere occupatæ, sed etiam viri, velut Smœus. Cf. Pors. ad Eurip. Orest. 1645.; quanquam ibi frustra tentatur locus. Hotib. Porsoni verba hæc sunt: Cum Ms. Ravenn. habeat κρατῆρας ὑγκιρνᾶσιν et ἑστᾶσ', quis dubitet legere, κρατῆρας οὓς κιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες, ἑστᾶσ' ἐφεξῆς? Dind. V. Opusc. p. xciii. κρατῖνα συγκρανᾶσιν — ἑστῶσ' Ms. Monac. Dobr.

842. τὰ δὲ τ. Suid. Ms. ῥιπίζεται. Pors. Scal. ἑστῷσ' (ita Rav.). Bent.

843. πόπανα. Athen. p. 110. [t. i. p. 427.] λάγανα in isto loco legit; huc enim videtur respicere, cum scribit: μνημονεύει δὲ τοῦ μὲν λαγάνου Ἀριστοφάνης ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, φάσκων, λάγανα πέττεται. Berg.

844. στέφανοι πλέκονται. Plaut. Bacch. [i. 1. 37.] 'corona plectilis.' Faber. φρύγονται. Metri gratia scribendum esse φρύγεται, recte monuit Scal. in Excerptis. Kust. Lepida est vulgata lectio φρύγονται τραγήματα, quæ saltem in Kust. repeti non debebat. Mendam non persensisse videtur Berg. In Cod. scriptum φρύσσεται. Ran. 510. καὶ τραγήματα ἔφρυγε. Brunck. φρύγεται Scal. probante Kust. Sic γίνεται pro γίνονται rescribendum in versu Alexidis apud Eustath. ad Hom. Od. Σ. p. 1837. et ἀφέλοι pro ἀφέλῃ ex Athen. x. 5. p. 422. A. B. ubi recte Casaubonum τοῦτ' pro ταῦτ' substituisse, liquebit ex Eustath. μέμφεται pro μέμφονται Schol. ad Eurip. Med. 360. restituit Valck. ad Eurip. Phœn. 1286. [V. ad Hec. 1141. Opusc. p. xciii.] Pors. φρύγονται Ms. Monac. Dobr.

845. χύτρας ἔτνους ἕψουσι. In Ran. 508. ἧψε χύτρας ἔτνους. Berg.

846. Smœus iste erat αἰσχροποιὸς εἰς

τὰς γυναῖκας, ut ait Schol. [et ex eo Faber.], qualis et Ariphrades, de quo similiter in Pace 885. τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται. Berg. Per τὰ τρυβλία innuitur τὰ αἰδοῖα. Smœus autem inter equites meruerat, aut huic militiæ nomen suum dederat, in quam forte acceptus non fuerat; ideo mentione ἱππικῆς στολῆς eum notat Comicus. Brunck. Citat Suid. in Σμοιός. Bent.

847. τρύβλια Ms. Monac. Dobr.

848. γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδας | ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου. Fugit editores pro inepto isto sene requiri nomen hominis, ut in præcedentibus Smœus quidam commemorabatur. Scribendum videtur: Γέρης δὲ χωρεῖ—. Geres iste ut vetulæ amicus exagitatur infra 932. ubi Schol. hæc de eo memoriæ tradidit: φυλακρὸς οὗτος καὶ πένης, quæ auctius exstant apud Suid. t. i. p. 477. Γέρης. ὄνομα κύριον πένητος καὶ φαλακροῦ, ἔθνους Χαόνων. διεβάλετο δὲ εἰς μαλακίαν. Simili vitio laborat Eq. 969. Quæ ibi Brunck. in mentem venerunt, absurdissima sunt. Dind. κόνιποδα. Schol., στενὸν σανδάλιον. Hes. autem ait esse μοιχικὸν ὑπόδημα, quod eodem redit. Quippe ejusmodi homines mire solliciti sunt de calceis, qui nisi venustuli essent, subrustici mulierculis nostris viderentur; nisi quæ fortasse bene mutoniatos malunt habere, harum munditiarum incuriosæ, νὴ τὴν Ἀφροδίτην. Faber. κονίποδας. Perperam vulgo κονίποδα. Calceamenti levis genus quoddam κονίποδες. Brunck.

849. καχάζων. Sic bene Cod. Vulgo corrupto metro καγχάζων. [Vox hæc in legem metri peccat. Syllaba enim prima necessario est longa, quam tamen per versum hic oportebat esse brevem, ut iambus sit in sede secunda. Quare nullum mihi dubium est, quin rescribendum sit κιχλίζων; quæ vox, ut notum est, de lascivo risu amantum dici solet. Usus est hac voce Aristoph. et alibi. Kust.] Illud reponendum esse jam monuerat Piers. ad Mœr. p. 215. Brunck. Lege καχλάζων vel καχνάζων. Bent.

851. μάζαν. Μάζα κυρίως ἡ τροφὴ ἡ ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου, παρὰ τοῦ μάττεσθαι inquit Schol. Irenes [init.]. Faber. ὁ deest in Ald. supplet Bent. Bent.

852. τὰς γνάθους διοίγνυτε. Eurip. Cycl. 213. ubi Cyclops: ἄριστον ἐστιν εὖ παρεσκευασμένον; cui alter: πάρεστιν· ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον. et ibid. 355. εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ, ἀναστόμου τὸ χεῖλος, ὡς ἕτοιμά σοι ἑφθὰ καὶ ὀπτά. Berg. διοίγνυτε Ms. Monac. Dobr.

853. Illud ἔχων venustatis Atticæ est, et παρέλκει. Faber. V. ad Nub. 131. Berg. ἀνὴρ ὁ μὴ καταθεὶς præf. Ms. Monac. Dobr.

854. ἐπειδὴ τῇ πόλει ταυτὶ δοκεῖ. Sic Cod. In impressis ἐπειδὴ ταῦτα τῇ πόλει δοκεῖ. Brunck.

855. Præco, seu, si mavis, Præconissa, postquam cives ad epulum convocavit, partes suas absolvit, nec ulla causa est cur in scena moretur: abit igitur proclamatione facta. Perquam absurde vulgo quæ sunt hominis probi, isti Præconi tribuuntur, quo pacto perit omnis hujus diverbii lepor. Brunck. Pro KH. legit Bent. AN. hic et in sequentibus. Dind. Κῆρυξ semper posthac pro Ἀνὴρ A. Dobr.

857. πρίν γ' ἂν ἀπενέγκῃς. Sic recte Cod. Perperam in impressis cum versus ruina omissa est particula ἂν, quæ fere semper apud Comicum πρὶν comitatur cum subjunctivo constructum. V. not. ad Lys. 1005. In primariis edd. πρίν γ' ἀπενείκῃς. — ἀλλ' ἀποίσω. — πηνίκα; Sic recte Cod. Perperam in impressis ὁπηνίκα; Brunck. Pors. apud Kidd. ad Dawes. p. 525. πρὶν ἄν γ'—. Utrumque dicitur. V. Elm. ad Ach. 176. Reisig. i. p. 66. Dind. Lege πρίν γ' ἂν [ita Ms.] Ald. ἀπενείκῃς —— et πηνίκα: Bent. Lege πρὶν ἄν γ'——KH. πηνίκα; ὁπηνίκα enim non est interrogativum, quicquid dicat Valck. ad Eurip. Phœn. 1698. Locum in Pluto recte correxerat Dawes. Misc. Crit. p. 300. Male emendavit Phœn. 885. Valck. scribe ἃ 'γὼ τίν' οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη; in Rheso 705. pro ὁποῖον, ποῖον; in Bacchis 663. pro ἥκεις δ' ὁποίαν, ἥκεις δὲ ποίαν restitues. Pors. πρίν γ' ἀπενείκῃς — ὁπηνίκα Ms. Monac. Dobr.

860. ὁμῶς. Legendum aut ὅμως, aut [quod Gelen. habet] ὅπως: perinde est, licet sensu paulum diverso. Faber. ὅμως recte B. Junta aliique. Dind. ὅπως Ms. Monac. Dobr. Ald. ὅπως: lege ὅμως [ita Kust.]. Bent.

863. ὁμόσ' εἶμι κύψας. Contra ibo submisso capite. Imago petita a bobus vel hircis ferituris. Hotib. Non habent Latini qui exprimere queant istud κύψας hoc loco. Galli nostri belle et militariter dicunt; *Aller tête baissée vers les ennemis.* Faber.

864. αὐτάς. sic, ut videtur, Suid. Ms. in καλούμεθ'. Pors.

866. εἰσφερόντων. Vel εἰσφερόντων τὴν οὐσίαν εἰς τὸ κοινὸν, vel ὑπηρετῶν καὶ δούλων εἰσφερόντων eorum scilicet qui ministrabunt etc. Faber.

867. ὦ Σίμων. Sic recte Cod. Fre-

quens in Comœdia nomen. Perperam in impressis Σίκων. Brunck. σίκων Ms. Monac. Dobr.

868. τὴν ὁλοκληρίαν, τὴν ὅλην κτῆσιν, παρὰ τὸ πάω, τουτέστι κτῶμαι. Apud Hes. scribitur παμπησσία, male. Versu superiori lego: ἀλλ' ἀπολέσω. K. πηνίκα. Faber. παμπ. Descendit a πάω, acquiro, possideo. Berg. παμπησίαν. [Schol.] τὴν πᾶσαν κτῆσιν. πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν. Huc respexit Poll. p. 1154. Sed παμπησία, non minus quam παγκληρία, vox est tragica, et sermone vulgi haud frequentata. Talibus cum in aliis fabulis, tum in hac maxime, multis utitur Comicus. Æsch. S. Theb. 819. διέλαχον σφυρηλάτῳ Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν. Eurip. Ione 1316. ὅσ' ἀσπὶς, ἔγχος θ', ἧδε σοι παμπησία. Brunck. καὶ ξενόφαντες ἀείρεσθε Suid. ed. Ms. παμπ. Pors.

869. σύ; μηδαμῶς. Sic optime Cod. In impressis μή, μηδαμῶς. Brunck. Vice: O. M. legit Bent. ΦΕ. Dind.

870. παρὰ τῇ στρατηγίδι. Supra 835. ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος. Hoc substantivo augeantur lexica, in quibus στρατηγὶς reperitur quidem, sed tantum adjective. Scribere poterat 491. Comicus, ὅθεν περ ἡ στρατηγὶς ἔσθ' — et 500. ὡς τήνδε καὶ δὴ τὴν στρατηγίδ' ἡμῶν χωροῦσαν ὁρῶμεν. Sed iis in locis æque bene dixit στρατηγὸς et στρατηγόν. Sic Thesm. 432. ἡ γραμματεὺς, ad quem modum tot substantiva masculina de feminis adhibentur, adeo ut mirer illud Poll. tanquam rarum quid et insolitum enotasse. V. notam ad eum locum. Brunck.

876. Ald. μεληητέον: lege μελλητέον [ita Kust.]. Bent.

877. Γρ. Id est, γραῦς, vetula. Hæc vult allicere sibi adolescentulum aliquem. Geruntur autem nunc illa, quæ prædixit Praxagora superius, cum aiebat se mulieres facturam communes 614. καὶ ταύτας κοινὰς ποιῶ. Et quia omnes erant properaturi ad puellas et formosas, ita rem se ordinaturam dicit 617. αἱ φαυλότεραι etc. et 693. αἱ δὲ γυναῖκες etc. Berg. ἄνδρες. Leg. ἄνδρες sive ὤνδρες. Hotib.

878. καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ. Sic in elegantissimo Epigr. Lucillii Anthol. l. ii. c. 9. μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Kust.

880. ἀργός. Pro ἀργή. V. quæ de hac re notavimus supra ad Nub. 53. Kust. μινύρομαι secundam producit, quæ in μινυρίζω corripitur. Illud forma tantum media adhibetur, hoc activa. Sic differunt μαρτύρομαι et μαρτυρέω, quod Clark. observatum ad Il. A'. 338. Brunck. Vesp. 219. μινυρίζοντες μέλη. Berg.

881. περιλάβοιμ'. In Cod. παραλάβοιμ'. Brunck.

883. Mollities Ionica notior est quam ut explicari debeat; nam et in harmonia, et in vestibus et in victu tanta fuit, ut quidquid molle etc. Ionicum diceretur; quo referri queat locus Thesm. [170.] ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς. Ubi hæc Schol., Ἰωνικῶς γάρ τι ποιεῖν σημαίνει ἁβρῶς, θηλυκῶς, καὶ μαλακῶς ἐργάζεσθαι, etc. quæ inde petas, si tanti videbitur. Et infra [953.] ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾷς. Plaut. non uno loco. Horat. [Od. iii. 6. 21.] 'Motus doceri gaudet Ionicos.' Faber. μελύδριόν τι—τῶν Ἰωνικῶν. Carmen molle amatorium, qualia erant Anacreontis. Erant autem Iones molles et luxuriosi. Berg.

884. Perperam hæc vulgo alii anui tribuuntur, quæ puellæ esse vere censuit Berg. In faceto hoc anuum, puellæ et adolescentis congressu personæ vulgo absurdissime notatæ. Eas ego clarius distinxi, et ad fabulæ œconomiam loquendi vices eis divisi, quod hic semel tantum moneo. Brunck. ὦ σαπρά. Sæpe hoc epitheton tribuitur vetulis. Berg. ἄλλη νεᾶνις præf. Ms. Monac. Dobr.

885. ἐνθαδί. Vulgo ἐνθάδε. Illud magis est Atticum, hicque reponi debuit ad vitandum ingratum hiatum ob concursum ejusdem vocalis. ἐνθαδὶ ἐμοῦ ad aures suavius accidit, quam ἐνθάδε ἐμοῦ. Nihil minutum est eorum quæ ad venustatem conferunt: nec scio an sæpius quam par erat ejusmodi minutias neglexerim. Brunck.

886. τρυγήσειν. Ἀμπέλους scilicet. Ita in Σφηξὶν [634.]· ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν. Simili, si sensum spectes, dicendi genere usus est ἐν Ἱππεῦσι [391.]: τ' ἀλλότριον ἀμᾶν θέρος. Ἐρήμας autem τρυγᾶν est aliquid secure, impune, et tuto facere. Faber. Distingue post τρυγήσειν. Bent.

887. ἣν τοῦτο δρᾷς, ἀντάσομαι. In primariis edd. literis male disjunctis, δράσαντ' ᾄσομαι. In Cod. ἣν τοῦτο δράσῃς ᾄσομαι. Brunck. ἣν τ. δράσαντ' ᾄσ. Ms. Monac. Dobr.

888. Citat Suid. v. δι' ὄχλου. Kust.

890. τούτῳ διαλέγου κἀπιχώρησον. Τούτῳ scil. γεροντίῳ, τυφογέροντι. Istud autem ἐπιχώρησον non videtur esse sine mendo. Putaveram ego fuisse scriptum, κἀποχώρησον, hoc sensu; ut puella dicat, parem tibi quærito, quocum sermones cædas; viden' hoc senium? abi, concede hinc, et cum ipso rem habeto, si lubido est. Faber. κἀπιχείρησον. Reisk. κἀπι-

χώρησον. Sic libri. Anus puellæ senem quemdam ostendit, eique dicit: *Cum hoc sene colloquere et ei permitte, seu, copiam fac tui*. Quia lege cautum fuerat ne formosæ puellæ adolescentem ullum admitterent, antequam seni alicui gratificatæ fuerint. V. supra 705. Suspecta tamen est hæc scriptura, et cum Fabro malim *κἀποχώρησον*. Intelligenda phrasis tanquam si scriptum esset: *ἀποχωρήσασα τούτῳ διαλέγου*. Schema est quod vocant *πρωθύστερον*. Eaque ratione bene hic *διαλεχθῆναι* eo sensu accipietur, quem in Pl. vers. 1082. minus probavi. *Abscede hinc et cum hoc seniculo rem habe*. Brunck.

891. Faber *κἀποχώρησον* [ita Brunck.]. Bent.

893-906. Hos dimetros facit Bent., exceptis (898-99.) *μᾶλλον ἢ 'γὼ* | *τὸν φίλον ᾧ ξυνείην*: et mox in (903.) ubi legit *ἐπήνθηκ* | *εν* —— *λεξαι* | *κἀντέτριψαι* | *τῷ* —*μα*. Dind.

893. et sqq. (*στρ.*) *εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται παθ-* | *εῖν τι, παρ' ἐμοὶ χρὴ καθεύδειν·* | *οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔν-* | *εστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείροις·* | *οὐχ ἥκει μοι ταῦρος*, (5) | *ὃν οὔτις ἂν στέργειν ἂν ἐθέλ-* | *οι, μᾶλλον ἢ 'γώγ'* | *ἄν, φίλον, ᾧ ξυνείην.* | (*ἀντιστρ.*) *ἀλλ' ἐφ' ἑτέραν εἰ πέτοιτο*— | NE. *μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισιν·* (10) | *τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε* | *τοῖσιν ἁπαλοῖς μηρίοισιν* | *καὶ μήλοισιν ἐπανθεῖ·* | *σὲ δ', ἡ γεραία περιπέφλεξ-* | *αι κἀκτέτριψ-* (15) | *αι, θανάτῳ μέλημα*, | *ᾄδειν μάταια ταῦτα γ'. ἀλλὰ δεῖ λέγειν.* | (*στρ. β'.*) ΓΡ. *ἐκπέσοι τὸ τρῆμα σοῦ*, (18) | *τό τ' ἐπίκλιντρον ἀπολάβοι*, | *βουλομένης σποδεῖσθαι.* | (*ἀντιστρ. β'.*) NE. *κἀπὶ σῆς κλίνης ὄφιν*, (21) | *καὶ προσελκύσασ', ἔχοις*, | *βουλομένη φιλῆσαι·* | (*στρ. γ'.*) *αἲ αἲ τί ποτε πείσομαι·* (24) | *μόνη γὰρ αὐτοῦ λείπομαι·* | *ἡ γάρ με μήτηρ* | *αὐτὴ βέβηκε καὶ πάλαι·* | *ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομεν*, | *κάλει τὸν 'Ορθαγόραν, σὺν ᾧ* (29) | *κἀν σαυτῆς κατόναι'*, | *ἀντιβολῶ σε.* (*ἀντιστρ. γ'.*) ΓΡ. *ἤδη τὸν ἀπ' 'Ιωνίας* | *τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷν* (33) | *δοκεῖς ἐμοί, καὶ* | *τὸν λάβδα κατὰ τὰς Λεσβίδας.* | *ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαι-* | *ο τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν* | *ὥραν οὐκ ἀπολεῖς* | *οὐδ' ἀπολήψει.* V. 5. Hic versus vulgo ponitur post *πείσομαι* in v. 24. sic scriptus: *οὐχ' ἥκει μοι τοῦρος*: at Brunck. post Berg. emendavit *ταῦρος*. Recte. Cf. Horat. 'Lesbia quærenti taurum monstravit inertem.' Aliis fortasse placebit *'ταῖρος* ut Rav. V. 6. Vulgo *Οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐθέλοι*, et mox *ἐγὼ τόν*. V. 9. Vulgo *ἕτερον*: dedi *ἑτέραν* subaudito *γυναῖκα*. Etenim tale facinus fœminæ ægre ferunt *ζηλοτυπούμεναι*. Aposiopesis illa hic suam vim habet. V. 13. Interpolator inseruit *ἐπὶ τοῖς*. V. 14. Vulgo *σὺ δ' ὦ γραῦ* contra metrum. ibid. Vulgatum *παραλέλεξαι* intelligere nequeo. Reposui *περιπέφλεξαι*. Jocus est in duplici sensu verbi *περιφλέγομαι*. Nempe anus, utpote morti proxima, dicitur esse *ignibus funereis combusta*: et quod ad alteram significationem attinet, id patet e Thesm. 236. et sqq. collatis cum Eccl. 13. V. 15. Pro *ἐντέτριψαι* dedi *ἐκτέτριψαι*. Collato Horat. 'Dilapsam in cineres facem' redde *in pulverem conversa es*, respectu habito ad *περιφλέγομαι* in sensu funeris; et *attrita*, respectu habito ad alterum sensum verbi: quod exponit Schol. ad Plut. 1083. *ἐν τῇ συνουσίᾳ κατατετριμμένη ἢ ἄχρηστος πρὸς συνουσίαν διὰ τὸ γῆρας*. V. 17. Hic versum inserui efformatum e vocibus *οὐδὲν μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν*: quæ sedem habent in 914. ubi tamen Brunck. omisit *δεῖ λέγειν*. Quod ad sententiam, cf. 924. *Αὐδ' ὅποσα βούλει, καὶ παράκυψον ὡς γαλῆ—Οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ*. V. 19. Vulgo *ἀποβάλοις βουλομένη*: quod minime capio. Reposui *ἀπολάβοις βουλομένης*: etenim syntaxis est *τὸ τρῆμα* (quod sicut *τρύπημα* utriusque generis res notat) *ἐκπέσοι σοῦ* (cf. Lys. 410.) *βουλομένης σποδεῖσθαι τό τ' ἐπίκλιντρον ἀπολάβοι* (*recipiat*) *τὸ τρῆμα*. V. 22. Illud *προσελκύσασα* exponet Ovid. Amor. III. 7. 73. et Petron. c. 121, 5. ibid. *ἔχοις* dedi pro *εὕροις*: eadem var. lect. in Ran. 170. V. 25. Vulgo *δ'*: mox *μοι* et *ἄλλη*: cujus vice *αὐτὴ* reposui: etenim faceta est puella, conquesta matrem abiisse sibi indulsura et reliquisse filiam sine viro. V. 28. Pro *ἱκετεύω* Rav. *ἱκετεύομαι*. Ipse *ἱκετεύομεν*: sæpe sic numeri permutantur: v. Elm. Quarterly Rev. n. xiv. p. 458. V. 29. Vulgo *ὅπως*. Ipse dedi *σὺν ᾧ κἄν*: Facete enim puella nutrici pro mercede promittit illam ipsam Orthagora fruituram esse. V. 35. Inserui *τὸν* (scil. *τρόπον*) quod vix abesse potest. Mox reposui *τὰς Λεσβίδας*. Perlege Schol. ad Ran. 1343. et Eustath. ad Ιλ. I. p. 637. Bas. G. Burges. in Classical Journal, n. xxviii. p. 227. sq.

893. *ἀγαθὸν παθεῖν*. Παθεῖν de bonis et jucundis dicitur, quemadmodum de malis rebus et iis quæ nobis duræ et molestæ sunt. Aristoph. *ἐν 'Ιππ.* [876.] *ἐμοῦ δὲ μὴ μυείαν ἔχειν ὅσων πέπονθας*. Ibi autem Cleo exprobrat populo Athen. sua in eum collata beneficia. Et in eadem Comœdia: *οἷον πέπονθας εἰς τὰ πράγματα*. Plaut. in Asinar. [ii. 2, 58.] 'Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.' Quo loco Lambinus legi vult


potitur; male, ut opinor. Faber. Marg. ἡ γραῦς ᾄδει Ms. Monac. Dobr.

895. οὐκ ἐν νέαις τὸ σοφόν. Eurip. in Phœn. 531. ἡ 'μπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. Berg.

896. Versus hic est dimeter trochaicus, cujus corrupti sunt numeri: scribendum, ἐστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείροις. In cod. scriptum ἐν ταῖς ἐμπείροις, ad sensum non male, sed reclamante metro. ἐμπείροις glossema est. Brunck. πεπείροις. Metaphora a fructibus. Xenarch. Comicus apud Athen. p. 569. b. Νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ. loquitur autem de meretricibus. Berg. ταῖς. Sic Suid. πέπειρος. Pors. ταῖς πεπείροισι Ms. Monac. Dobr.

899. Νεᾶνις. ὥπερ Ms. Monac. Dobr.

900-923. "Eximium interruptionis antistrophicorum exemplum, nisi magnopere fallor, in Eccl. est a 900. in quo non modo alii versus cantico mixti, sed etiam tria verba inserta omni metro carentia. Carmen illud ita scribendum videtur: distinxi autem, quæ antistrophica sunt, signis quibusdam et numeris versuum: (1) NE. "μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι· (στρ. α'.) | (2) "τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε | (3) "τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς. | (4) "κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ·" (904.) | σὺ δ', ὦ γραῦ, | (5) "παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι | (6) "τῷ θανάτῳ μέλημα." | (ἀντ. α'.) (1) ΓΡ. "ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα, | (2) "τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοιο, (907.) | (3) "βουλομένη σποδεῖσθαι, | (4) "κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὔ- | (5) "ροις τε καὶ προσελκύσαιο, | (6) "βουλομένη φιλῆσαι." | στρ. β'. (1) NE. "αἶ αἶ, τί ποτε πείσομαι (911.) | (2) "οὐχ ἥκει μοὐταῖρος, | (3) "μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ', ἡ | (4) "γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ" | βέβηκε· καί τοι τἄλλα γ' οὐ- | δὲν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν. | (5) "ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομεν, κά- (915.) | (6) "λει τὸν ὀρθαγόραν, ὅπως | (7) "σαυτῆς ἂν κατόναι', ἀντιβολῶ σε." | (ἀντ. β'.) (1) ΓΡ. "ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας" | τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷς, | δοκεῖς δέ μοι (920.) | καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. | (5) "ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαιο | (6) "τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν | (7) "ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει." Hermann. Elem. doctr. metr. p. 745. sq. Aliam viam iniit Reisig. i. p. 320.: ΝΕΑΝΙΣ. (στροφὴ α'.) μὴ φθόνει ταῖς νέαισι· (a.) | τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε (I.) | τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς· (b.) | κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπαν- (c.) | θεῖ· σὺ δ' ὦ γραῦ παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι, (II.) | τῷ θανάτῳ μέλημα. (d.) | ΓΡΑΥΣ. (ἀντιστροφὴ α'.) ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα, (a.) | τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις (III.) | βουλομένη σποδεῖσθαι, (b.) κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν (c.) | εὕροις, καὶ προσελκύσαιο (IIII.) | βουλομένη φιλῆσαι. (d.) | ΝΕ. (στροφὴ β'.) αἶ, αἶ· τί ποτε πείσομαι; (A.) | οὐχ ἥκει μοὐταῖρος μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ'· ἡ γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ (1.) βέβηκεν· ἀλλ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέγειν. (B.) | ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομαι, κά- (C.) | λει τὸν Ὀρθαγόραν, οὔ- (2.) | τω σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε. (D.) | ΓΡΑΥΣ. (ἀντιστροφὴ β'.) ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας (A.) | τρόπον τάλαινα κνησιᾷς· (3.) | δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. (B.) | ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαιο (C.) | τἀμὰ παίγνια, τὴν δ' ἐμὴν (4.) | ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει. (D.)



Quæ numeris Romanis in margine appositis notata sunt, ea libera esse vult responsione antistrophica. Dind.

900-5. Hic proodus, sequentiaque ad versum usque 917. sunt strophica, quæ sic in posterum legentur: ΝΕΑΝΙΣ. Μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι· Τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε (στροφὴ α'.) (*troch. dim.*) Τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς, (*anacreont.*) Κἀπὶ τοῖς μήλοισιν ἐπανθεῖ· (*glycon. polysch. hypercat.*) Σὺ δέ γε παραλέλεξαι, (*troch. dim. brachycat.*) Τῷ θανάτῳ μέλημα. (*anacreont.*) Παραλέγομαι accipiendum sicut Polluc. ii. 35. et passim; cujus interpretamentum fuit καὶ ἀντιτέτριψαι, quod nunc corruptum legitur κἀντέτριψαι vocique genuinæ additur, quasi de fuco vel unguento ageretur. Habetur item ex interpretatione in vulgatis Σὺ δ', ὦ γραῦ, παραλέλεξαι, quod falsum versus arguit. Minores quasdam mutationes, metri causa factas, debitasque partim scriptis, neque hic neque in sequentibus commemorabo. ΓΡΑΥΣ. Ἐκπέσοι σου τὸ τρύπημα, (ἀντ. α'.) | Τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοιο, | Βουλομένη σποδεῖσθαι, | Κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὕροις | Καὶ προσελκύσαιο, | Βουλομένη φιλῆσαι. Invitis numeris vulgo τρῆμα legitur pro τρύπημα, et ἀποβάλοις. Haud raro verba activa et media confunduntur: cf. Brunck. ad 906. ΝΕΑΝΙΣ. Αἶ, αἶ, τί ποτε πείσομ'; οὐχ (στρ. β'.) (*antispast. dim. catal.*) Ἥκει, μόνη δὲ λείπομαι· (*iamb. dim.*) Ἡ γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ βέβηκε (*dochm.*) Καὶ τἄλλα μὲν οὐδέν μετά γε ταῦτα δεῖ λέγειν. (*iamb. senar.*) Ἀλλ', ὦ μαῖ ἱκετεύομαι, κά- (*glycon. hypercat.*) λει τὸν Ὀρθαγορίσκον, οὔ- (*glycon.*) τω σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε! (*choriamb. dim. hypercat. cum basi.*) Glossatoris

sunt verba μου 'ταῖρος, quæ leguntur in Ravennate post ἥκει 2. hujus strophæ versu: nam veteres editiones corrupte μου τοὗρος, Brunck., laterem lavans, μοι ταῦρος. Puella ellipsi pathetica, οὐχ ἥκει, ut solent amantes: Clinia Heautont. Terent. ii. 1.: 'Secundæ si de amore meo res mi essent, jamdudum, scio, Venisset; et mox item: Si nil mali esset, jam hic adesset.' Versui 3. quid responderit in antistropha, nescio; sed totus iste locus credere suadet, spurcitiem haud vulgarem sanctas nescio quas aures tam graviter offendisse, ut amovenda ex oculis Christianorum videretur. Ceterum ἀμέτρως exhiberi solet in sequentibus ἱκετεύω, pro eo quod dant Rav. et Junt., ἱκετεύομαι, quem Datismum puellæ indoctæ servandum puto tanquam χαρακτηριστικόν: nam alioqui facile neque improbabiliter refingi possit ἱκετεύομεν. Antistrophæ quæ supersunt, recte se habent in vulgatis, nisi quod verba Δοκεῖς—Λεσβίους uni versui includenda sunt, exemplo Juntinarum. Hotib.

900. ταῖσιν. Sic ob metrum scribendum: est enim hic versus etiam trochaicus. Vulgo ταῖσι. Brunck.

902. Mendose vulgo legitur τοῖς ἀπαλοῖς μηρίοις; in cod. μηροῖς. Versus est dimeter trochaicus. Brunck. qui edidit τοῖσιν ἀπαλοῖς μηρίοισι. Dind. Scripsi ταῖς pro vulgata, Monac. quoque libri scriptura, ταῖσι. Deinde μηροῖς ex Brunck. Ms. pro vulgato μηρίοις, quod etiam significatu ineptum est. Reisig. ἀπαλοῖς μηρίοισι Ms. Monac. Dobr.

904. Nihil omnino viderunt interpretes, neque Schol. neque Biset. Interpres Latinus hic, ut alibi, ineptissimus, et imperitus quam qui maxime: *Collige canos tuos, et te fuco linito:* quasi παραλέλεξαι sit προστακτικὸν, scilicet: quod, si quid aliud, et imperitum et ridiculum est. Schol. autem, πολιάς σου παραλέλεξαι, ἢ ἐπλέξω τὰς τρίχας, μίαν παρὰ μίαν. At Biset. Melius, inquit, scribere παραπέπλεξαι, videlicet τρίχας σου, etc. quemadmodum supra. Verum in his omnibus ὑγιὲς μηδέν. Sensus est festivissimus. Videbat illam in lectulo aniculam κνησιῶσαν, et unguentis delibutam; atque ipsam decumbere morti, id est, adeo decrepitam esse, ut in eo ipso lecto efferenda sit: quin et, inquit, ἐντέτριψαι μέλημα θανάτῳ, *uncta es, sed ut cadavera in rogum efferenda* solent. In hanc materiam (de lecto) aliquot Martialis epigrammata leguntur. Ceterum ne quis erret, non ex παραλέγομαι, sed παραλέχομαι natum est. Faber.

905. τῷ θανάτῳ μέλημα. Eleganter sic dicitur vetula, et jam decrepita mulier: quasi dicas, *cura et delicium mortis.* Nam puellæ dici solent μελήματα νεανιῶν, *curæ juvenum:* quo lepide allusit Aristoph. Kust. Sic infra 972. Adolescens ad Puellam: ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα. Berg.

906. Anus istæ imprecationes subobscuræ sunt, quibus luminis adtulit quantum potuit Biset. Quemadmodum ille, per τὸ τρῆμα intelligo τὸ αἰδοῖον: hoc enim puellis etiam accidit, quarum labefactata valetudo. ἐπίκλιντρον pars est lecti, ad quam pulvinum ponebant sustinendo capiti, qua de re v. Salmas. ad H. A. p. 63. cetera sensu naturali accipio: *et anguem pro mentula in lecto reperias.* Brunck. σου. Typothetæ culpa apud Hermannum legitur τοῦ.——τρῆμα. Vel eugium, vel pars lecti: si prius, sensus erit (flaccescat et madescat;) non quemadmodum Biset. nam quod ait, nonnisi vetulis contingit; at quod dico ego etc. Si alterum; intellige eam lecti partem, per quam funiculi intendebantur. Unde Homero πολυτρήτοις λεχέεσσι, alicubi. Quanquam alii aliter; et nil affirmo. Faber. τρίμμα Scal. Bent.

907. ἐπίκλιντρον. Poll. inter ornamenta muliebria recenset; tamen aliud hic conjicio. Fuisse videlicet pulvinum aliquem, quo ad fulciendum corpus uterentur scortilla, vel etiam matronæ, quo benignius præberent. Faber. Citat Suid. v. ἐπίκλιντρον [et Zonar. i. p. 811.]. Kust. Antistrophæ α'. versus 2. licet accommodari strophæ possit mutando ἀποβάλοις in ἀποβάλοιο ex sententia Hotib. quale mendum in Scal. vetere libro versatur paullo post, ὑφαρπάσαις pro ὑφαρπάσαιο, tamen id ipsum noluisse videtur Aristoph. ne concinnitas in reliquis convelleretur: et ἀποβάλοις testatur Suid. quoque. Reisig.

909. ὄφιν. Adi locum Scal. ad Priapeia [p. 162. ed. Patav. 1664.], ubi de angue pro ea parte, quam non appello: sed anguis tum dicitur cum languet. Faber.

910. προσελκύσαιο. Perperam in Cod. προσελκύσαις. Literam σ ad hunc modum pingebant veteres C, inde contigit ut C et O sæpissime commutarentur. In Ran. 437. observavimus αἴροις pro αἴροιο: in Pl. 1140. ὑφέλοις pro ὑφέλοιο. Brunck. προσελκύσαι Ald. Bent.

911. πείσομαι. In Cod. πειράσομαι. Brunck. Οὐχ ἥκει μου τοὗρος. [Sic enim vulgo legebatur.] Hæreo hic. Scio quid sit, *ciere urinam* in his rebus; verum non placet. Olim putaveram legi

